BVRCARDI GOTTHELFFII STRUVII, JCti

IVRISPRVDENTIA FEVDALIS

EX
IVRE GERMANICO LONGOBARDICO
LEGIBVS IMPERII ET MORIBVS
CVRIARVM FEVDALIVM
HODIERNIS
DEMONSTRATA
ET
VARIIS OBSERVATIONIBVS
ILLVSTRATA
CVM
APPENDICE
FORMVLARVM FEVDALIVM
HODIE VSITATARVM.

EDITIO II.
PRIORI MVLTO AVCTIOR.

IENAE
SVMTIBVS IO. FELICIS BIELCKII
MDCCXXXVII.

VIRO

PERILLVSTRI, GENEROSISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO

DOMINO

GERLACO ADOLPHO DE MUNCHHAVSEN

DOMINO IN STRAVSFVRT

SACRÆ REGIÆ MAIESTATIS MAGNÆ BRITANNIÆ

ET

SERENITATIS ELECTORALIS BRVNSVICENSIS

AD COMITIA IMPERII LEGATO

SPLENDIDISSIMO

DOMINO MEO GRATIOSO.

VIR
PERILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIME DOMINE GRATIOSE

TRia iamdum præterlapsa sunt lustra, dum nostræ Academiæ splendorem, aliis exemplum præberes, & quid inposterum

ſperandum, demonſtrares dilucide. Teſtantur de induſtria Academica egregia iſta de Vicariatu Italiæ & Capitulatione Perpetua Schediasmata. Eminebat in Te Ingenii ad quæuis magna nati facultas, Iudicii grauitas, cum morum ſuauitate coniuncta, vt omnes ſpectatæ dignitatis viri animos in Te conuerterent, oculosque. Spes etiam non feſellit, dum magis magisque ad faſtigium hoc honoris, quod nunc tenes, virtute partum, adſcenderes. Ipſe ſane, mihi gloriæ duco, quod Tu, VIR PERILLVSTRIS *atque* EXCELLENTIS-

TISSIME, *mea non dedignatus fueris ſubſellia, atque ab iſto tempore me gratia Tua fueris complexus, beneuolam ſemper mentem conteſtatus. Mihi vero incrementa rerum Tuarum ſemper læta fuerunt, & iucunda tanti Viri recordatio. Concedes igitur,* VIR PERILLVSTRIS *atque* EXCELLENTISSIME, *vt leuidenſem hancce opellam Nomini* TVO *tam illuſtri dicarem, vt hoc ipſo maiorem libello adferrem dignitatem. Non enim aliena ab inſtitutis* TVIS, VIR EXCELLENTISSIME, *eſt iurisprudentia*

tia Feudalis, dum non ſolum ipſe ex prima Saxonum nobilitate natus, ſed etiam ad decidendas cauſſas ciuiles & feudales in Supremo, quod Cellis eſt, Tribunali, a Potentiſſimo Rege fueris adhibitus, immo negotia Imperii, inter quæ etiam feudales ſubinde cauſſæ vertuntur, TIBI *ſint cordi curæque. Suſcipe,* VIR PERILLVSTRIS, *chartas hasce, munuſculum equidem exiguum, vix Nomine* TVO *dignum, aſt ſignum obſequioſi animi, gratioſa mente, meque porro, prout hactenus, Gratia* TVA *dignare. Trado illud*

inſu-

insuper exactissimæ censuræ TVAE, *& corrige, si quid humani passus fuero. Seruet* TE *Deus, sospitetque seros in annos, atque largiatur, vt prout virtutibus meritisque Tuis adscendisti, honorum & munerum fastigio adscendas magis magisque. Adsit Diuinum Numen consiliis* TVIS, *quo Germaniæ, communi nostræ patriæ sint fructuosa,* POTENTISSIMO *ac* SERENISSIMO REGI TVO *proficua,* TIBI*que gloriosa. Conserua, quæso, gratiam* TVAM, *atque* TIBI *certo persuadeas, velim, mihi nihil vnquam fore*

iucundius, quam de rebus Tuis secundis prosperitateque gaudere

TIBI

VIR PERILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIME

Ienae d. VIII. Aprilis 1727

omni obsequio deuinctissimus

BVRCARD GOTTHELF STRUVE.

❋)o(❋

LECTORI SALUTEM!

IVris Feudalis prudentiam nondum ſatis fuiſſe excultam, nemo forſan dubitabit, dum plerique Iurisprudentiæ addicti, Iuris Iuſtinianei potius indagauerint penetralia, quam clientelaris nexus argumenta. Non defuerunt equidem, qui vaſtis voluminibus Tractatus, Conſilia & Theatra feudalia ederent, Syſtemata & Compendia IurisFeudalis euulgarent, quæ etiam ſuam laudem merentur, vix tamen adhuc tale reperiemus Compendium, quod omnium vſibus eſſet accommodatum. In hac igitur Iurisprudentia curaui, vt antiquitatibus non neglectis ea cumularem, quæ vſibus eſſent neceſſaria. Dum enim feuda ex Germanorum antiquitate traxerint originem, hanc etiam

etiam ex iisdem fontibus illustrare suscepi, deinde feudorum progressum, definitionem, diuisionem, differentias, personas feuda concedentes & adquirentes, modum, inuestiturae ritus & solennia, feudorum successionem & translationem, iura, delicta, debita & Iudicium feudale demonstrans. In singulis, quid iure Germanico, quidue iure Longobardico sit statutum, quid moribus hodiernis obtineat, declaraui ingenue. Singula vel textibus vel auctoritatibus dignis comprobaui, & vbi dubium oriretur, obseruationes adieci, quandoque prolixiores, maxime, si quid de nouo esset demonstrandum. Nec feudorum solum priuatorum, sed etiam feudorum Imperii habui rationem, vt, quid circa illa etiam obtineat, exponerem. Maximam

curam

curam in id adhibui, vt, qua ratione mores hodierni a iuribus & moribus hodiernis, Ius Saxonicum a iure communi discreparet, demonstrarem, ad particulares etiam diuersarum prouinciarum constitutiones prouocarem. Abundantiorem quoque rerum Indicem adiici curaui, vt vsibus singula eo facilius accommodentur. Decennium est præterlapsum, dum prior prodiret editio, quam inde ipse non solum priuatis discursibus illustraui, sed etiam in aliis Academiis a celeberrimis quibusdam viris idem fuit præstitum, quod grata mente adgnosco. Placuit etiam celeberrimo Viro, IO. LAVRENTIO FLEISCHERO, in suis Institutionibus Iuris Feudalis, quæ Halæ anno 1730. prodierunt, non solum eundem capitum ordinem seruare,

sed

ſed etiam integros paragraphos, cum iisdem adlegationibus, verbis paulisper mutatis, retinere, niſi quod ex iure Publico & ordinationibus Prouincialibus quædam vberius declarauerit, quod ex vtriusque libelli accurata collatione facillime patebit. Anno 1733. Baruthi prodiit: *Deutlich- und gründlicher Diſcurs von Teutſchen Lehn-Recht über weyland des vortreflichen ICti*, GEORGII ADAMI STRVVII *Syntagma Iuris Feudalis*. Hic ipſe eſt diſcurſus, quem plures ante annos Auditoribus meis in hac Academia propoſui, ex quo hanc, quam iterum edo, Iurisprudentiam concinnaui, qui tamen, me plane inſcio, in lucem fuit protractus a Conſiliario quodam Brandenburgico, qui ſubinde, ſed rarius, obſeruationes quasdam breuiusculas, quæ tamen non

non adeo magni ſunt momenti, adiecit. Appendix tamen documentorum publicorum vna cum Indicibus Editori debetur. Non defuerunt e contrario, qui in hoc Compendio reprehenderent, me multa ex Hiſtoriis intermiſcuiſſe. Verum, produnt iſti, ſe hoc compendium parum accurate perluſtraſſe. Quis enim præter tria priora capita de origine & Iure Feudali, quæ ex hiſtoriis potiſſimum ſunt illuſtranda, in ipſo textu hiſtorico videbit intermixta, potius omnia ad vſum Iuris Germanici, Longobardici & forenſem directa: exempla vero in notis ad illuſtrationem adiecta vnde aliter iſta quam ex hiſtoriis maxime circa feuda imperii erunt repetenda? Sed maneat cuiuis ſuum iudicium liberum, ſi modo non fuerit iniquum.

quum. In iterata hac editione parum ſuit immutatum, ſubinde tamen quædam obſeruationes forenſes, vel alias ad vſum facientes, ſuis locis fuerunt inſertæ. Vale. Scribebam Ienæ. d. XIV. Septembris CIↃ IↃCCXXXVI.

CAPVT

CAPVT PRIMVM
DE
ORIGINE ET NOMINE FEVDORVM.

§. I.

Iurisprudentia feudalis, prout a civili vel allodiali distincta,* potius ad Ius Gentium particulare ** est referenda, atque feuda saltim & nexum feudalem concernit, ab iisdem nomen trahit atque

Iuris Feudalis dispositio.

* HORNIVS equidem *Iurisprud. feud. Cap. I.* §. *VI.* Ius feudale speciem vel partem integrantem iuris ciuilis esse, contendit, quod ab aliis speciebus nonnisi obiecto speciali differat. Idemque Ius Ciuile distinguit in Allodiale & Feudale. Verum, potius ius Allodiale Feudali opponitur, prout etiam docet EYBEN *Electis Iur. Feudalis cap. I.* §. *1. 2.* Ius Civile enim cum ipsa Ciuitate fuit enatum, & tanquam integrans constitit, licet post aliquot demum secula, per Gentium migrationes feuda orirentur.

** Dum non apud omnes gentes locum habeat. Ignorant feuda gentes orientales, immo, quidam occidentales, vtpote Hispani, aqud quos saltim Maioratus obtinent. Silesia etiam olim feuda ignorabat, Frisia Orientalis, & Holsatia.

atque originem. In hac vero tria veniunt consideranda, GENERALIA feudorum, quæ originem, nomen, definitionem, diuisionem, adfinia & contraria feudorum comprehendunt. CONSTITVTIO feudorum, circa quam considerandæ sunt PERSONAE, feuda vel conferentes, Domini dirigentes, & accipientes, vasalli, RES, ubi tractanda est quæstio, an feuda possint concedi, & in quibus rebus consistant. MODVS, ritus & mores Inuestituræ examinans. Tertio loco IVRA FEVDORVM veniunt, atque de Iure Domini dirigentis, iure vasalli in feudo, de felonia & delictis vasallorum, debitis & iudicio feudali erit agendum.

§. II.

Diuersæ de feudorum origine sententiæ.

Feudorum origo a diuersis gentibus petitur. Non desunt, qui illam a primis statim temporibus, & quidem Noæ posteris, ducunt, qui post confusionem Babylonicam rerum dominia introduxerint, & clientibus suis bona sub feudali nexu concesserint, verum absque fundamento. * Alii ab antiquissima Gallorum

* IO. NIELLIVS *disp. feud. I. §. 1.* huius sententiæ auctor est, argumentum sumens ex I. F. 1. ubi dicitur: *antiquissimo tempore*, hanc in rem plura adlegans exempla, vtpote Kedor Laomar, cui quinque Reges per duodecim annos

lorum gente, Solduriis, * feuda ducunt, qui arctissimo vinculo invicem erant obligati. Plerique a Romanis feuda esse introducta, volunt, vel ab horum patronis & clientibus, ** vel potius a militibus veteranis, quibus Augustus, devicto M. Antonio, prædia ex agro Cremonensi & Mantuano in præmium militiæ adtribuit, hac abiecta conditione, vt,

servierunt *Gen. XIV. n. 5.* cui tamen Reges potius erant subiecti, & pro priorum temporum more, tributarii. Sedekias quidem Nebucadnezari fidem iuramento obstrinxisse dicitur *II. Paral. XXXVI. v. 23.* verum fides subiectionis erat, quam omnes subditi præstant, non vero feudalis. Nec Persarum Satrapæ vasalli fuerunt, sed Ministri. Armeniæ Rex ab Astyage devictus, ipsius factus fuit tributarius.

* De quibus IVLIVS CAESAR *de B. Gallic. lib. III. c. XXII.* quorum hæc est conditio, vt omnibus in vita commodis vna cum his fruantur, quorum se amicitiæ dediderint. HEIGIVS *p. I. qu. I. n. 18.* FRANC. POLLETTVS *Hist. For. Rom. lib. II. c. X.*

** De quibus Lex Romuli, *si Patronus clienti fraudem fecerit, Sacer esto.* Solenne etiam erat, vt prouinciales & socii in clientelam se darent proceribus Romanis, quos in Patronos optabant. Vid. THOM. CRAGIVS *Iure feud. p. 23.* GVIDO PANCIROLLVS *Thes. Var. Var. lib. I. c. X.*

si euocarentur, militiam facerent, * vel ab eorum regnis clientelaribus, quale erit Numidia, ** vel ab illorum prædiis stipendiariis vel vectigalibus, *** vel a fundis illorum limitaneis, **** & prout WOLFGANGVS LATZIVS ***** auctor est, a temporibus Alex. Severi Imp. qui loca ab hostibus capta limitaneis ducibus &

* SVETONIVS *Augusto c. XIII.* HVLD. ZASIVS auctor est sententiæ *Epit. Feud. p. I. n. 1.* Adde CRAGIVM *p. 24.* quæ etiam *l. 11. ff. de Euictionibus* vocantur *prædia veteranis in præmium assignata*, & *l. 15. §. 2. ff. de Rei vindicatione, prædia assignata militibus.* Quod tamen analogum saltim feudi præbet, prout etiam demonstrauit ALTESERRA *Origg. Feud. cap. I.* Adde MASCOV *Geschichte der Teutschen IV. B. p. 92. V. B. p. 194.*

** Prout facit CAROLVS SCHENCK *de Ortu & Retr. Feud. cap. II. §. 1.*

*** Vnde titulus Pandectarum *de agro vectigali.*

**** Inde titulus Codicis Iustinianei *de fundis limitrophis*, Theodosiani *de terris limitaneis.* Hanc opinionem etiam refellit BÖHMER *Iure Ecclesiastico lib. III. tit. XX. §. 3.* eo, quod fundi limitrophi concessi fuerint non ratione officii imposterum præstandi, verum iam dum præstiti.

***** *Rep. Rom. lib. I. p. 9.* quem sequitur GVIDO PANCIROLLVS *c. l.* IAC. GOTHOFREDVS *Comm. ad d. l. Cod. Theod.* & nouiter GVNDLINGIANA *p. I. p. 16.*

& militibus donauit, ita, vt ipsi & illorum hæredes militarent, * hunc Romanorum morem Francos postmodum fuisse secutos, tradens: ** Alii, *** ex constitu-

A 5

* Vtuntur auctoritate AELII LAMPRIDII, qui in vita Alexandri Severi *c. LVIII.* de eodem scribit: *Sola quæ de hostibus capta sunt, limitaneis ducibus & militibus donauit, ita, vt eorum ita essent, si hæredes illorum militarent, nec vnquam ad priuatos pertinerent, dicens, attentius eos militaturos, si etiam sua rura defenderent.* Ad quem locum Casaubonus: *est igitur hic species quædam feudi, vel potius initia quædam eius iuris, quod postea varie introductum est, & feudorum appellatione designatum. Erat sane lex similis feudorum constituendorum, vt qui prædium colendum acciperet, danti fidem & militiæ munus aut aliud seruitium exhiberet.* Simile est, quod VOPISCVS narrat in PROBO *c. XVI. Veteranis omnia illa, quæ angustc adeuntur Isauriæ loca priuatis donauit: addens, vt eorum filii ab anno octauo decimo mares duntaxat ad militiam mitterentur.* Defenditur hæc sententia maxime GVNDLINGIANIS *p. I. n. 1.* & magis adhuc *p. XV. n. 11.*

** LATZIVS *c. l.* & GVNDLINGIVS. Verum dum Franci a Romanorum moribus, legibus & institutis plane essent alieni, vix est, vt eosdem Romanorum morem fuisse secutos, credamus. CRAGIVS etiam illos *p. 23.* refutat, qui Romanis hanc tribuunt originem.

*** adlegante CRAGIO *p. 25.*

ſtitutionibus Conſtantini Porphyrogeniti de prædiis militaribus hanc originem ducunt. Minime negamus, feuda ſub beneficii nomine Romanis fuiſſe cognita, * militiæ ratione, ſub fidei obligatione conceſſa, immo, nec alienari poterant fundi tales militares, per Germanos tamen magis adhuc exculta, & non ad limites ſaltim cuſtodiendos, ſed ad quæuis ſeruitia præſtanda collata.

§. III.

Potius feudorum origo a Germanis eſt petenda.

Potius igitur eorum ratio eſt habenda, qui Germanis hanc tribuunt originem, ſub quo nomine multæ gentes ** poſt

* patet hoc ex HYGINO *de limitibus p. 201. ſi qua beneficio conceſſa aut aſſignata coloniæ fuerint, in libro beneficiorum adſcribemus.* Vixit autem ſub Traiano Imp. Hyginus. DOLABELLA *de limitibus p. 309. vel, quæris, ſi in libro Beneficiorum regionis illius beneficium alicui Auguſtus dederit.* Et clarius adhuc AVGVSTINVS *ſerm. I. in vigilia Pentecoſtes: notum eſt, quod milites ſeculi, beneficia temporalia a temporalibus dominis accepturi, prius militaribus ſacramentis obligantur, & dominis ſuis fidem ſe ſeruaturos profitentur.*

** Agnoſcit hoc CRAGIVS, dum *p. 19.* ait: *ſub Germanorum nomine omnes Septentrionales gentes comprehendiſſe, veri ſimile eſt, & omnes docti conſentiunt.* Sequitur SCHILTER *Comm. ad Rubr. Iur. Feud. Alemann. §. VIII.*

post modum hinc inde dispersæ comprehendebantur. Idque non solum instituto Germanorum primæuo est conueniens, * sed etiam ex eo tanto ma-

* TACITVS *de M. G. c. XIV.* Principibus suos fuisse Comites ipsos in bello defendentes, testatur. Ex hisce verbis B. PARENS *S. I. F. c. I. aph. III. n. 3.* concludit: *Constat ex his verbis, quod Germani Principes habuerint Comites, qui ipsis fidelem in bellis exhiberent operam: His fidelibus credibile est concessa postea fuisse a Principibus prædia tam in ipsis Germanorum, tam etiam in occupatis bello terris, sub conditione fidei & seruitii militaris, vt non solum ipsorum opera in bellis vti, sed etiam deuictos virtute illorum in fide continere possent.* SCHILTERVS equidem *not. ad Synt. p. 3.* contradicit, partim, quod verba Taciti non adeo sint clara; partim, quod nihil priuati & separati agri apud antiquos Germanos fuerit. Sequuntur GVNDLINGIANA *p. I. p. 5.* Contradicit etiam THOMASIVS *de Origg. feud. n. V. p. 14. 15.* qui haud quaquam verosimile dicit, feuda Taciti ætate apud Germanos fuisse cognita. Verum, licet feuda tunc non fuerint pro statu nostrorum temporum, institutum tamen fuit, occasionem & seminarium præbens feudorum, Principes vero comitibus suis etiam agros & præmia distribuisse, Tacitus nos docet, dum *cap. XIV.* scribit. *Magnum Comitatum non nisi vi belloque tueare. Exigunt enim principis sui libera-*

gis confirmatur, quod saltim in Germanorum vel a Germanis oriundorum populorum legibus & scriptoribus feudorum fiat mentio, ista solum in terris a Germanis occupatis, prout in Gallia, Anglia Italia, Belgio locum habeant, in aliis vero terris, in quibus Germani sedem non fixerunt, vtpote in Hispania non vigeant, * & quod demum termini & formulae feudales potiorem partem sint Germanicae.

§. IV.

Franci Feudorum auctores. Inter totidem Germaniae populos vero prima apud Francos Feudalis nexus fit mentio, vt illos pro feudorum auctoribus habere, seculo etiam quinto feuda apud Francos iam dum fuisse cognita, adserere minime dubitamus. Patet enim ex scriptoribus antiquis, ** quod

litate illum bellatorem equum, illam cruentam victricemque frameam. Nam epulae & quanquam incompti, largi tamen apparatus, pro stipendio cedunt, materia munificentiae per bellum & raptus. Adde SPENERVM *de primis vestigiis feud. §. V.*

* id quod etiam adgnouit GROTIVS *de I. B. & P. lib. I. c. III.*

** RORICO Mon. *lib. II.* FRAGMENTVM DE REB. FRANC. ap. du CHESNE *Tom. I. p. 525. 700. 806.* AIMOINVS *lib. I. cap. XIV. Gundebaldus, licet inuitus, Clodovei eam* (Chrotildem) *tradi-*

quod Clodouæus Aureliano castrum Milodunum cum totius Ducatus regimine concesserit tanquam beneficium. Licet autem anterius testimonium vix extet, facile tamen credendum, Pharamundum, postquam ipsum fines prolatandi cupido incessit, feudorum morem introduxisse, partim, vt deuictorum agros militibus suis probe meritis sub fidei, militiæ vel ministerii conditione adsignaret, partim, vt deuictos sub nexu feudali sibi magis redderet obligatos. Post ista tempora, sub Sigeberto * eius-

A 5 dem-

dit legatis : nibil ei de suis tribuens thesauris. Postmodum tamen opere & industria Aureliani, pars maxima ex ipsis cessit dominio Clodouei. Vnde cum Clodoueus Regnum suum vsque Sequanam atque postmodum vsque Ligerim fluuios ampliasset, Milodunum Castrum eidem Aureliano cum totius ducatu regionis IVRE BENEFICII *concessit.* Factum hoc a. 490. quo nuptiæ Clodouæi cum Chrotilde fuerant celebratæ. Adde THOMASIVM *Origg. Feudalibus §. XIII.*

* GREGORIVS TVRON. *lib. IV. c. XLV. Et Amo quidem Ebredunensem carpens viam vsque Machouillam Auennici territorii, quam Murmolus munere meruerat regio, accessit.* Et sub GVNTRAMNO, *lib. VII. c. XXII. dum autem hæc agerentur, res ipsius Eberalfi diuersis conceduntur, aurum argentumque. Quod vero commendatum habuit, publicatum est.* Adde THO-

demque successoribus, beneficiorum videmus factam esse mentionem. Immo, in formulis Marculphi, qui seculo septimo vixit, frequentes de iisdem videntur formulæ, vsque dum sub Pipino ad pleniorem perducta fuerint adolescentiam & maiora ceperint incrementa, * vt ideo a vero longe aberret THOMAS FRANTZIVS, ** qui Carolum M. primum constituit feudorum auctorem.

§. V.

Francos secutæ aliæ gentes Septentrionales.

Francos inde secutæ fuerunt aliæ Gentes Septentrionales, potissimum Gothi, qui Italia occupata, iam dum sub Ostrogothorum Rege Theodorico, idem seruarunt institutum, *** in Legibus etiam Ale-

MASIVM *de Originibus feudalibus, & Historiam Iuris cap. VIII. §. IV.*

* Patet hoc ex *Capitulari Compendiensi de a. 757. c. VI.* ANNALES LOISELIANI *ad a. 748. hæc audiens Pipinus, iter illuc arripiens cum exercitu suo supranominatos totos sibi subiugauit, Grifonem secum abduxit, Landfridum similiter, Tassilonem vero in Ducatu Baiuariorum conlocauit per suum beneficium.*

** Singulari oratione, quam Synt. Iur. Feud. subiecit B. PARENS.

*** Licet sub Herulorum Rege Odoacro iam dum cœperit, de quo PROCOPIVS tradit *Hist. Goth. lib. I. sub init. tertiaque agrorum parte distributa, barbaros eo beneficio ita sibi diuincit,*

Alemannorum,* vassorum mentionem fuisse factam videmus. Certior adhuc feudorum fit mentio in legibus Burgundionum. ** Hos secuti fuerunt Lon-

vt decem per annos Imperium tenuerit. Idem *lib. I. p. 142. Iniuria subditorum quenquam nec afficiebat ipse, nec affici ab aliis sinebat, demto, quod partem agrorum, quam Odoacri milites possederant, inter se Gothi partiti sunt*, sub verbo hisce, feuda esse intelligenda, patet ex Rescripto Theodorici ad Valerianum, præfectum Prætorio, apud CASSIODORVM *lib. XII. f. V. p. 390. Sed quo facilius instrueretur vestra notitia, imputationum summas infra scriptis Breuibus credidimus exprimendas, vt nemo nobis vendat beneficium, quod publica noscitis largitate collatum. Continete ergo possessorum intemperatos mores.*

* LEG. ALEMANN. *cap. XXXVI. §. VI. Qualiscunque persona sit, aut Vassus Ducis aut Comitis, aut qualiscunque persona, nemo negligat ad ipsum placitum venire.* Licet negandum haud sit, vassos non semper feudorum possessores notare, quandoque saltem famulos.

** LL. BVRGVNDIONVM *Tit. I. §. 3. 4. Illud etiam huic legi adiungi placuit, vt si quis de populo nostro a parentibus nostris munificentiæ causa aliquid percepisse dignoscitur, id quod ei collatum est, etiam ex nostra largitate filiis suis relinquat, præsenti constitutione præstamus. Id etiam statuentes, vt si quid etiam de nostro munere, aut*

Longobardi, * qui militibus suis & ministerialibus vel antiquis possessoribus prædia feudi lege concedebant, qui tamen demum seculo VI. regnum suum in Italia stabiliuerunt.

§. VI.

Deo præstante aliter perceperint, Donationum nostrarum textus ostendant. Superest, vt posteritas eorum ea deuotione & fide deseruiat, vt augere sibi & seruare circa se parentum nostrorum munera cognoscat. Mentionem hic munificentiæ regiæ, fidei & seruitiorum factam esse videmus.

* GVIDO PANCIROLLVS equidem *Thes. Var. Lect. lib. I. c. IX.* autumat, feudorum formam a Longobardis emanasse. Prouocat ad Reginonem a. 517. de Othario, Clephonis filio, quem Regem supra se statuerint Longobardi. *Duces, qui tunc erant, ob restaurationem regni omnium substantiarum suarum medietatem regalibus vsibus tribuunt, vt esse posset, vnde Rex ipse, vel qui ei aderant, per diuersa officia alerentur.* Idem dicit PAVLVS DIACONVS *de Gestis Longob. lib. III. c. XVI.* Verum, hæc ad feuda adplicari minime poterunt. In Legibus Longobardorum antiquis ne micam quidem de feudis reperimus. VINC. CABOTIVS *Disp. lib. II. c. XXX.* hanc originem æque Longobardis tribuit, prouocans ad PAVLVM DIACONVM *de G. Longobard. lib. V. c. XXIX.* vbi dicitur, quod Grimoald, Regis filius, Alzechonem, Bulgarorum ducem Gastaldium fecerit, ipsique *ad habitandum spatiosa loca concesserit.* Attamen ad feuda nihil inde argumenti.

§. VI.

Exinde triplex enata fuit bonorum differentia, vel *ex munere Regum*, quæ erant beneficia & feuda, vel *ex allode parentum*, quæ a parentibus erant adquisita, vel *ex comparatu & proprio attractu* quis primum adquisierat, siue *Lehn, Erbe und Eigen* * Concedebantur autem feuda vel militiæ, vel officii aulici, vel ciuilis ergo, vt loco stipendii vel salarii prædio feudali vterentur vasalli, ** cum ista ætate nondum tantus nummorum

Distinctio in Lehn, Erben. Eigen. Feuda cur concessa.

* Prout vberius declaraui *de Allodiis Imperii cap. I. §. II. & in Historia Iuris cap. VIII. §. I.* Adde LVDEWIG *de Iure Clientelari cap. III. §. 6.* Vide infra *c. II. §. VII.*

** Feudorum enim ratio & seruitia edocent, quod æque ad militiam fuerint concessa. Adgnouit illud HIER. BIGNONIVS *not. ad Marculphum apud* STEPHAN. BALVTZIVM *Tom. II. cap. I. p. 933.* scribens: *Inde beneficii nomine ea prædia dicta, quæ pro seruitio militari a rege siue etiam ab aliis concedebantur, quæ feuda posteritas dixit.* Patet hoc ex RADVLPHO de DICETO, qui *Imagg. Hist. p. 535.* vbi de temporibus Henrici II. qui vixit sub medium seculi XI. ait: *Comes de Clara Rogerus a Thoma Cantuariensi Archiepiscopo vocatus XI. Kal. Augusti apud Westmonasterium ad homagium sibi faciendum de castello de Tunebruge, & pertinentibus ad Castellum archiepiscopo duriorem opposuit aduersa-*

morum esset adparatus, vt inde salaria constitui potuissent. Immo, non feuda minora solum, sed etiam maiora sub primis Francorum Regibus fueruut cognita.*

§. VII.

Feuda Synonima. Dicebantur autem feuda primis temporibus *Beneficia*,** *Honores*, *** *Militiæ*,

rium, respondens, totum illud feodum in seruitio militari & publicis pensionibus persoluendis regem potius attendisse, quam archiepiscopum. Adde GOTTFRIDVM WENDELINVM *Gloss. Salico p. 129.* Hinc etiam officia & beneficia sæpius coniunguntur *Capit. Caroli M. a. 779. c. IX. similiter & vassi nostri, si hoc non adimpleuerint, beneficium & honorem perdant.* Et *Capit. lib. V. c. CXCV.* GODEFRIDVS MON. *ad a. 1212. Theodericum officio & beneficio destitutum affirmabat.*

* Prout supra §. *IV.* exemplo Aureliani constat, cui Ducatus regionis fuit concessus Murmoli, qui territorium tenebat. Adde IAC. GABR. WOLFII *diss. de Feudis Imperii.*

** *I. F. 1. c. 2. II. F. 34. c. 2. II. F. 55.* & passim. Quare etiam Beneficia & Allodes sibi inuicem opponuntur. *Capit. Caroli Calui VII. §. XX. tit. XXXVI. c. XXII.* Vid. du FRESNE, SPELMANN *in Glossario*, SCHILTER *in Comment. ad Rubricam Iur. Feud. Alemannici.* BÖHMER *de Feudis Eccles. cap. I. §. 3.*

*** *Capit. lib. IV. c. XXX. honorem qualemcunque habuerit, siue beneficium amittat.* Vid. du FRESNE *voce honores.*

tiæ, * *Ministeria*, ** *Fisci*, *** siue *de munere Regum* **** concessa, vsque dum sec. IX. seculi nomen oriretur, *****

atque

* *II. F. 54.* PAVLVS DIACONVS *Chron. Casin. lib. IV. c. XXXV. Curtes quæ manifeste Imperii erant, militias, & Castra Imperii.* GERVASIVS TILBERIENSIS *Otiis Imperialibus n. XIX. p. 943. hic legem instituit apud Teutones, vt Militiæ more Gallorum & Anglorum, successionis iure deuoluerentur, ad proximiores agnationis gradus, cum antea penderent ex Principis gratia.* du FRESNE *voce Militia.*

** *Capit. Ludouici II. Tit. IV. c. IV. eorum Ministri, si aliquem dimiserint, & proprium & Ministerium perdant.*

*** ANN. METENSES *ad a. 847. deditque illi Comitatus & fiscos plurimos.*

**** MARCVLPHVS *lib. I. form. XII. villas illas, quas aut munere regio, aut de alode parentum, vel vndecunque vsque ad præsens tenere videtur. lib. I. form. XXXVII. lib. II. form. XVII.* Vide *Historiam Iuris cap. VIII. §. I.* Adde BECKIVM *de Paribus Reip. Ministri & vasalli iuribus cap. II. §. XXIV. seqq.*

***** Non sequimur ANTON. DOMINICVM *de prærogat. Allod. c. XV.* qui partim ad Caroli Crassi constitutionem, partim ad alias chartas seculi IX. prouocat, quæ tamen sublestæ sunt fidei. Quare haut incongrue Seldenus, Glossario Hist. Anglic. subiecto, ante annum M. in nullo monumento, quod non suspectæ fidei fuerit,

atque seculo decimo & vndecimo huius vocis vsus fieret frequentior idque,

partim

se feudi nomen reperisse, testatur. Idem dicit BYBEN *Electis Feudalibus cap. I. §. VIII.* THOMASIVS *Selectis Feudalibus p. 196.* HORNIVS equidem *Iurispr. feud. cap. II. §. I.* Lotharii Imp. ætate hanc vocem iamdum fuisse vsitatam, autumat, prouocans ad I. F. XIX. vbi vox feudum occurrit, & constitutionis Lotharii fit mentio. Verum, priora verba, inter quæ vox feudum occurrit, sunt compilatorum, posteriora vero ex constitutione Lotharii desumta, in qua saltim vox beneficium occurrit. Primam feudi mentionem factam noui in Priuilegio Ludouici Pii de a. 824. Monasterio Ebersheimensi concesso apud SCHILTERVM *de bonis Dominicalibus p. 579. nec quisquam præsumat quicquam iure proprietatis alicubi transfundere, vel iure hereditatis alicui concedere. Sed si vtilitas monasterii sic exposcit, mancipiis Ecclesiæ* SERVILI *tantum* FEODO *concedatur.* Et in Charta Alemannica GOLDASTI *n. LXXX. prædium meum in Kussenach situm prope lacum Turicinum, cum iure patronatus Ecclesiæ parochialis ibidem & præbendarum dictæ ecclesiæ & prædio annexarum, hominibus, feudis, quæ vulgariter dicuntur anslehin, vel erbelehn, agris, pratis &c.* Verum hisce locis prædia saltim censitica intelliguntur. Dum autem seruilis feodi atque censitici fiat mentio, facile patet, etiam nobile tunc feudum extitisse. Pro prædio vero feudali occurrit in

partim pro salario certis officiis adsignato, partim pro prædio feudali.

§. VIII.

Testamento Alfredi, Anglorum Regis, qui teste SPELMANNO *in vita ipsius lib. III. p. 169.* obiit a. 900. in quo: *alterum vero feodum, quem ego Egulpho dedi vsque ad certum tempus apud inferiorem Hasseburne, prænominato seruienti concedo.* Et paucis interiectis: *etiam volo, quod si ego alicui dedi vel feodum aliquem ad tempus accommodaui, quod illi meis cognatis, vel suis illud offendant.* Licet ipse Seldenus de fide Testamenti dubitet, dum illud lingua Saxonica non fuerit scriptum. In constitutione Ottonis I. de a. 948. apud GOLDASTVM *Constit. Imper. Tom. III. p. 303. tit. V.* §. *2. 3. 4.* feudi vox aliquoties occurrit. Licet autem non constet, vnde Goldastus hanc constitutionem depromserit, stylus tamen illi tempori conuenit. Adde THOMASIVM *de libri Veteris de Beneficiis Auctore* §. *XIX.* In legibus Malcolmi Scotorum Regis, qui vixit seculo XI. hæc vox sæpius occurrit, vtpote Cap. II. *de Feodo Cancellarii*, Cap. III. *de Feodo Iustitiarii*, Cap. VI. *de Feodo Camerarii*, Cap. VI. *de Feodo Senescalli* Cap. VII. *de Feodo Vice-Comitis.* Sub voce Feodi, hic intelligi stipendium & salarium, facile patet, potissimum Cap. II. num. I. *Item ordinauerunt Cancellario Regis, feodum magni sigilli, videlicet pro qualibet Charta, centum libratarum terræ: & vltra, pro feodo sigilli, decem libras,* vbi Ioan.

§. VIII.

Etymon vocis Feudum.

Hæc vero vox Feudi vel a *fœdere* ducitur, * vel a *Feda*, siue inimicitia, quia Vasallus Domini fedas suscipere, dominum in bello sequi tenetur, vel a voce *fuden*, id est pascere, ob dominium vtile vasalli, vel aliunde. ** Frequentius a *fide* duci-

Skenæus: *feodum*, *stipendium*, *salarium vulgo the fee great*, *feale*, *siue merces*, *quæ hoc in loco Cancellario pro labore suo*, & *ratione officii conceditur*. Clarius adhuc in Cap. VI. *Item, ordinauerunt pro feodo Senescalli domus Domini Regis quadraginta libras*, *pro feodo Buttellarii*, *decem libras*, *pro feodo Magistri Coci quinque libras*.

* In constitutione Ottonis II. de an. 978. apud GOLDASTVM *Constit. Imperii Tomo vno p. 225. §. 2. ad hæc concedimus eiusdem Ciuitatis Scabinis eam facultatem*, *quod possint* & *debeant feudum suscipere ab Episcopo, siquidem ille sua Regalia*, *seu Feudum a Romanorum Rege collatum habuerit*. In Charta Ottonis Comitis de anno 1025. *tenebat aquam illam ex me loco beneficii*, *sub nomine Feudi*. Charta Ottonis Comitis de anno 1078. *Abbas vel successor suus pro molendino suo vnoquoque anno soluat militibus, quibus contingit beneficium, quod vulgo dicitur Feudum*. Vid. etiam du FRESNE *voce Feudum*.

** Varias significationes collegit DAN. KEYSER *in Historia Iuris p. 111.* THOM. CRAGIVS

ducitur, quæ est de essentia feudali.* Ast, cum feuda sint originis Germanicæ, ab iisdem etiam vocis origo erit petenda. Dicebatur primis temporibus *Feode*, vel secundum latinam terminationem, *feodum*. Origo nominis ex FE, quod mercedem seu stipendium notat ** & ODE, quod idem est ac possessio,*** vt ideo vox hæc composita pos-

P. I. dieg. IX. pag. 41. B. PARENS S. I. F. *Cap. II. aph. I.* LVDEWIG *de Iure Client. German. Cap. II. §. V.* a fœdere ducit. ISIDORVS *a feda siue faida*. FRANCISCVS HOTTOMANNVS *Comment. verb. Feud. voce Feida*, VOSSIVS *de vitiis sermonis lib. II. cap. VI.* HORNIVS *Cap. II. §. 11.* vel *a fundo*, MARTIN. MARTINIVS *Lexico Etymologico*. BODINVS *de Rep. lib. I. cap. V.* ducit ex litteris initialibus, Fidelis Ero Vbique Domino Vero Meo. Alii a Græcorum voce φονθεία. Hos vero omnes refellit Dominus a LVDEVVIG *de Iure Client. cap. II. §. V.*

* *II. F. 3. c. fin.*

** Conueniunt in eo omnia Anglorum Glossaria STEPHANI SKYNNERI, GVILIELMI SOMNERI, HERTIVS *de Feudis oblatis P. I. §. II.* SCHILTERVS *de Natura successionis feudalis Cap. I. §. III. Comment. ad Rubr. §. VII.* & CAR. SCHENCK *de ortu & Retract. feud. §. XI.* demonstrans, Feudum esse vocem Cimbricam, denotare agros & opes ex Hickesii Thesauro.

*** GVIL. SOMNERVS in Glossario *voce*

demque successoribus, beneficiorum videmus factam esse mentionem. Immo, in formulis Marculphi, qui seculo septimo vixit, frequentes de iisdem videntur formulæ, vsque dum sub Pipino ad pleniorem perducta fuerint adolescentiam & maiora ceperint incrementa, * vt ideo a vero longe aberret THOMAS FRANTZIVS, ** qui Carolum M. primum constituit feudorum auctorem.

§. V.

Francos secutæ alizæ gentes Septentrionales.

Francos inde secutæ fuerunt aliæ Gentes Septentrionales, potissimum Gothi, qui Italia occupata, iam dum sub Ostrogothorum Rege Theodorico, idem seruarunt institutum, *** in Legibus etiam

Ale-

MASIVM *de Originibus feudalibus*, *&* *Historiam Iuris cap. VIII. §. IV.*

* Patet hoc ex *Capitulari Compendiensi de a. 757. c. VI.* ANNALES LOISELIANI *ad a. 748. hæc audiens Pipinus, iter illuc arripiens cum exercitu suo supranominatos totos sibi subiugauit, Grifonem secum abduxit, Landfridum similiter, Tassilonem vero in Ducatu Baiuariorum collocauit per suum beneficium.*

** Singulari oratione, quam Synt. Iur. Feud. subiecit B. PARENS.

*** Licet sub Herulorum Rege Odoacro iam dum cœperit, de quo PROCOPIVS tradit *Hist. Goth. lib. I. sub init. tertiaque agrorum parte distributa, barbaros eo beneficio ita sibi diuincit,*

Alemannorum,* vaſſorum mentionem fuiſſe factam videmus. Certior adhuc feudorum fit mentio in legibus Burgundionum. ** Hos ſecuti fuerunt Lon-

vt decem per annos Imperium tenuerit. Idem *lib. I. p. 142. Iniuria ſubditorum quenquam nec afficiebat ipſe, nec affici ab aliis ſinebat, demto, quod partem agrorum, quam Odoacri milites poſſederant, inter ſe Gothi partiti ſunt*, ſub verbis hiſce, feuda eſſe intelligenda, patet ex Reſcripto Theodorici ad Valerianum, præfectum Prætorio, apud CASSIODORVM *lib. XII. f. V. p. 390. Sed quo facilius inſtrueretur veſtra notitia, imputationum ſummas infra ſcriptis Breuibus credidimus exprimendas, vt nemo nobis vendat beneficium, quod publica noſcitis largitate collatum. Continete ergo poſſeſſorum intemperatos mores.*

* LEG. ALEMANN. *cap. XXXVI. §. VI. Qualiscunque perſona ſit, aut Vaſſus Ducis aut Comitis, aut qualiscunque perſona, nemo negligat ad ipſum placitum venire.* Licet negandum haud ſit, vaſſos non ſemper feudorum poſſeſſores notare, quandoque ſaltem famulos.

** LL. BVRGVNDIONVM *Tit. I. §. 3. 4. Illud etiam huic legi adiungi placuit, vt ſiquis de populo noſtro a parentibus noſtris munificentiæ cauſa aliquid percepiſſe dignoſcitur, id quod ei collatum eſt, etiam ex noſtra largitate filiis ſuis relinquat, præſenti conſtitutione præſtamus. Id etiam ſtatuentes, vt ſi quid etiam de noſtro munere, aut*

Longobardi, * qui militibus suis & ministerialibus vel antiquis possessoribus prædia feudi lege concedebant, qui tamen demum seculo VI. regnum suum in Italia stabiliuerunt.

§. VI.

Deo præstante aliter perceperint, *Donationum nostrarum textus ostendant. Superest, vt posteritas eorum ea deuotione & fide deseruiat, vt augere sibi & seruare circa se parentum nostrorum munera cognoscat.* Mentionem hic munificentiæ regiæ, fidei & seruitiorum factam esse videmus.

* GVIDO PANCIROLLVS equidem *Thes. Var. Lect. lib. I. c. IX.* autumat, feudorum formam a Longobardis emanasse. Prouocat ad Reginonem a. 517. de Othario, Clephonis filio, quem Regem supra se statuerint Longobardi. *Duces, qui tunc erant, ob restaurationem regni omnium substantiarum suarum medietatem regalibus vsibus tribuunt, vt esse posset, vnde Rex ipse, vel qui ei aderant, per diuersa officia alerentur.* Idem dicit PAVLVS DIACONVS *de Gestis Longob. lib. III. c. XVI.* Verum, hæc ad feuda adplicari minime poterunt. In Legibus Longobardorum antiquis ne micam quidem de feudis reperimus. VINC. CABOTIVS *Disp. lib. II. c. XXX.* hanc originem æque Longobardis tribuit, prouocans ad PAVLVM DIACONVM *de G. Longobard. lib. V. c. XXIX.* vbi dicitur, quod Grimoald, Regis filius, Alzechonem, Bulgarorum ducem Gastaldium fecerit, ipsique *ad habitandum spatiosa loca concesserit.* Attamen ad feuda nihil inde argumenti.

§. VI.

Exinde triplex enata fuit bonorum differentia, vel *ex munere Regum*, quæ erant beneficia & feuda, vel *ex allode parentum*, quæ a parentibus erant adquisita, vel *ex comparatu & proprio attractu* quis primum adquisierat, siue *Lehn, Erbe und Eigen* * Concedebantur autem feuda vel militiæ, vel officii aulici, vel ciuilis ergo, vt loco stipendii vel salarii prædio feudali vterentur vasalli, ** cum ista ætate nondum tantus nummorum

Distinctio *in Lehn, Erben, Eigen.* Feuda cur concessa.

* Prout vberius declaraui *de Allodiis Imperii cap. I. §. II. & in Historia Iuris cap. VIII. §. I.* Adde LVDEWIG *de Iure Clientelari cap. III. §. 6.* Vide infra *c. II. §. VII.*

** Feudorum enim ratio & seruitia edocent, quod æque ad militiam fuerint concessa. Adgnouit illud HIER. BIGNONIVS *not. ad Marculphum apud* STEPHAN. BALVTZIVM *Tom. II. cap. I. p. 933.* scribens: *Inde beneficii nomine ea prædia dicta, quæ pro seruitio militari a rege siue etiam ab aliis concedebantur, quæ feuda posteritas dixit.* Patet hoc ex RADVLPHO de DICETO, qui *Imagg. Hist. p. 535.* vbi de temporibus Henrici II. qui vixit sub medium seculi XI. ait: *Comes de Clara Rogerus a Thoma Cantuariensi Archiepiscopo vocatus XI. Kal. Augusti apud Westmonasterium ad homagium sibi faciendum de castello de Tunebruge, & pertinentibus ad Castellum archiepiscopo duriorem opposuit aduersa-*

morum esset adparatus, vt inde salaria constitui potuissent. Immo, non feuda minora solum, sed etiam maiora sub primis Francorum Regibus fueruut cognita.*

§. VII.

Feuda Synonima. Dicebantur autem feuda primis temporibus *Beneficia*,** *Honores*, *** *Militiæ*,

rium, respondens, totum illud feodum in seruitio militari & publicis pensionibus persoluendis regem potius attendisse, quam archiepiscopum. Adde GOTTFRIDVM WENDELINVM *Gloss. Salico p. 129.* Hinc etiam officia & beneficia sæpius coniunguntur *Capit. Caroli M. a. 779. c. IX. similiter & vassi nostri, si hoc non adimpleuerint, beneficium & honorem perdant.* Et *Capit. lib. V. c. CXCV.* GODEFRIDVS MON. *ad a. 1212. Theodericum officio & beneficio destitutum affirmabat.*

* Prout supra §. *IV.* exemplo Aureliani constat, cui Ducatus regionis fuit concessus Murmoli, qui territorium tenebat. Adde IAC. GABR. WOLFII *diss. de Feudis Imperii.*

** *I. F. 1. c. 2. II. F. 34. c. 2. II. F. 55.* & passim. Quare etiam Beneficia & Allodes sibi inuicem opponuntur. *Capit. Caroli Calui VII. §. XX. tit. XXXVI. c. XXII.* Vid. du FRESNE, SPELMANN *in Glossario*, SCHILTER *in Comment. ad Rubricam Iur. Feud. Alemannici.* BÖHMER *de Feudis Eccles. cap. I. §. 3.*

*** *Capit. lib. IV. c. XXX. honorem qualemcunque habuerit, siue beneficium amittat.* Vid. du FRESNE *voce honores.*

tiæ, * *Ministeria*, ** *Fisci*, *** siue *de munere Regum* **** concessa, vsque dum sec. IX. seculi nomen oriretur, ***** atque

* *II. F. 54.* PAVLVS DIACONVS *Chron. Casin. lib. IV. c. XXXV. Curtes quæ manifeste Imperii erant, militias, & Castra Imperii.* GERVASIVS TILBERIENSIS *Otiis Imperialibus n. XIX. p. 943. hic legem instituit apud Teutones, vt Militia more Gallorum & Anglorum, successionis iure deuoluerentur, ad proximiores agnationis gradus, cum antea penderent ex Principis gratia.* du FRESNE *voce Militia.*

** *Capit. Ludouici II. Tit. IV. c. IV. eorum Ministri, si aliquem dimiserint, & proprium & Ministerium perdant.*

*** ANN. METENSES *ad a. 847. deditque illi Comitatus & fiscos plurimos.*

**** MARCVLPHVS *lib. I. form. XII. villas illas, quas aut munere regio, aut de alode parentum, vel vndecunque vsque ad præsens tenere videtur. lib. I. form. XXXVII. lib. II. form. XVII.* Vide *Historiam Iuris cap. VIII.* §. *I.* Adde BECKIVM *de Paribus Reip. Ministri & vasalli iuribus cap. II.* §. *XXIV. seqq.*

***** Non sequimur ANTON. DOMINICVM *de prærogat. Allod. c. XV.* qui partim ad Caroli Crassi constitutionem, partim ad alias chartas seculi IX. prouocat, quæ tamen sublestæ sunt fidei. Quare haut incongrue Seldenus, Glossario Hist. Anglic. subiecto, ante annum M. in nullo monumento, quod non suspectæ fidei fuerit,

atque seculo decimo & vndecimo huius vocis vsus fieret frequentior idque, partim

se feudi nomen reperisse, testatur. Idem dicit EYBEN *Electis Feudalibus cap. I. §. VIII.* THOMASIVS *Selectis Feudalibus p. 196.* HORNIVS equidem *Iurispr. feud. cap. II. §. 1.* Lotharii Imp. aetate hanc vocem iamdum fuisse vsitatam, autumat, prouocans ad I. F. XIX. vbi vox feudum occurrit, & constitutionis Lotharii fit mentio. Verum, priora verba, inter quae vox feudum occurrit, sunt compilatorum, posteriora vero ex constitutione Lotharii desumta, in qua saltim vox beneficium occurrit. Primam feudi mentionem factam noui in Priuilegio Ludouici Pii de a. 824. Monasterio Ebersheimensi concesso apud SCHILTERVM *de bonis Dominicalibus p. 579. nec quisquam praesumat quicquam iure proprietatis alicubi transfundere, vel iure hereditatis alicui concedere. Sed si vtilitas monasterii sic exposcit, mancipiis Ecclesiae* SERVILI *tantum* FEODO *concedatur.* Et in Charta Alemannica GOLDASTI *n. LXXX. praedium meum in Kussenach situm prope lacum Turicinum, cum iure patronatus Ecclesiae parochialis ibidem & praebendarum dictae ecclesiae & praedio annexarum, hominibus, feudis, quae vulgariter dicuntur anslehin, vel erbelehn, agris, pratis &c.* Verum hisce locis praedia saltim censitica intelliguntur. Dum autem seruilis feodi atque censitici fiat mentio, facile patet, etiam nobile tunc feudum extitisse. Pro praedio vero feudali occurrit in

partim pro ſalario certis officiis adſignato, partim pro prædio feudali.

§. VIII.

Teſtamento Alfredi, Anglorum Regis, qui teſte SPELMANNO *in vita ipſius lib. III. p. 169.* obiit a. 900. in quo: *alterum vero feodum, quem ego Egulpho dedi vsque ad certum tempus apud inferiorem Haſſeburne, prænominato ſeruienti concedo.* Et paucis interiectis: *etiam volo, quod ſi ego alicui dedi vel feodum aliquem ad tempus accommodaui, quod illi meis cognatis, vel ſuis illud offendant.* Licet ipſe Seldenus de fide Teſtamenti dubitet, dum illud lingua Saxonica non fuerit ſcriptum. In conſtitutione Ottonis I. de a. 948. apud GOLDASTVM *Conſtit. Imper. Tom. III. p. 303. tit. V.* §. 2. 3. 4. feudi vox aliquoties occurrit. Licet autem non conſtet, vnde Goldaſtus hanc conſtitutionem depromſerit, ſtylus tamen illi tempori conuenit. Adde THOMASIVM *de libri Veteris de Beneficiis Auctore* §. *XIX.* In legibus Malcolmi Scotorum Regis, qui vixit ſeculo XI. hæc vox ſæpius occurrit, vtpote Cap. II. *de Feodo Cancellarii,* Cap. III. *de Feodo Iuſtitiarii*, Cap. VI. *de Feodo Camerarii*, Cap. VI. *de Feodo Seneſcalli* Cap. VII. *de Feodo Vice-Comitis.* Sub voce Feodi, hic intelligi ſtipendium & ſalarium, facile patet, potiſſimum Cap. II. num. I. *Item ordinauerunt Cancellario Regis, feodum magni ſigilli, videlicet pro qualibet Charta, centum libratarum terra: & vltra, pro feodo ſigilli, decem libras*, vbi Ioan.

§. VIII.

Etymon vocis Feudum.

Hæc vero vox Feudi vel a *fœdere* ducitur, * vel a *Feda*, siue inimicitia, quia Vasallus Domini fedas suscipere, dominum in bello sequi tenetur, vel a voce *fuden*, id est pascere, ob dominium vtile vasalli, vel aliunde. ** Frequentius a *fide* duci-

Skenæus: *feodum*, *stipendium*, *salarium vulgo the fee great*, *feale*, *siue merces*, *quæ hoc in loco Cancellario pro labore suo*, *& ratione officii conceditur*. Clarius adhuc in Cap. VI. *Item, ordinauerunt pro feodo Senescalli domus Domini Regis quadraginta libras*, *pro feodo Buttellarii*, *decem libras*, *pro feodo Magistri Coci quinque libras*.

* In constitutione Ottonis II. de an. 978. apud GOLDASTVM *Constit. Imperii Tomo vno p. 225. §. 2. ad hæc concedimus eiusdem Ciuitatis Scabinis eam facultatem*, *quod possint & debeant feudum suscipere ab Episcopo, siquidem ille sua Regalia*, *seu Feudum a Romanorum Rege collatum habuerit.* In Charta Ottonis Comitis de anno 1025. *tenebat aquam illam ex me loco beneficii*, *sub nomine Feudi.* Charta Ottonis Comitis de anno 1078. *Abbas vel successor suus pro molendino suo vnoquoque anno soluat militibus, quibus contingit beneficium, quod vulgo dicitur Feudum.* Vid. etiam du FRESNE *voce Feudum.*

** Varias significationes collegit DAN. KEYSER *in Historia Iuris p. 111.* THOM. CRAGIVS

ducitur, quæ eſt de eſſentia feudali.* Aſt, cum feuda ſint originis Germanicæ, ab iisdem etiam vocis origo erit petenda. Dicebatur primis temporibus *Feode*, vel ſecundum latinam terminationem, *feodum*. Origo nominis ex FE, quod mercedem ſeu ſtipendium notat ** & ODE, quod idem eſt ac poſſeſſio,*** vt ideo vox hæc compoſita poſ-

B 2 ſeſ-

P. I. dieg. IX. pag. 41. B. PARENS S. I. F. *Cap. II. aph. I.* LVDEWIG *de Iure Client. German. Cap. II. §. V.* a fœdere ducit. ISIDORVS *a feda ſiue faida.* FRANCISCVS HOTTOMANNVS *Comment. verb. Feud. voce Feida*, VOSSIVS *de vitiis ſermonis lib. II. cap. VI.* HORNIVS *Cap. II. §. 11.* vel *a fundo*, MARTIN. MARTINIVS *Lexico Etymologico.* BODINVS *de Rep. lib. I. cap. V.* ducit ex litteris initialibus, Fidelis Ero Vbique Domino Vero Meo. Alii a Græcorum voce φονθεία. Hos vero omnes refellit Dominus a LVDEVVIG *de Iure Client. cap. II. §. V.*

* *II. F. 3. c. fin.*

** Conueniunt in eo omnia Anglorum Gloſſaria STEPHANI SKYNNERI, GVILIELMI SOMNERI, HERTIVS *de Feudis oblatis P. I. §. II.* SCHILTERVS *de Natura ſucceſſionis feudalis Cap. I. §. III. Comment. ad Rubr. §. VII.* & CAR. SCHENCK *de ortu & Retract. feud. §. XI.* demonſtrans, Feudum eſſe vocem Cimbricam, denotare agros & opes ex Hickeſii Theſauro.

*** GVIL. SOMNERVS in Gloſſario *voce*

ſeſſionem notet mercenariam, dum feuda olim ſtipendii & mercedis loco concedebantur. Exinde variæ apud veteres erant poſſeſſiones, ſolitaria poſſeſſio vocabatur *Einode*, parua & portatilis quaſi *Kleinode*, poſſeſſio mercenaria *Feode*, patrimonium antiquum, auitum a parentibus deriuatum ALODE, * poſſeſſio popularis rebus mobilibus

Feudum; placet vocem compoſitam eſſe, quaſi Feo hode, dum hode ſtatum, conditionem, ordinem notet, prout etiam Knigthode ſtatum ſeruilem, Faterhode ſtatum paternalem notet. Quod etiam non plene improbat SPELMANNVS, vt *Feohod* ſit, quod ſtatu vel ordine ſtipendiario poſſidetur. THOM. CRAGIVS *p. 41.* vocem eſſe primitiuam putat, quem ſequitur GEORG STIERNHIELM in *Gloſſario Vlphilæ Gothico p. 49.* & Dnus A LVDEVVIG *de Iure clientelari German. Cap. II.* Verum, dum *Ode* vox ſit propria, quæ ad aliarum vocum compoſitionem faciat, vtpote *Einode, Kleinode, Allode* & *Leode*, facile patet contrarium. Compara GEORGII CHRISTIANI GEBAVERI *Origines feodi, qua vocem, qua rem non externas, ſed Germanicas. Lipſiæ 1732.* 4. vbi non ſolum hoc etymon feode magis declarat, ſed etiam Gundlingiana potiſſimum atque alios refutat, qui feudorum originem a Romanis ducunt.

* IOAN. O. STIERNHÖCKE *de Iure Sueonum vetuſto pag. 277.* Alda Odal *extat in Iure*

bus constans, *Leode*, * *die Fahrnus.*
B 3 Latino

Vplandico in sua propria & natiua significatione. Adsentitur ECCARD *ad Tit. XIV. L. Salicæ p. 14.* licet ANTON. DOMINICVS *de Prærog. Allod. Cap. I. §. VIII.* ducat ab *ohn leiden*, quasi sine subiectione. SCHILTERVS *ad Cap. LXIV.* quasi *Adel oder Adelerbe*, *bona auita* nobilium, GEORGIVS HICKESIVS *Thesaur. Archæol. P. II. p. 91.* dicit: Aleu, *Gall.* aleu franc, *vel* franc aleu *a Latino-barbaro allodium* vel *alodium*, *quod ab adiectiuo Theodisco* all, quod in compositione *perfectionem*, *plenitudinem & præstantiam* denotat, & *Scando-Gothico* lod *vel* lood, *quod* fundi prouentum & fructum territorii annuum cum vsufructu *significat.* Male etiam ADR. MYLIVS *in Archæologo Teutone*, Allode ducit ab *alodem*, quod idem ac concedere, vel alii quasi *sine laude.* Adde SCHENCK *de Ortu & Retr. Feudi Cap. I. §. XX.*

* LE enim secundum SKYNNERVM & SPELMANNVM, notat *populum.* FORM. BIGNONIANA VIII. apud BALVTZIVM *Tom. II. pag. 500. quod ipsum ibidem interfecisset, vel occidisset, & rauba sua, Caballos, aurum & argentum & drapalia exinde tulisset vel deportasset, vel leudem contra legem ibi burisset.* Potissimum vero hoc circa pœnas locum habebat. Pœna enim vel Corporis erat, vel in mulcta consistebat. Circa hanc formula occurrit, *leudem componere* vel *soluere.* Pactus Legis Salicæ *tit. XLI. num. 11. si autem qui præcipitatus est, mortuus fuerit,*

Latino Feudum conuenit vox Germanica *Lehn*, quaſi *Lohn.* *

CAP.

tota leude ſua componatur. Atque ita vnaquæque perſona, qua maiori minoriue compoſitione componi debuerat, ſi de præcipitio periculum mortis euaſerit, medietate leudis ſuæ componatur, qua componi debuerat, ſi mortuus fuiſſet: APP. MARCVLFI *n. XXIII. vt illa leude, vt lex erat, deſoluere deberet.* Et clarius CAPITVL. CAROLI M. an. 808. *Cap. II. de ſeruis vero, ſiquis alterius ſeruum absque iudicio & ſine culpa pendiderit, & ibi mortuus fuerit, Weregildus eius Domino ſoluatur. Et ſi de ipſa morte euaſerit, ipſe ipſam liudem recipiat, & liber poſtea permaneat.* Dum enim nondum tanta nummorum copia eſſet in commercio, ſæpius mobilia mulctæ loco ſoluebantur. Huc facere videtur Diploma Ottonis M. Abbatiæ Quedlinburgenſi a. 937. conceſſum, apud LVNIGIVM *P. Spec. Cont. II. V. Abth. pag. 853. in proprium damus decimum veſtimentum, quod* lodo *dicitur, omne quod de Kirchberg & Dornburg ſoluitur.* Hanc igitur diſtinctionem inter *Alode*, *Feode* & *Leode* adgnoſcit Receſſus Würtzburgenſis Rudolphi Habsburgici de anno 1287. apud LEHMANNVM *Chron. Spir. lib. V. cap. CVIII. pag. 628. der Sun ſull ſin verteilet* eigens *und* Lehens *und* varndes *Gutes.*

* Hæc vox ſeculo iam dum XIII. vſitata. HVNDIVS *Metrop. Salisburg. Tom. I. pag. 381.*

CAPVT SECVNDVM.

DE FEVDI DEFINITIONE, HOMONYMIA, ADFINIBVS ET CONTRARIIS.

§. I.

FEudum in Iure Feudali diuersimode accipitur. Primo enim dicitur pro contractu feudali. Hinc subinde formula **Feudi Homonymia.**

ad annum 1218. *Fridericus secundus diuina clementia Romanorum rex &c. feudum Patauiensis Episcopi tunc cessit Imperio, quod feudum tam vexilli nomine* van lehen *adpellatum, illustris dux Bauariæ quondam de imperio dignoscitur consecutus.* Et *Tom. I. p. 390.* ad ann. 1277. *idem in villa Hollera sex mansos & dimidium mansum, qui* Lehn *vulgariter nominatur.* Dnus a LVDEVVIG *de Iure Clientelari Cap. III. §. 3. & seqq. & p. 56.* equidem a Commodato ducit, von *leihen*, verum, dum inter commodatum & feudum magna sit differentia, *Lohn* feudo magis conuenit. Locutio tamen *mutuo dare*, quandoque occurrit pro infeudare, vtpote in diplomate Ottonis M. Abbati S. Maximini a. 970. concesso, in ZYLLESII *defensione Abbatiæ S. Maximini P. III. n. 15. habeant licentiam prædia regalibus familiis mutuo dandi, & ab ipsis accipiendi mutuo.* Licet vox *Lehn* subinde etiam de re allodiali dicatur, vtpote

mula occurrit *per feudum inuestire*,* siue, quod idem est, mediante contractu feudali inuestire. Deinde feudum dicitur pro iure, quod dominus in re feudali habet, siue pro dominio directo.** Tertio pro Iure, quod vasallus in feudo habet, siue dominio vtili.*** Quarto, pro salario & Stipendio.**** Quinto, pro officio, vt Feudum magni Sigilli. Feu-

in Lehn geben, *die Lehn auflassen*, & re Emphyteutica, vtpote *es zinset und lehnet*, *die Lehnwahr*. Vide LVDEVVIG *de Iure Clientelari Cap. III. §. 5.*

* I. F. 28. II. F. 3. 9. 20. 23. 87.

** II. F. 34. c. 1. *quod dominus sine voluntate vasalli feudum alienare non potest.* II. F. 55. c. 1. Sic etiam CAPIT. CAROLI *art. X. dieweilen vorkommen, dass etliche ansehnliche dem Reich angehœrige Herrschafften und Lehen in Italien, und sonsten veræusert worden seyn sollen, eigentliche Nachforschung derentwegen anzustellen.*

*** I. F. 1. c. vlt. I. F. 25. pr. II. F. 1. c. 1. *feudum non nisi in rebus soli consistere posse.*

**** Prout in Legibus Malcolmi, Regis Scotorum sæpius occurrit, vtpote Cap. II. Cancellario in feudum adsignantur decem libræ: In Statuto Roberti III. Regis *l. 25.* feudum Vice-Comitis soluat ei de extractis Curiæ suæ, & non aliunde.

Feudum; Marſchalli, Seneſchalli &c. Sexto pro prædio feudali, * quæ ſignificatio eſt communis.

§. II.

Feudum varie definitur. ** Quidam Icti feudum definiunt, quod ſit *vſus fructus rei immobilis, ſub conditione fidei.**** Quod ſi antiqua tempora conſideremus, vaſallis quidem vſus fructus erat relictus, maior tamen illorum quam vſufructuarii erat obligatio. Hodie vero per vſumfructum plane definiri ne- Feudi definitio.

B 5 quit,

* I. F. 4. II. F. 8. 22. 26. c. I. 28. c. *ſi vaſallus in feudo ædificium ſecerit*. 33. & paſſim.

** Varias definitiones examinat LVDEVVIG *ſect. II. cap. I.* §. 3.

*** HERMANNVS VVLTEIVS hac vtitur definitione, fundamentum ſumens ex II. F. 23. CVIACIVS ita definit, *ius in prædio alieno vtendi fruendi ſub lege fidelitatis*. Hinc variæ formulæ feudales, vtpote *res eccleſiaſticas vſufructuario iure tenere*, CAPIT. CAROLI CALVI *Tit. VII. n. 22. vſufructuario ordine beneficiare.* Inter Formulas Sirmondicas *num. XXXVIII.* vel *per beneficium tenere & vſufructuare*, FORMVLA BIGNONIANA *num. XX. per beneficium vſufructuario præſtare*, FORM. BIGN. *num. XIX. XXV. ſub vſu beneficii tenere & vſuare. num. XXII. vel beneficium vſufructuario ordine excolendum* MARCVLPHVS *Form. lib. II. num. V.*

quit, cum iste sit personalis, ius feudi reale, transeat ad hæredes, feudum cum domini directi consensu possit alienari, vasallus proprietatem habeat & dominium, feudum vindicare possit, quæ omnia vsufructuario non competunt. VDALRICVS ZASIVS, PETRVS REBVFFVS, & qui hosce sequitur, THOMAS CRAGIVS * dicunt: *Feudum est beneficium siue beneuola, & libera rei immobilis aut æquipollentis concessio, cum vtilis dominii translatione, retenta proprietate, siue dominio directo, sub fidelitate & exhibitione seruitiorum honestorum.* Verum, nec genus conuenit, quod sit libera concessio, cum feuda vel iure successionis vel pacto transferantur, nec sola proprietas domino relinquitur. THOMASIVS ** hac vtitur definitione: *Feudum concessum solenniter militibus s. hominibus militiæ capacibus, a dominis Ius belli gerendi habentibus, ius vtendi fruendi agris & aliis prædiis, cum promissione fidelitatis & seruitiorum militarium, inde præstandorum.* Verum, neque hæc est accurata, dum feuda etiam minoribus, fœminis, clericis conferantur, quæ omnes militiæ haut sunt capaces. Deinde,

* *Lib. I. p. 48.*

** *de Origg. Feudorum §. 1.*

inde, nec feuda a ſolis Dominis bella gerentibus conferuntur, dum etiam diverſi dynaſtæ, nobiles mediati, & Landſaſſii, qui ius belli non habent, feuda conferant. Dominus a Ludevvig feudum definit per *beneficium ab vno delatum; ab altero ſuſceptum pro nexu fidelitatis*, licet etiam hæc definitio nimium ſit generalis. Aliter autem feudum definitur pro ſtatu antiquo, aliter pro ſtatu præſenti. Ratione antiqui temporis; *feudum eſt ius, vtendi fruendi prædio a Domino Superiori ex arbitrio conceſſ., pro officiis vel ſeruitiis militaribus præſtandis.* * Hodie vero Feudum dici poteſt *ius in re immobili, a Domino Superiore, retento Dominio directo, iure hæreditario conceſſum, vt poſſeſſor illam conſeruet, de eadem, non niſi Domini conſenſu, diſpo-*

* Conuenit iſta cum CAPITVL. *lib. V. cap. CCCLXXVII. quia nos volumus illi beneficium dare, qui nobis bene ſeruierit.* Et cum Gloſſa de Sachſenrechts lib. II. art. LIX. *Lehn iſt Gut oder Güldt, ſo von des Reichs oder der Herren eigen geſtelt, und von denſelben der Ritterſchafft geheben wird, ihres Standes oder Würdigkeit halben. Von demſelben müſſen Sie dann Ihrer Pflicht nach dienen, denn es nichts anders iſt, als ein Soldt, mann wælle ſie es denn aus Gnaden erlaſſen.*

disponat, libere tamen eadem vtatur, fidem Domino specialem præstet & seruitia. *

§. III.

Feudorum essentialia, naturalia, accidentalia.

Triplex igitur circa feuda occurrit relatio, prima est inter Dominum & rem feudalem, ex quo oritur dominium directum, siue dirigens. Altera est inter vasallum & rem feudalem, ex quo oritur dominium vtile. Tertia est inter Dominum & vasallum, ex quo oritur obligatio Domini ad inuestiendum & protegendum vasallum, & obligatio vasalli ad fidem & seruitia Domino præstanda. Exinde adparet, quod ad essentiam feudi requiratur Dominium dirigens Domini, & vtile vasalli, res immobilis, vel incorporalis, & fides vasalli. ** Ex his si quidpiam deficiat, analogum feudi oritur, &

* Conuenit cum II. F. 23. in eadem vero Ius Domini vocatur proprietas, Ius Vasalli vsusfructus, licet hic non secundum Ius Romanum sit intelligendus, cum Vasallo Dominium & proprietas denegari nequeat, quod de vsufructuario dici nequit.

** ANNALES FVLDENSES ad a. 881. *Rex Hugonem in suum suscepit Dominium & ei Abbatias & Comitatus in beneficium dedit, vt ei fidem seruaret.*

& potius iure feudi censetur. * Alia vero ad feudorum naturam spectant, quæ plerumque in feculis obtinent, verum per pacta possunt alterari, ** vtpote, quod feudum transeat ad successorem *** & quidem in eodem non nisi masculi succedant, **** vasallus præstare teneatur iuramentum fidelitatis, ***** in alienatione feudi paterni agnatorum consensus sit necessarius. ****** Alia vero feudorum saltim sunt accidentalia, quæ vni vel alteri feudo saltim conueniunt, prout inter feuda impropria talia plura reperiuntur.

§. IV.

Bene etiam feudorum adfinia ab ipsis feudis sunt distinguenda. Huc faciunt Bona EMPHYTEVTICA, quæ æque in re immobili consistunt, in iisdemque Dominium directum & vtile locum habet, verum a feudis fide speciali, præstationi-

Feudorum adfinia.

* II. F. 48. *licet propriam feudi naturam non habeat, Iure tamen feudi censebitur.*

** I. F. 14. c. 2. II. F. 2. c. *Præterea.* II. F. 3. c. *nulla.* II. F. 50.

*** II. F. 33. fin.

**** I. F. 8. c. *filia.* II. F. 50. pr.

***** II. F. 3. 24. c. 1. 47.

****** II. F. 59. pr.

ſtationibus, liberiori Emphyteutæ diſpoſitione, & felonia, quæ in iisdem locum non habent, differunt.* Bona CENSITICA parum cum feudis habent commune. Idem dicendum eſt de Bonis LIBELLARIIS, quæ ſub certa penſione alteri in perpetuum conceduntur vtenda, & conueniunt cum iſtis bonis, quæ vulgo dicuntur *Meyergüter*. ** Multum etiam differunt PRECARIAE ſiue PRAESTARIAE, *** quæ media ætate in litteris Monaſticis ſæpius occurrunt. Dum priuati bona ſua ſæpius Eccleſiis vel Monaſteriis concedebant, reſeruato ſibi ad dies vitæ vſufructu. Sic etiam bona locata, ſiue *Lasgüter*, bona Curmedica *Churmeet-Güter* **** Colo-

* LVDEWIG *de Iure Clientelari Sect. II. Cap. I. p. 136.* Horum naturam exponit Ill. Dnus de LVDOLF *Conſult. & Dec. XXXIII.*

** *l. 24. §. 1. C. de S. S. Eccleſ. Nov. 7.* pr. vocatur *Contractus Colonarius.*

*** Plures precariarum formulas colligit MARCVLPHVS. Tales etiam inter Traditiones Fuldenſes, apud SCHANNAT & PISTORIVM reperimus perplures. CHRON. LAVRISHAMENSE *pag. 115. ad dies vitæ ſuæ poteſtatiue ac ſecuriter & quiete obtinendas & fruendas per precariam ſuſcepit.*

**** Illa deſcribit ANDREAS KNICHEN *de ve-*

Colonaria Landſideliana * beneficia Eccleſiaſtica a feudis plurimum differunt. **

§. V.

Sic etiam feudo opponitur ALLODIVM, ſiue patrimonium, quod quis libero iure poſſidet. In Iure Feudali dicitur *proprietas*, *proprium* & *Hereditas*. *** Sub- Allodium.

ſtitura pactionum Part. II. Cap. IV. fin. Bona iuramento fidelitatis præſtito ita conceſſa, vt nulla quidem ex ipſis militaria ſeruitia, modicum tamen quod quotannis præſtari debeat & mortuo vaſallo, hæres eius optimum equum aut bouem domino dare teneatur. Dom. LVDEVVIG *de Iure Clientelar. ſect. III. §. V.* hæc ita deſcribit: *ſunt conductitia prædia, vnde conductor locatori tenetur nexu quodammodo clientelari.* Hæc vero a feudo tali ratione differunt, quod poſſeſſor dominio deſtituatur, prout idem *pag. 307.* demonſtrauit.

* E. DE LYNCKER *de Iure Colonario Prouinciali, Prouincial-Landſidel-Recht.*

** De his vide vberius B. Parentem *Cap. II. §. X.* Dnum A LVDEVVIG *de Iure Clientelari Sect. III.*

*** *I. F. 4. c. 2. II. F. 29. 42. 43. 44. 45. 48. 51.* Antiquus Gloſſator apud GOLDASTVM *Rerum Alemann. Tom. I. P. I. p. 137. Allodium dicitur hæreditas, quam vendere vel donare poſſum, vt mea propria.* Tabularium

Subiectum Dominio eminenti, atque ad leges prouinciales est directum, sine nexu tamen feudi. Illud vel liberum est, in quo possessor liberiorem disponendi habet facultatem, vel restrictum, qualia sunt bona fideicommissaria, vel quæ per pacta & Testamenta certis conditionibus adligata. Aliud est vel plenum, vel minus plenum, siue perfectum & imperfectum. Illud, si Superiorem excipias, cum pleno dominio est coniunctum, hoc vero dominium quoddam dirigens agnoscit, prout in bonis Emphyteuticis, censiticis, Iure superficiario, & eiusmodi videmus. In diuersis Germaniæ prouinciis non desunt tales, in quibus solæ terræ reperiuntur allodiales, feuda parum sunt cognita, prout in Frisia * atque Holsatia.

§. VI.

Vindocinense in Charta a. 1078. a. 291. *est naturaliter Allodium* (prædium) *ab antiquo nullam omnino reddens consuetudinem, eidemque a progenitoribus iure hæreditario contingens.* Adde LEOPOLDVM ALB. SCHOPPIVM *de Allodiis.* DAN. HOEFERS *Gründl. Vnterricht von Allodial-Gütern*, & Tractatum meum *de Allodiis Imperii Capite primo.*

* De Frisia audiamus VLRICVM HVBERVM *Digressionum lib. II. cap. VII. p. 546. Saxoniæ Duces cum in Frisia rerum potirentur, persua-*

§. VI.

Licet autem liberi Iuris sint Allodia, atque sine nexu feudali, de quo possessores tenebantur, * non tamen sui

Allodia adgnoscunt superiorem.

Alia est ratio Regnorum atque Prouinciarum, quae supremi sunt Iuris.

dere conati sunt nostratibus, vt praedia sua tanquam feuda vasalli a Ducibus agnoscerent. Sed hactenus libertatem gentis aduersam habuere; quae adeo feudalibus seruitiis abhorrebat, vt vnum duntaxat in tota Frisia feudum, ab ipsis Saxonibus fundatum reperiatur. Idem testatur GERARDVS FELTMANNVS de feudis *Cap. I. Part. I. num. 4.* Holsatiae nobilitas, si quatuor aut quinque fundos exceperis, reliqua a feudis prorsus abhorret, praediaque nobilium ibi sunt prorsus allodialia, teste Domino A LVDEVVIG *de Iure clientelari Sect. II. Cap. V. §. 1.*

* Glossa des Sachsen-Rechts lib. II. art. LIX. *Dann ist daher kommen, das wer ein Gut von Anfang erst hat einkrieget, das ist es darnach blieben, gleichwie auch noch wol eines also etwas werden mag. Dann was niemandes ist, dasselbige wird das, so es von einen andern allererst an sich bringet, hiervon gibt noch pfleget man niemanden nichts.* In Friderici II. Imp. diplomate super Ducatus Brunsuicensis erectione dicitur: *proprium castrum suum, de quo nemini tenebatur.* Sic etiam Charta Episcopi Ruthenensis de a. 1239. *Quod siquidem Podium est Allodium nostrum & Ec-*

C

ſui ſunt iuris, ** quin potius adgnoſcant ſuperiorem. *** Huic etiam hominium præſtare tenebantur poſſeſſores, quod tamen a ligeitate, quæ de feudis præſtanda **** erat, diſtinctum. Idem

cleſiæ Ruthenenſis, de quo nunquam recognoſcendo vel aliter reſpondimus vel reſpondere debemus alicui domino temporali. Tabularium Vindocinenſe de a. 1077. *Quod videlicet allodium pater eius & prædeceſſores ipſius absque vlla dominatione vel ſeruitio longo tempore iure hæreditario poſſederunt.*

** prout BALDVS *c. I. n. 1. de allodiis*, allodium eſſe dicit, quod eſt eius proprium & a nemine alio recognoſcit, niſi a ſolo Deo, quem ſequuntur plures alii, atque inter hos CAMILLVS BORELLVS *Conſ. XL. n. 4.*

*** Hinc Fridericus II. conſtitutione ſua apud RADEVICVM *lib. II. c. VII.* decernit: *qui allodium ſuum vendiderit, diſtrictum & Iurisdictionem Imperatoris vendere non præſumat, & ſi fecerit, non valeat.* Quæ conſtitutio continetur II. F. Tit. LIV. Quare ANTONIVS DOMINICVS *de Prærog. Allod. cap. I.* ſub finem, allodium dicit proprietatem, quæ a nullo recognoſcitur, adeo, vt in ea princeps habeat tantum ius protectionis & ſupremæ iurisdictionis.

**** patet illud ex Henrici IV. Imp. conſtitutione apud GOLDASTVM Conſtit. Imp. T. III.

Idem dicendum est de Allodiis Imperii, quæ subsunt Imp. atque Imperio, licet liberioris sint dispositionis. ***** Alia igitur est ratio cum Regnis, Princi-

C 2 pati-

p. 365. *Henricus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, dilecto & fideli suo Hugoni Duci Divionensi, gratiam suam & omne bonum. Discretioni tuæ significamus & firmiter mandare volumus, quod nos pacem, quæ inter nostram sublimitatem, & tuam dilectionem ordinata est, secundum eam formam, quæ in præsenti pagina subscripta est, sicut in tuis literis continetur, hominium nobis facies & ligietatem de tota terra comitatus Albonii, quæ infra districtum Imperii continetur, quem modo possides, & in posterum possessurus es. Bona quoque fide & sano intellectu secundum usus & consuetudinem Burgundiæ atque Prouinciæ recipies, & a nobis recognosces, allodium Vrrici de Blangeio, & alia etiam allodia quæ infra terminos Imperii sunt constituta. In hoc etiam Nobilitati tuæ consentimus, quod filius tuus ille qui futurus est Dux Divionensis, salua fidelitate Regis Franciæ, nobis hominium faciet de allodio memorati Vrrici de Blangeio & similiter de allodiis quæ habet, & quæ habebit infra Imperium.* Videmus in hoc decreto de feudo ligietatem, de allodio saltim hominium præstitum. Additur etiam in fine eiusdem, quod de quouis casamento auxilia in propria persona præstare teneatur, nulla vero de allodio.

***** de quibus singulari Tractatu *de Allodiis Imperii* egi.

patibus atque Terris, quæ ab omni plane subiectione atque fide sunt libera, quæ non sub Allodii, verum Supremi Principatus iure possidentur. ******

§. VII.

****** Talis olim fuit Principatus Yuetotianus, de quo ROBERTVS GAGVINVS lib. II. Hist. Franc. cap. I. *Clotarius Galteri hæredes & qui Yuetotum deinceps possiderent, ab omni Francorum Regum ditione atque fide liberauit, liberosque prorsus fore suo syngrapho & regiis scriptis confirmat. Ex quo factum est, vt eius pagi & terræ possessor regem se Yuetot hactenus sine controuersia nominauerit.* Licet postea hic principatus etiam supremo Regis dominio cesserit, vid. LVDEVVIG *de Auspicio Regio cap. I. §. VI.* LA CLEF DV CABINET DES PRINCES *Novembr. 1711. p. 315.* Ducatus Lotharingiæ ex pacto inter Ferdinandum I. Romanorum Regem & Antonium, Lotharingiæ Ducem a. 1542. concluso, supremi Iurisfactus, *vne principauté* SOVVERAINE. RECVEIL DE TRAITTES DE PAIX *Tom. II. p. 674.* Sic Pomerania olim a Slauis libere possessa, post vero Friderico Barbarossæ in feudum fuit oblata, de quo maxime invehitur SAXO GRAMMATICVS, *Hist. Dan. lib. XV. p. 37.* dicens, *quod veterem atque hæreditariam patriæ libertatem vanis atque fucosis dignitatum nominibus vendit auerint.* Quare etiam Ducatus Borussiæ olim Poloniæ feudalis, per Pacta Velaviensia §. V. non iure allodii

§. VII.

Neque etiam Allodia, prout quidam volunt,* plane conueniunt cum feudis ſolaribus, *Sonnenlehn.* Qui fit, quod allodia immediata vulgo *Sonnenlehn* dice- *Sonnenlehn ab allodiis differunt.*

C 3

ſed ſupremi dominii, cum ſumma atque abſoluta poteſtate conceditur. Hinc minus probari videtur opinio SCHOPPII *de allodiis p. 8.* ALEXANDRI *Diſſ. de Iure allodiali Principum Imperii §. LXX.* qui Galliarum Regem prouincias ipſi ab Imperio ceſſas, allodii iure poſſidere dicit, cui ipſum quod adlegat Inſtrumentum Pacis Monaſterienſe §. LXX. contradicit, quo ſupremum dominium, iura ſuperioritatis, aliaque omnia in prouincias ceſſas eo modo, quo hactenus ad Romanum ſpectauerunt Imperium, in poſterum ad coronam Galliæ ſpectare eique incorporari debeant. Romanum Imperium autem has prouincias non iure allodii, ſed iure ſupremi dominii poſſedit. Hinc tales terræ in Tract. Pacis inter Carolum II. & Fœderatos Belgas anno 1667. §. 3. in RECVEIL *des Traites de Paix Tom. IV. p. 211.* dicuntur *tradi cum plenario iure ſummi Imperii, proprietatis, & poſſeſſionis.*

* GVIDO PAPA *Dec. DLX. n. 2.* SCHOPPIVS *de Allodiis cap. I.* FRITSCHIVS *de feudo ſolari cap. VIII.* & plures, quos adlegat EYBEN *Electis Feudalibus cap. VI. §. VII.*

dicerentur. ** Verum, confiderantes, quod illi faltim, qui fuperiorem non haberent, terras fuas a fole recognofcerent, potius *Sonnenlehn*,*** *tenu de Dieu & Soleil*, * effe putamus, vbi quis neminem plane adgnofcit fuperiorem, nifi Deum, fiue, vti nos loquimur, *Gott*

** Quare etiam MEIBOMIVS *Chron. Riddagshuf. fub initium* dicit, quod Brunfuicenfes ditiones fuas *a nemine, nifi a Deo, fiue, vt vulgo loquuntur, a fole recognouerint*, quae tamen fuerunt allodia.

*** Comitatus Oldenburgenfis olim haud immerito dictus fuit *ein Sonnenlehn*, cum plane liber & nullius ditioni fuiffet fubiectus, vsque dum Comites fenfim fe tutelae Imperii fubiicerent; ex quo factus allodium, demum fub Carolo V. feudum oblatum. HAMELMANN *Chron. Oldenburg. P. I. f. 388.* WINCKELMANN *Not. Hift. Polit. Saxon. Weftphal. cap. XI. n. 29.* Sic etiam Jeuerana dynaftia ab omni olim dominio libera, vsque ad obitum Chriftophori Jeuerani, cui Maria foror fucceffit, quae, cum a vicino Frifiae orientalis Comite, Ennone, varie vexaretur, dominium fuum Carolo V. Imp. a. 1532. in feudum obtulit. VBBO EMMIVS *Hift. rerum Frif. lib. LVI. p. 195.* WINCKELMANN *c. l. n. 31. & Oldenburgifche Friedens Chronick. p. 7.*

* prout de Hannoniorum ditione teftatur SPELMANN *voce alodarii.*

GOtt und das Schwerdt, idque ex ea ratione, quod Solem deorum olim habuerint præcipuum. ** Exinde cæremoniam subortam esse putauerim, quod Reges sæpe in ipso inaugurandi actu, strictum gladium versus mundi plagas vibrent, *** hoc ipso regnum suum a Deo quasi recognoscentes, atque supremum sibi ius adserentes, quod in Vngariæ Regibus maxime est solenne. * Licet hic mos etiam ad

** Rationem reddit MACROBIVS *Saturn. I. c. XXIII.* dum ait, *potentiam solis ad omnium potestatum summitatem referri iudicant Theologi: qui in sacris hoc breuissima precatione demonstrant.* Ἥλιε παντοκράτορ, κόσμου πνεῦμα, κόσμου δύναμις, κόσμου φῶς.

*** Reperimus illud in coronatione Caroli V. Longobardica, ab HENRICO CORN. AGRIPPA descripta, apud SCHARDIVM *Tom. III. p. 267.* dum ait: *Pontifex accinxit illum gladio super femur suum. Quem eleuatus in pedes Cæsar educens, & ter in aëra vibratum, terque in terram defixum, porro supra sinistrum brachium suum reclinatum reposuit in vaginam.* Et in historia Coronationis Romanæ p. 271. *Tunc surgens in pedes Cæsar, eductum gladium valida dextra, ter in aëra vibrauit, & ad singulas vices aciem in terram defixit.*

* PETRVS de REWA de Corona Hung. f. 137.

Comites atque Dynastas fuerit translatus. Prout Bononiensem Comitatum a Maria virgine in feudum recognouisse videtur Ludouicus XI. Rex Gallorum.* Eadem ratione Turennæ Vice-

Rex, priusquam ingrederetur ad ædem Diuæ Virginis, extra muros diuertebat, in cuius vestibulo porticum Rex cum selectis Proceribus ascendebat, conspectui omnium se offerens. Palatinus ei astans, ter interrogare solitus erat, an ad Pesthum declaratum Regem regnare vellent. Quibus annuentibus, gladius ei euaginatus per Palatinum exhibetur, quem versus quatuor plagas vibrabat. Vid. etiam BONFINIVS *Hist. Hung. Dec. IV. lib. X. p. 496.* Quare BRACHELIVS de Coron. Ferdinandi II. lib. II. an. 1625. ait: *nouus Rex Regio adhuc ornatu insignis, extra oppidum in cliuum quendam equum adigit, vbi educto gladio, vt illi genti mos est, quatuor ictibus versus quatuor mundi regiones arenam diuerberans suæ Maiestatis specimen dedit.* Eundem ritum obseruauit etiam Iosephus, vti acta coronationis eius testantur apud BECMANNVM *notit. dign. illustr. diss. VI. c. IV. p. 667.*

* PIERRE MATTHIEV hist. de Louis XI. lib. VIII. p. 433. *Louis XI. composata auec le Seigneur proprietaire de Boulogne Bertrand de la Tour, & comme nouveau Seigneur en fit hommage, desceint, &, desesperonné teste nüe*

Vice-Comites Vice-Comitatum ſuum à Deo ſolo & B. Marcelli corpore, quod in Turennæ arcis ſacello colitur, olim tenuerunt. * Dynaſtæ de Werberg Dynaſtiam ſuam ſoli olim acce-

& à genoux, à la Vierge Marie, donnant, pour droit, & devoir à ſon image un coeur d'or maſſif peſant deux mille eſcus, à telle condition que des lors en avant, luy, & ſes ſucceſſeurs Roys tiendroient le Comté de Boulogne de la vierge, luy en feroient hommage, & à chacune mutation de vaſſal payeroient un coeur d'or fin de ce poids. Factum autem hoc potiſſimum ad demonſtrandum ſupremum, contra prætenſum dominium directum Ducum Burgundiæ.

* Teſtatur de eo THVANVS *lib. LXXXV. p 129.* de Turenica ditione ſic ſcribens: *huius ditionis quoniam iam crebra facta mentio, & aliqui celebris eius inter noſtros fama eſt, antequam vlterius progrediar, quædam de illa referre pretium duxi. ea in finibus Arvernorum, Cadurcorum, Petrocoriorum & Lemouicum poſita quatuor his prouinciis participat, & Turenam primariam arcem, à qua ditioni nomen, in Lemouicibus habet, duabus à Briuato leucis Principes ab initio Vice-Comitatus titulo eum tractum tenuerunt cum pleno ac ſupremo dominio ita vt neminem ſuperiorem ne Regem quidem agnoſcerent: quam prærogatiuam in-*

ptam tenuerunt. * In eo tamen feuda solaria cum Allodiis conueniunt, quod vtraque sint liberioris dispositionis, in eodemque a feudis discrepent.

§. VIII.

ter Francorum & Anglorum arma facile tuebantur. Itaque Raimundus, qui Ludouici VII. Iunioris vulgo dicti temporibus fuit, & eius successores supremo illo iure vsi sunt, quasi à Deo solo, & B. Marcelli corpore, quod in sacello Turenæ arcis colitur, neque præterea superiore vllo domino illud obtinentes. Inde immunitatis privilegium, quod hodie Turenæ reguli retinent, originem habuit, quo ditionis illius populares à vectigali annuo seu tributo, quod rustici & cæteri infimi ordinis homines per totum regnum ærario pendunt, liberi sunt. Adde IMHOFIVM *Geneal. Gall. Cl. f. p. 101.*

* SCHOPPIVS de allodiis cap. I. p. 6. *Das Stammhauss Werberg und Güter ist nebst andern Lehn Stücken der Herren von VVerberg bey Helmstett ubralt Eigenthum gewesen. Es hat aber solches Senior gegen der Sonnen Auffgang mit Harnisch und blossen Schwerdt anreitend, und ein Creutzstrich in der Sonnen Strahlen schlagend, addita quadam devotione & pauperibus Eleemosynis datis à Deo recognoscirt.* EYBEN *not. ad Fritschii* Dissert. *de feudo solari* §. *VI.* ANT. DOMINICVS *de Prærogat. Allodiorum cap. I.* & HARTMANNI ab ERFA Diss. *de Bonis Germaniæ Feuda Solaria dictis.*

§. VIII.

In Iure & tabulis tamen antiquis distinguuntur, FEVDVM, ALLODIVM & PROPRIETAS, *Lehn, Erbe und Eigen.* Patet ex antiquis Francorum Legibus, quibus bona vel *de munere regio concessa*, vel *de al de parentum*, vel *attractu* dicebantur.* Eadem distinctio in Legibus & tabulis Germanorum sæpius occurrit,** ita *Lehn, Erbe und Eigen.*

* Plura loca adlegaui in Historia Iuris Cap. VIII. §. 1.

** In Recessu Würtzburgensi de a. 1257. distinguitur inter *Eygens und Lehns und varendes Gut.* In Glossa Landrecht *lib. III. art. XXXIX. n. 2. Ein Zins-Gut ist weder Eigen, Erb, noch Lehn.* Sic in Caroli IV. Imperatoris Priuilegio Fridbergensibus concesso an. 1350. *Und geben und thun sy mit Crafft dis Brifs, das niemant uf ir Libe oder uf ihr Gut, is sey Eygen, Erbe, Leben, Pfantgut oder wy is genant ist, sy laden, beischen oder beclagen sol.* Et in Priuilegio Francofurtensium apud *Dattium lib. I. cap. I. num. 37. das Niemand die Bürger zu Francfurt beischen sol umb Gut, lehn und eygen.* In Ludouici Brandenburgici diplomate apud LVDEVVIG *Reliquiis MSt. Tom. VII. p. 97. an cyghen, an lene, an erve.* Sic etiam *Eigen und Erb* distinguuntur in Reformatione Sigismundi, apud GOLDASTVM *Reichs-Satzungen II. Th. pag. 134.*

ita, vt *Lehn* diceretur, quod quis iure clientelari tenet, *Erbe*, siue Allodium, a maioribus obtentum, *Eigen*, quod quis ipse adquisiuerat. * Licet autem in Franconia adhuc saepius distinguatur in *Erbe* und *Eigen*, inualuit tamen, vt bona plerumque saltim in feudalia & allodialia distinguerentur. **

* Glossa des Sachsen-Rechts *lib. II. cap. LIX. Eigen ist daher kommen, das wer ein Gut von Anfang erst hat einkrieget, des ist es dornach blieben, gleichwie auch noch wol eines also etwas werden mag. Denn was niemandes ist, dasselbige wird des, so es vor einem andern allererst an sich bringet.*

** BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS *ad annum 1089.* de Ottone, Comite: *milites quoque eius, opes ipsius diripuerunt, & tam allodium eius, quam feudum, non haeredes eius, sed extranei possederunt.* Fridericus II. ep. VIII. *si Clericus sit aut Monachus Ecclesiasticus priuetur honore, si Laicus allodia & beneficia quaecunque possidet; nostra ipsi autoritate a suo iudice vel Domino prorsus adimantur.*

CAP.

CAPVT TERTIVM

DE

IVRE FEVDALI.

§. I.

Origo Iuris Feudalis.

IUs Feudale vna cum ipſa feudorum origine cœpit, verum in ſola conſiſtens conſuetudine. De eo vero dubitatur vel maxime; quo tempore cœperit Ius Feudale ſcriptum. Non dubitamus, Francis, vna cum ipſa feudorum origine hoc eſſe tribuendum. Et quidem prima, quam nouimus, feudalis conſtitutio eſt Pipini, quæ in Capitulari Compendienſi a. 757. * continetur: *Homo Francus accepit beneficium de ſeniore ſuo, & duxit ſecum ſuum vaſallum, & poſtea fuit ibi mortuus ipſe ſenior, & dimittit ibi ipſum vaſallum.* Hunc ſecutus fuit filius Carolus Magnus, cuius diuerſæ leges Feudales ** in ipſius reperi-

* Apud BALVTZIVM *Tom. I. p. 182.*

** *Capit. V. art. 806. cap. V. de a. 807. cap. VII. Capit. ſecundo a. 812. cap. V.* apud BALVTZIVM *Tom. I. p. 494.*

periuntur Capitularibus. Ludouicus Pius, * Lotharius, ** atque Carolus Caluus. ***

§. II.

Germanicorum Imperatorum Leges Feudales.

Ex Teutonicis Impp. extant Constitutiones Conradi II. **** Imp. Henrici

* CAPIT. *IV. a. 860. c. V.*

** Prouocatur ad eandem *I. F. XIX.* & licet non desint, qui hanc constitutionem Lothario III. tribuant, sed, dum Lotharii I. temporibus Eugenius Papa, cuius ibidem facta fuit mentio, vixerit, atque ista ante ianuam beatissimi Petri Apostoli, in Ciuitate Romana confecta fuisse dicatur, isti potius erit tribuenda. Reperiuntur etiam Capitula Lotharii apud BALVTZIVM *Tom. II. pag. 317.* Adde SIGONIVM *de R. Italiæ lib. IV. pag. 111.*

*** Huc faciunt Capitularia Caroli Calui *Tit. VI. n. 10. Tit. VII. n. 20.*

**** WIPPO *vita Conradi Salici p. 430. Militum verò animos multum attraxit, quod antiqua beneficia parentum nemini posterorum auferri sustinuit.* Reperitur hæc constitutio inter Leges Longobardorum *Lib. III. Tit. VIII. cap. IV. de successione filiorum & agnatorum.* Hanc HEROLDVS *Legibus Francicis Lib. V. pag. 844.* inseruit, eum vocans Conradum I. quia iste, qui alias primus adpellatur, Romæ non fuerit coronatus: Huius constitutionis pars *I. F. 1.* reperitur. Sic etiam *II. F. 9. c. vlt.*

rici III.* Lotharii III.** & potiſſimum Friderici I. *** cuius variæ Conſtitutiones Feudales in Campis Roncaliis factæ memorantur a Radeuico. Inter has etiam eſt Conſtitutio de Pace tenenda in comitiis Conſtantienſibus a. 1183. **** Hæc etiam Iura ſingula in

Legis Conradi de feudi alienatione fit mentio. *II. F. 34.* Lex Conradi de contentione inter Capitaneum extat *II. F. 40.* Capitula Conradi de beneficiis in Romandiola exhibentur. Eidem tribuendam eſſe Conſtitutionem de Expeditione Romana coniectatur SCHILTERVS in *Codice Iur. Feud. Alemannici ad Cap. VIII. §. II.* atque C. S. SCHVRTZFLEISCHIVS *differt. de Expeditione Romana Conrado Salico vindicata.*

* Talis conſtitutio extat *II. F. 57.*

** Cuius eſt Conſtitutio *II. F. 52.* prout in Hiſtoria Iuris *Cap. VIII. §. XIV.* demonſtraui. Adde GERVASIVM TILBERIENSEM *num. XIX. pag. 940.*

*** RADEVICVS *lib. II. cap. VII. de Iure Feudorum, quod apud Latinos ſcripto nondum ſufficienter expreſſum fuerat, & pene omnes eam beneficiorum iuſtitiam in iniuſtitiam conuerterant, leges promulgauit, quarum capitula præſenti annotatione ſubiecimus. II. F. 27. 53. 55. 56.* OTTO DE S. BLASIO *cap. XIV.* GVNTHERVS *Ligurino lib. VIII. v. 590.*

**** Quæ libris Feudorum eſt ſubiecta.

in Comitiis Noricis an. 1208. vna cum aliis confirmaſſe videtur Otto IV. Imperator. *

§. III.

Auctor Vetus de Beneficiis.

Dum autem hæ Conſtitutiones Imperatorum ſaltim ſint ſparſæ, primam Iuris Feudalis Collectionem fecit AVCTOR VETVS DE BENEFICIIS, qui vel ſec. XI. vel ineunte XII. priuata ſaltim auctoritate Ius quoddam Feudale collegit, ex quo varia in Ius Feudale Saxonicum atque Alemannicum fuerunt translata. **

§. IV.

Ius Feudale Saxonicum

Poſt hunc, IVS FEVDALE SAXONICVM ſequitur, quod Alemannico eſt antiquius,

* GODEFRIDVS MONACHVS *ad annum 1208.*

** Hunc librum MARQVARDVS FREHERVS primum edere ſibi propoſuerat. FRANCISCVS DVARENVS eum corruptum edidit, poſtea eundem HVLDERICVS AB EYBEN fuit adeptus, ex cuius Bibliotheca CHRIST. THOMASIVS illum obtinuit, qui illum inter Selecta Feudalia edidit, diſſertationem ſubiecit de auctoris fatis & vetuſtate. Nouiſſime doctiſſimus Collega noſter, IO. GOTTFRIED SCHAVMBVRG ſingulari programmate, *de Auctoris Veteris de Beneficiis vetuſtate*, coniicit, hanc compilationem incidere in tempus Henricorum.

us, * verum, nec Friderico I. nec II. Imp. eſt tribuendum, ** ſed priuatis potius curis, paullo poſt Ius Prouinciale Saxonicum, tanquam eiusdem Appendix & liber quartus, ab Epkone de Repko,

* SCHILTERVS equidem *Commentario ad Rubricam* IVRIS FEVDALIS ALEMANN. §. *XVII.* Alemannicum præfert, cui tamen in Hiſtoria Iuris *cap. VIII.* §. *XVI.* fuit reſponſum, potius in eo nulla fere ſit mentio Iuris Iuſtinianei, ad quod tamen in Iure Feudali Alemannico ſæpius prouocatur.

** Prout Gloſſa Landrechts *lib. I. art. XIV.* *Keyſer Fridrich von Stauffen hat das Lehn-Recht geſetzet.* Gloſſator ſine dubio ad proœmium des Lehnrechts reſpexit, verbis, *und darumb ſo hat der hochgelert und hochgeboren (des Gott ewiglich gedencke) dieſes gegenwærtigen Buchs Ausgeber, Keyſer Fridrich von Stauffen, (das da Lehnrecht genandt iſt,) wol erkannd, daß der Menſchen Vernunfft nicht allein alſo kranck wære, ſonderr zergænglich und auch vergeßlich.* Verum hæc verba potius Ius Feudale commune quam Saxonicum tangunt, dum Friderici II. auctoritate illud fuerit compilatum, qui ſæpius *von Stauffen* vocatur, prout in Hiſtoria Iuris, *Cap. VIII.* §. *XVI.* demonſtraui. Quare etiam GRYPHIANDER *de Weichbildis Saxonicis Cap. L. num. V.* CYR. SPANGENBERG *Chron. Saxon. cap. XLII.* Ius Feudale Saxo-

Repko, prout videtur, fuit collectum, * a Christophoro Zobelio cum glossa editum, atque postmodum in latinum sermonem fuit translatum. **

§. V.

Ius Feudale Alemannicum.

Insecutum est IVS FEVDALE ALEMANNICVM, quod partim ex Caroli M. *** partim

nicum Friderico II. tribuit. Verum CONRINGIVS *de Orig. Iur. Germ. cap. XXX. p. 187.* illud haud incongrue fabulis glossatorum adnumerat. Adde Historiam Iuris *c. l.*

* THOMASIVS *Selectis Feudalibus* §. *LIX. LX.* hoc docuit. Plerisque etiam codicibus nomen Repkonis, tanquam Auctoris fuit praescriptum.

** Extat in GOLDASTI *Collectione legum & consuetudinum. Imperii* THOMASIVS §. *LXI.* Germanice etiam illud cum Glossa edidit CHRISTOPH ZOBELIVS, SCHILTERVS ex Codice Bibliothecae Paulinae Lipsiensis Iuri Feudali Alemannico subiecit. Illud etiam IO. STEPH. BVRGERMEISTERVS *Teutschen Corpori Iuris* inseruit. Nouiter illud IACOB FRIDERICVS LVDOVICI, & CAROLVS FRIDER. GÄRTNERVS ediderunt.

*** SCHILTERVS in praefatione ad Codicem suum §. *VIII.* testatur, in suo Codice hanc rubricam reperiri. *Hie bebt sich an Kaiser Karls Lehnrecht-Puch.* Prouocat etiam ad LVPOLDVM DE BEBENBVRG *Cap. III.* & FEL.

partim etiam subsequentium Impp. Constitutionibus & Iure Saxonico Feudali fuit concinnatum, eumdemque cum Iure Prouinciali Sueuico videtur habuisse auctorem.*

§. VI.

Vtrisque antiquius est, serius tamen apud Germanos receptum IVS FEVDALE LONGOBARDICVM, quod nunc COMMVNE adpellamus. Collectum illud partim ex constitutionibus Impp. anteriorum, atque Regum Longobardorum, partim ex Rerum Iudicatarum auctoritate & Responsis Prudentum. Primum quidem PHILIBERTVS, Episcopus Carnotensis ineunte sec. XI. *de forma fidelitatis* quædam scripsit.** Postea GER- Ius Feudale Longobardicum.

D 2

[...]RERI *Histor. Sueu. lib. I. cap. III.* qui, Carolum M. Germanis in sua lingua Ius Feudale dedisse, adserunt. Adde SCHILTERVM §. *XV.* qui etiam hoc Ius Feudale Alemannicum cum MStis collatum atque eruditis animaduersionibus illustratum dedit.

* Compilator enim ad Ius Prouinciale, tanquam partem priorem, subinde prouocat, vtpote *cap. CXX. was an ine arguent ist, das seit das Landrechtbuch wol bievor.* c. CLVIII. *als das Landrechtbuch bievor sayt.* Adde THOMASIVM *Selectis Feudalibus* §. *LXIII.* CONRING *de Or. Iur. Germ. c. XXX.*

** Ad hoc scriptum prouocatur *II. F. 6.*

GERARDVS NIGER, CAPAGISTI * dictus, & OBERTVS DE ORTO, Consules Mediolanenses, vterque temporibus Friderici Barbarossæ, priuata saltim auctoritate & sigillatim compilationem Rerum Iudicatarum atque constitutionum Feudalium fecerunt.**

§. VII.

Libri duo Feudorum. Ex hisce Gerhardi Nigri & Oberti de Orto Compilationibus HVGOLINVS, ICtus Bononiensis, auctoritate Friderici II. Imp. libros duos Feudorum concinna-

& c. de forma 18. c. 22. qu. 1. GVIDO PANCIROLLVS *Thes. Var. Lect. lib. I. c. XL.* vid. de eo GVILIELM. CAVE *Hist. litter. script. Eccles. pag. 418.*

* MATTH. DE AFFLICTIS *in Rub. I. F. 13.* corrupte dicitur *Gilardus Capia;* ANTON. MINCVCCIO *lib. I. cap. I. Gherardus Cacapisti.*

** De hisce OTTO FRISING. *lib. II. c. XIII.* Ad eosdem sæpius prouocatur, vtpote *II. F.* 25. 28. 30. 32. 34. 36. 51. *c.* 5. 6. ad Obertum de Orto *II. F.* 3. 23. Et quidem primam hanc compilationem post annum 1154. fuisse factam, patet ex *II. F. 33. c. 1.* vbi: *quod nuper Rex Fridericus.* Hic enim Imp. a. 1152. fuit electus a. 1154. Comitia habuit in campis Roncaliis, in quibus iura de feudis fuerunt statuta, prout OTTO FRISINGENSIS testatur *c. l.*

cinnauit, * adiectis Conradi III. & vtriusque Friderici Imp. Constitutionibus, atque iis, quæ vsu fori fuerant immutata. Hæc collectio sub titulo decimæ Collationis Nouellis fuit adiecta, pro Italis saltem scripta, apud eosdemque recepta, & hi sunt libri duo Feudorum, quibus hodie vtimur.

§. VIII.

Licet autem pro Italis ** saltim scripti fue- Vsus Feudorum vnde dicantur

* GABR. PERSONA *Cosmodr. art. VI. cap. LXIV. Fridericus II. fecit quendam librum de Feudis.* THEOD. ENGELHVSIVS *Chron. p. 1115. ipse leges optimas pro libertate Ecclesiæ contra hæreticos edidit, & librum Feudorum.* PAND. COLLENVTIVS *Histor. Neapol. lib. V. pag. 183. librum de vsu feudorum, optimum, & in scholis vsitatum conscribi curauit.* Adde GVIDONEM PANCIROLLVM *Thes. Var. Lect. lib. I. cap. XC.* ODOFREDVM *de Auth. Cassa C. de SS. Ecclesiis.* Ideoque Ius Feudale tanquam Appendix Iuris Ciuilis fuit consideratum, prout IACOBVS ALVAROTTVS *proœm. Feud. p. 3.* disputat, vtrum Ius feudale salua conscientia doceri queat festiuis diebus, quod fiat plerumque a magistris. FRANC. DVARENVS *P. I. Feud. præf. pag. 2.* scribit: *diebus, quibus ordinarie non legebatur, aggressus sum, dicere Ius Feudale, eo proposito, vt, nisi perfectum, non desererem.*

** Patet hoc ex *II. F. 1.* vbi Obertus ad

fuerint hi libri duo Feudorum, eo tamen, quod plerosque casus feudales in iisdem decisos videamus in diuersa Europæ regna sensim sub Iuris Longobardici nomine fuerunt introducti. Germani etiam hæc Iura saltim in Italiæ Academiis edocti, Germanicorum vero imperiti, sensim a temporibus seculi XV. in fora atque Academias Germaniæ tacito vsu & consuetudine, frementibus licet atque contradicentibus antiquis Germaniæ Iure-Consultis, * ea intro-

Anselmum filium : vsum tamen feudi, qui IN NOSTRIS PARTIBVS *obtinet*, *prout possibile est*, *exponere tibi necessarium duxi.* Hinc in his feudorum libris saltim termini feudales Italici occurrunt, pauciores alii, binis saltim vicibus Germaniæ siue Alemanniæ, fit mentio, vtpote *II. F. 54. 55. firmiter statuimus, tam in Italia, quam Alemannia*, atque ad Curiam feudalem Mediolanensem, Cremonensem, Italiæ Ciuitates prouocatur quam sæpissime. Magis adhuc illud confirmatur, quod hi Feudorum libri saltim ex moribus & consuetudinibus Italiæ fuerint collecti, atque demum seculo decimo quarto apud Germanos recepti.

* Patet hoc ex Marquardi, Fuldensis Abbatis, qui sub Friderico I. vixit, litteris apud BROVVERVM *Ant. Fuld. lib. III. cap. XVIII.* in quo: *iustitiam ab iis exquirere cœpisset : ingenios*[illegible]

introduxerunt, saluis * tamen adhuc Iuribus antiquis, Legibus & Consuetudinibus patriis, aliisque constitutionibus. Hinc, dum nulla Lege publica illud apud Germanos fuerit introductum, sed sensim tacito vsu & consuetudine, saluis tamen adhuc Iuribus antiquis, Legibus & consuetudinibus patriis aliisque constitutionibus, ** ideo VSVS & CONSVETVDINIS FEVDORVM, vel quia in Commune receptum, IVS FEVDALE COMMVNE vocatur.***

& callida argumentatione iuris sui, Lehnrecht *nominant, anguis more de manibus elapsi, per anfractus sermonum sine suo discrimine effugiebant.* Aliud exemplum præbet TOLNERVS *Cod. diplom. Palatino n. LXXX*, vbi Fridericus II. in priuilegio Ciuitatis Noribergensis de anno 1219. *Item nullus Dominus aliquem Nurembergensem compellere debeat ad ius, quod appellatur Leben-Recht.*

* Prout demonstraui in Historia Iuris *Cap. VIII. §. XXVI.* Adde SCHILTERVM *de Simult. Princ. inuest. cap. III.*

** *II. F. 1.*

*** Vid. ALBER. GENTILIS dissert. *de libris Iuris Cap. IX.* ARTHVRVS DVCK *de vsu & auctor. Iuris Ciuilis lib. I. cap. VI.* IOACH. HAGEMEIER *de vsu & auctor Iuris cap. X.* SCHILTER in præfatione §. *V.* Licet Dominus A LVDEVVIG in præfatione Tractatus *de Iure*

§. IX.

Capitula extraordinaria, & Glossæ Iuris Feudalis.

Hi Feudorum libri verum saltim vsque ad titulum LVIII. libri secundi pertingunt. Post hunc, adiecta fuerunt

Clientelari Germanorum, vsum Iuris Feudalis pro dubio habeat, atque admodum ambiguo. Hos Feudorum vsus etiam adlegat HENRICVS STERO *Annal. ad annum 1295.* Dum Maximilianus I. Imp. Philiberto Sabaudiæ Duci quosdam Imperii vasallos concederet a. 1503. concessioni inseritur : *Non obstantibus quibuscunque legibus, constitutionibus, præscriptionibus, statutis, consuetudinibus, gratiis, libertatibus, indultis, concessionibus & priuilegiis per nos aut Prædecessores nostros sub quacunque forma datis, & concessis, seu in futurum dandis, & concedendis, nec non dispositione Capituli secundi. Quo tempore Miles & Capituli primi in §. Ex eadem, de lege Conradi, & notatorum ibidem in vsibus feudorum, & aliis quibuscunque contra prædicta facientibus* apud GVICHENON *Tom. VI. p. 467.* Ad illud etiam prouocatur *im Kayserlichen Landfrieden zu Augspurg 1548. tit. III. Pœn der Landfriedbrecher*, verbis: *was hierinn das Lehn Recht vermag, und gebræuchlich ist.* Rec. Imp. de anno 1567. §. 30. CAPITVLAT. LEOPOLDI *art. IV.* verbis: *denen Reichs Constitutionen oder Lehn-Rechten gemæs*, Art. XXXIX. *denen Lehn-Rechten gemæs, sich darzu qualificirt.* Adde SPE-

runt Capitula extraordinaria, siue fragmenta quædam feudalia a IACOBO de ARDIZONE & IACOBO ALVAROTTO collecta, * quæ restituit IACOBVS CVIACIVS. Hæc autem prioribus libris non statim fuerunt adiecta, ideoque nec in eadem Glossæ fuerunt confectæ, nec ista vsu adprobata, secundum vulgare illud; *quod non adgnoscit Glossa, nec Curia.* Quia tamen ex moribus feudalibus ista sunt collecta, ** vsum habent ad declaranda Capitula ordinaria non satis clara, vel ambigua. Sensim accesserunt Constitutiones Friderici II. Imp. atque aliæ diuersorum Impp. Constitutiones EXTRAVAGANTES dictæ, in duos titulos distinctæ, cum Glossis Bartoli, quas nonnulli undecimam collationem esse dixerunt, & liber de Pace Constantiæ

NERI *Ius Publicum Tom. III. p. 108.* GEBHARDI CHRISTIANI BASTINELLERI *Diss. de Præiudicio Principum ex abusu Iuris Feud. Longobardici.*

* GVIDO PANCIROLLVS *de claris legum interpretibus lib. I. cap. XXX. XXXII.* SCHILTERVS *in procemio c. VII.*

** Prout patet ex *II. F.* 81. 83. 88. 89. 101. 103. 104. 107. Adde HARTM. PISTORIS *lib. II. quæst. XV. num. 43.* & *quæst. XIII. n. 59.* Adde SCHILTERVM *Præf. ad Mincuccium* §. *VII.*

Friderici I. Imperatoris. * Insecutæ fuerunt GLOSSAE Iuris Feudalis, quas varii susceperunt, BVLGARVS, BYLAEVS, VGOLINVS, VINCENTIVS, aliique. ** Horum tamen curas superauit IACOBVS COLVMBINVS, ICtus Rhegiensis, & post eum, teste Iasone, nemo Glossas in feuda scribere tentauit. ***

§. X.

Mincuccii de Prato Veteri libri Feudorum.

Cum autem varia in hisce vsibus male reperirentur ordinata, vel minus recte dicta, atque reformatio desideraretur, **** primus hanc operam suscepit MINCVCCIVS DE PRATO VETERI, ***** ICtus

* *Hist. Iuris Cap. VIII. §. XX.*

** DVCK *de vsu & auctor. Iuris lib. I. c. IV. §. XIII.* GVIDO PANCIROLLVS *Thes. Var. Lect. lib. I. c. XC.*

*** *Prælud. Feud.* GVIDO PANCIROLLVS *de claris Legum Interpret. lib. II. cap. XXXI.*

**** SCHILTERVS §. *VIII. inuenti obtrectatores fuerunt, qui ordinem materiarum in iis obseruatum, vel neglectum potius, carperent, imo quædam bestialiter ibi constituta, bonas & malas consuetudines fuisse cumulatas, Obertumque & Gerardum fuisse duo pecora.* Licet ANTON. MONACHVS *de recta feudorum interpretatione cap. III. §. XLIII.* & SCHILTERVS Compilatores defendat.

***** Alias corrupte Antonius Mericutius

ICtus Bononiensis, qui Sigismundi In iussu, libros Feudorum ab an. 1428 1431. in melius disposuit, atque in libros digessit, Vniuersitatique Bo nienfi obtulit, vt ista hanc collectio nem Sigismundo Imp. ad confirmationem offerret, quam tamen factam esse, non constat. Denuo eiusdem confirmationem a Friderico III. Imp. petiit, eandemque obtinuit. Et licet Eiusdem Feudorum libri in Academia Bononiensi publice prælegerentur, nunquam tamen publicam auctoritatem fuerunt adepti. Hos primum ex Mscripto Codice edere, in animo habuit GREGORIVS HALOANDER, postea eundem Codicem nactus ERICVS MAVRITIVS, vt illum tamen ederet, induci non potuit, vsque dum IO. SCHILTERVS e codice Bibliothecæ Parisiensis eundem cum doctis animaduersionibus ederet.*

§. XI.

dictus, verum nomen patet ex præfatione libri primi. Agit de eodem M. MANTVA *de illustribus viris*, & GVIDO PANCIROLLVS *Thes. Var. Lect. lib. I. cap. XL.*

* Hæc omnia in *Historia Iuris cap. VIII. §. XXXIIII.* vlterius fuerunt exposita. Adde CVSPINIANVM *in vita Friderici III.* scribentem: *librum de vsibus Feudorum nouum fieri iussit.*

§. XI.

Bartholom. Baraterii libri Feudorum.

Sola, prout videtur, æmulatione motus BARTHOLOMAEVS BARATERIVS, ICtus Placentinus, Feudorum textum in meliorem ordinem digessit, auxit, Capitula extraordinaria, & alia fragmenta feudalia suis titulis inseruit, atque *Libellum Feudorum reformatum* Philippo Mariæ, Duci Mediolanensi obtulit, qui eum per Doctores quosdam examinatum adprobauit, atque Vniuersitati Papiensi commendauit, qui tamen vsu haut fuit receptus. Hunc libellum reformatum primus edidit Nicolaus Rigaltius, postea ex Codice Bibliothecæ Regiæ Parisiensis Ioan. Schilterus. Nouam denum Iuris Feudalis Collectionem procurauit IACOBVS CVIACIVS, de Feudis libros quinque, mutato ordine, componens. Quorum primus est Gerardi

Et paulo post: *Id opus Bessarione Cardinale atque Angelo Reatino approbantibus, Antonius de Vetere Prato, Bonon. ICtus congessit, præcipiente Friderico.* IASON *in præludiis feudorum.* *Et ipse* (Antonius) *attestatur, quod librum suum destinauit Serenissimo præsenti Imperatori Friderico, & ab eo fuit approbatum & mandatum, quod in publicis studiis legeretur.* Licet RHETIVS *in Proœm. Consuet. Feud. n. 19.* contrarium adferat.

di Nigri, Secundus & Tertius Oberti de Orto. Quartus ex variis & incertis autoribus antiquis collectus, continens Capitula extraordinaria. Quintus Impp. Constitutiones, quæ ad Feuda spectant, quibus etiam A. B. adiecit, complectitur. Licet ista Collectio, dum ICti Consuetudinibus Feudorum iamdum essent adsueti, publica auctoritate haut fuerit recepta.*

§. XII.

Licet autem Ius Feudale commune etiam apud Germanos sit receptum, neque tamen ideo iura, quibus Germania ante fuerat vsa, fuerunt ** abrogata. Vsitata tamen æque sunt Iura Feudorum particularia, quæ pro diuersitate Prouinciarum variant, vt illud non nisi pro subsidiario sit habendum. *** Prout enim Feuda vel data fue-

Iura patria & Consuetudines Feudales adhuc obtinent.

* Vide Historiam Iuris *cap. VIII. §. XXIV. XXV.*

** Prout contrarium etiam patet ex ORD. CAMERALI Maximiliani I. *Tit. die Vnterthanen*, & recentiori *Part. I. Tit. XIII. §. I.* Adde SCHILTERVM *de Simult. Inuest. Princ. cap. II. §. 2. cap. III. §. vlt.* HORN *Cap. I. §. XXXI.*

*** Nec alia ratio Iuris Feudalis *II. F. 1.* Adde SCHILTERVM *Supplem. ad Cap. III. p. 468.* [R]ITTERVM *de Feudis Imperii Cap. II. §. VII.*

fuerunt, vel oblata, diuerſam adepta fuerunt naturam, diuerſa obtinuerunt pacta, idque pro arbitrio vel concedentis vel offerentis. Hinc in decidendis controuerſiis Feudalibus, primo loco conſiderandi ſunt cuiusuis prouinciæ mores, inde ad Ius ſcriptum & conſtitutiones cuiuslibet prouinciæ Feudales eſt recurrendum, his deficientibus, vel nihil decidentibus, obtinet Ius Feudale Commune.*

§. XIII.

Reliqua Iura Feudorum Communia.

Neque tamen ſolum Ius Feudale Longobardicum eſt commune. Sed, præter illud, etiam circa feudi Imperii IVS GENTIVM,** AVREA BVLLA, CAPITVLATIO-

HORNIVM *de Iurisprud. Feud. Cap. I. §. XXXI. XXXVII.* TITIVM *Teutſchen Lehnrecht n. 58.*

* Eſt igitur Ius Longobardicum ſaltim Ius ſubſidiarium, maxime in controuerſiis Illuſtrium, prout vberius docuit Saxoniæ Equeſtris litteratæ decus HENRICVS à BÜNAV *Exam. Diſſ. cap. I.* idque variis exemplis demonſtrat GEBHARD CHRISTIAN BASTINELLER *de præiudicio Principum ex abuſu Iuris Feudalis Longobardici, Wittenbergæ 1717.* & THOMASIVS *Iuriſt. Handel p. II. p. 298.*

** Olim quidem ante receptum Ius Longobardicum, & Leges Imperii pragmaticas, ſecundum Ius Gentium circa feuda Imperii pronun-

LATIONES, & LEGES IMPERII, quibus de Feudis Imperii varia ſunt decreta, ORDINATIO IVDICII AVLICI, Ius Canonicum, dum non ſolum in Iure feudali ad Conſtitutionem Vrbani * Papæ, ſed etiam in Iure Canonico ad Pontificum epiſtolas Decretales ** prouocetur. Potiſſimum vero mores & obſeruantia

tiabatur. WILHELMVS HEDA adducit diploma Henrici IV. Imp. de anno 1086. in quo de Egberto Marchione: *Ob eiusmodi culpam, illius comprouinciales, tam Saxones, quam Thuringi, cum cæteris principibus noſtris coram nobis ex iure gentium inde ſententiam proferentes, ipſum ſicut manifeſtum hoſtem Regni & Imperii Romani perſequendum cenſuerunt, prædio vero eius, & quæ a nobis habuerat beneficia, Imperiali noſtræ ditioni & poteſtati adiudicauerunt.* Dum Henricus III. Imp. improbaret, quod Beatrix Gothofredum, Lotharingiæ Ducem, ſine ipſius, tanquam Domini directi conſenſu, maritum adſumſiſſet, reſpondet, *nihil ſe egiſſe, præterquam quod iure gentium ſibi agere licuiſſet*, prout LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS ait *ad a. 1055.*

* *I. F. 6.*

** Vtpote Alexandri III. *C. 5. de Iudiciis. C. 6. 7. de foro competente.* Innocentii III. *C. 7. de Conſtitutionibus, C. 7. de his, quæ fiunt a prælato C. 1. 2. de Feudis. C. 6. de do-*

tia circa illustrium feuda obtinent. * vt parcior vsus relictus sit Iuri Longobardico.

§. XIV.

Vsus Iuris Feudalis Saxonici & Alemannici hodierni.

Ius igitur particulare præ cæteris obtinet. Illud enim vel in multis Imperii Prouinciis, aut Ciuitatibus locum habet, quale est Ius Feudale Saxonicum, & Alemannicum, aliud in vna saltim Prouincia vel Curia Feudali obseruatur, prout constitutiones Feudales in Electoratu Saxonico, vel in terris reliquis Saxonicis, ** etiam in Lusatia, *** Silesia, **** vel aliis Germaniæ

nat. inter vir. & vxorem C. 10. de pœnis. Honorii III. *C. 53. f. de sent. excommun.* Alexandri IV. *c. fin. §. sane quamuis de decimis in 6to.*

* id quod ITTERVS *de Feudis Imperii cap. II. §. VII. VIII.* vberius declarauit. Adde ERNEST. IOACH. VVESTPHAL *de fatis & vsu Iur. Feud. §. XXIX.*

** HORNIVS *Cap. I. §. XXXIV.*

*** Prodiit haud ita pridem *Corpus Iuris Prouincialis Marchionatus Lusatiæ Superioris, Budissæ 1715. 4.* in cuius titulo tertio exhibentur Constitutiones Feudales. Addd SAM. STRYCKIVM & IOAN. PETR. LVDEVVIG *de Feudis Lusatiæ.*

**** De quo videantur IAC. SCHICKFVSII Consuetudines Silesiæ.

niæ prouinciis, quarum nulla fere reperitur, quæ non ſingularibus gaudeat Conſtitutionibus. * De eo vero vel maxime adhuc diſputatur, quemnam vſum Ius Feudale Saxonicum & Alemannicum adhuc habeat. In cauſis equidem atque controuerſiis illuſtrium, ipſi Saxonici Principes illas ex Iure Saxonico terminandas eſſe voluerunt. ** Immo, dum circa feuda illu-

* De his diuerſorum Iurium Feudalium vel horum differentiis cum Iure Communi & horum ſcriptoribus ſigillatim actum fuit in Bibliotheca Iuris *Cap. XII. §. VI.*

** Patet illud ex Tranſactione Numburgenſi a. 1554. inter Io. Fridericum & Auguſtum Electores: *Da auch irgend Artickel fürfielen, die ſich in die Sachſiſche Recht in der Haupt-Sachen ziehen thæten, darinn ſoll denſelben Sæchſiſchen Rechten nach geſprochen werden.* In Tranſactione inter Wilhelmum Saxo-Vinarienſem, & Erneſtum Saxo-Gothanum Duces a. 1657. inita, dicitur: *Und darauf von ihnen ihren Gewiſſen und auſs neue zu dieſer Sache geleiſteten Pflicht nach, zu erkennen, auch darbey daß deſſen Orths ſonſten in iudicando übliche Sæchſiſche Recht, da irgent ein oder mehr Artickel einfielen, für ſich in daſſelbige in der bemeldten Sache ziehen thæte, beobachten.* Sic etiam Ius Ciuile Saxonicum ſubinde fuit obſeruatum,

illustrium leges potius Imperii &Mores obtineant, quam Ius scriptum, isti vero ex Iure Saxonico sint demonstrandi, huic

vtpote in diuisione Ernesti atque Alberti principum: *Maior diuidit minor eligit*, annus maioris etiam ætatis inter Saxoniæ Principes obseruatur , licet in diuisione inter Fridericum Placidum & Wilhelmum fratrem minor diuiserit, maior elegerit, prout ex Compacto placuit. MÜLLER ANN. *Saxon. ad a. 1445.* Vberius hoc demonstrauit IOAN. SCHILTER *de Inuest. Simult. Principum Cap. V.* ITTER *de Feudis Imperii Cap. IX.* MÜLLERVS *Staats-Cabinet Part. IV. Cap. V. §. XI. seqq.* ANT. COLER *de Iure Imperii Germanici* §. *LXIII.* Licet ipso adlegante, Marburgenses aliquando in contrarium responderint, ex ratione: *daß in den Churfürstenthum, Graf-und Landschafften, so die Hertzogen von Sachsen vom Heil. Reich zu Lehn bringen, I. F. F. G. G. nicht Krafft gesammter Hand, sondern nach des Heil. Reichs gemeinen Lehn-Rechten succediren.* Quod tamen falsum, dum adhuc hodie simultanea Inuestitura etiam inter illustres obseruetur. THOMASIVS equidem *Selectis Feudalibus* §. *LXX. LXXII.* etiam in controuersiis priuatorum feudalibus Ius Feudale Saxonicum & Alemannicum obtinere auctor est. Idem adserit IOAN. SCHILTERVS *Præfat. ad Ius Feud. Alemann.* §. *II.* & *XVIII.* & *Præfat. ad Mincuccium* §. *V.* HOR-

huic etiam ſuum vſum atque auctoritatem haud denegamus. Inter Sileſiæ quoquePrincipes controuerſias ex Iure Saxonico terminari, ab aliis fuit declaratum. * Eadem eſt ratio Iuris Feudalis Alemannici, quod non tam in decidendis controuerſiis feudorum priuatorum quam illuſtrium locum inuenit. **

E 2 §. XV.

NIVS *Cap. I. §. XXXIII.* Verum, ſequor potius B. Parentem, *Cap. I. §. VIII.* dicentem: Ius Saxonicum aliter non obtinere, niſi in quantum vſu fuerit comprobatum, atque alleganti illud incumbere probationem, in iſto caſu vſu illud eſſe receptum.

* SCHILTER §. *IV.* & potiſſimum STRYK *de Iure Sileſiorum Saxonico Cap. III. §. V. & ſeqq.* STRYK *de Feud. Suidnic. & Iaurov. c. II.* Adde IACOBVM SCHICKFVSIVM *in Conſuetudinibus Sileſiæ Feudalibus.*

** Haut ita pridem equidem STEPHANVS CHRISTOPHORVS HARPPRECHT AB HARPPRECHTSTEIN euulgauit *Speculi Sueuici & præſertim Iuris Feudalis Alemannici in Foris Vicariatus Sueuico-Franconico-Palatini non vſum modernum*, occaſione controuerſæ ſucceſſionis in Comitatu Rietbergenſi inter Principes de Lichtenſtein, & Comitiſſam de Kaunitz Iuri Alemannico Feudali omnem plane vſum in foro denegauit, idque multa opera, adductis multarum Curiarum Feudalium & Collegiorum

§. XV.

Litteræ Inuestituræ in controuersiis feudalibus potissimum inspiciendæ.

In decidendis igitur Feudorum Controuersiis, inspicienda primum sunt verba Inuestituræ & conuentionis feudalis, * cum pacta negotiis humanis dent legem, ** ita tamen, vt ista secundum feudorum naturam sint explicanda. Quod si autem Inuestituræ plures inuicem non conueniant, secundum primam & anteriorem erit decidendum, dum, quidquid in posterioribus fuit immutatum, potius ex errore factum esse, præsumatur, nisi per pacta inuestituræ adiecta quidpiam fuisse immutatum, demonstretur. ***

§. XVI.

Iuridicorum Responsis. Capite Tertio tamen multa argumenta pro auctoritate Iuris Feudalis Saxonici & Alemannici adducere ipse necessum habuit. THOMASIVS etiam *Iurist. Hendel p. 294.* in defectum consuetudinum Prouincialium etiam ad Ius Feudale Saxonicum & Alemannicum posse prouocari, statuit.

* Arg. *I. F. 14. §. 2.* verbis: *nisi pactum fuerit in inuestitura. II. F. 2. c. 2 aut per publicum instrumentum probari potest. II. F. 18.* verbis: *propter tenorem inuestituræ insertum. II. F. 48.* ROSENTHAL *Cap. I. conclus. XII.* GAIL. *II. Obs. L. num. 15.* B. PARENS *Cap. I. §. XI.*

** *l. 13. ff. R. I.*

*** SCHRADER *P. V. c. II. n. 37.* ROSEN-

§. XVI.

Quod si in litteris Inuestituræ, vel Conuentione feudali, nihil reperiatur, quod ad decidendam causam feudalem facere possit, ad pacta gentilitia, confraternitatis, quæ non inter illustres solum, sed etiam nobiles obtinent, est recurrendum, * & si nec iisdem quidpiam definitum, in feudis Illustrium A. B. & Leges Imperii, vel his deficientibus, & in feudis priuatorum iura particularia feudorum, & præcipue ius vel consuetudo loci, vbi situm est feudum, obtinet. ** Quod si tamen aliud ius vel consuetudo locum habeat in prouincia, vbi Curia Domini est sita, aliud in ipsa Domini Curia, *** aliud in loco feudi sit, considerandum, an in contractu feudali sit definitum, quo iure feudum venire debe-

Pacta Gentilitia, Leges Imperii, Ius Feudale Particulare considerandum.

THAL *Cap. VI. concl. LXIX.* VVLTEIVS *I. Consf. III. n. 22.*

* HORN. *Cap. I.* §. *XXXVII.* De eiusmodi pactis vide *Syntagma Iuris Publici Cap. XXVII.* §. *XVIII. seqq.* Eiusmodi pacta gentilitia sunt inter nobiles de Bünau, Schönberg, Brandenstein, Künsberg, aliosque.

** *I. F. 7.* prouocatur ad rationabilem consuetudinem *I. F. 13. fin. II. F. 1. c. 1. II. F. 9. c. 1. nullius Curia consuetudine. II. F. 34. c. 3.*

*** Hic casus ratione feudorum in alieno Territorio sæpius occurrit,

debeat, an non. Si definitum, feuda omnino isti iuri subiiciuntur,* si vero definitum non sit, disquirendum, an controuersia ipsum feudum tangat, an vero contractum feudalem. Sin prius, iura rei sitæ sunt consideranda.** Sin Posterius, si super contractu feudali controuertatur, vtpote de solennitatibus, inuestitura, felonia, secundum loca contractus erit decidendum, licet vtroque casu, in Domini Curia aliud Ius obti-

* Exemplum præbet Guilielmus de S. Claro, qui, dum Erico VIII. Daniæ & Norwegiæ Regi se subiiceret, additur: *Regem & iudicem iri agnitum*, idque *secundum leges ac iura Norwegiæ* apud PONTANVM *lib. IX. p. 597.* Dum Otto Dominus de Cuyck & de Heruorde oppidum suum de Grauia Iohanni, Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgi Duci obtulisset, ille id recepit in feudum rectum, *iure Brabantino*, ab ipso eiusque post ipsum heredibus ac successoribus hereditarie tenendum, apud PONTANVM *Hist. Geldr. ad annum* 1317. Sic etiam feuda iuri Zutphaniensi subiiciuntur apud FRID. A SANDE *Tract. I. cap. I. num.* 27. 30. Adde HERTIVM *de Feudis oblatis Part. II.* §. *XLII.*

** B. PARENS *Cap. I.* §. *XII.* HORN *Cap. I.* §. *XXXVIII.* NICOL. BVRGVNDVS *ad Consuet. Flandr. cap. IX. concl. LXIV. n.* 13.

obtineat, nisi forsan demonstrari possit, Ius Curiæ Domini etiam in hisce casibus, secundum mores præualere, vt ideo singula redeant ad id, quod moribus & vsu est introductum

§. XVII.

Quod si tamen nec iure particulari quidpiam definitum, ad ius commune feudale est recurrendum. Hoc vero etiam deficiente, Ius Ciuile, * quod Ius allodiale vocari solet, vel canonicum, locum habet. Cauendum tamen, ne a natura feudorum deuiemus, vel ex Ciuili Iure feudale corrigamus. ** Quod si leges feudales sint dubiæ, interpretationem istæ admittunt, quæ vel doctrinalis est Doctorum Iuris, eademque arbitraria & neminem obligans, vel authentica, quæ fit ab ipso Legislatore, vel etiam in causis singularibus, si circa Textus obscuros ad arbitrium boni viri prouocetur. Hæc vero interpretatio vel simplex est,

Ius Commune feudale etiam Ciuile & Canonicum sunt subsidiaria.

E 4

* *II. F.* 1. Neque tamen vice versa Ius Feudale locum habet in caussis ciuilibus, cum a iure restricto ad libertatem argumentari haud liceat.

** Sic Euerhardus in locis topicis male argumentatur a liberto ad vasallum, ab operis rusticis ad seruitia.

eſt, vel extenſiua vel reſtrictiua. Circa ſimplicem illud obſeruandum; ex diuerſis aliquando in vno eodemque Capitulo relatis opinionibus, plerumque ea, quæ priori loco eſt poſita, cenſetur approbata, niſi textus vel materia ſubiecta aliud ſuadeant. Extenſiua interpretatio non facile eſt admittenda, niſi ex ſenſu verbis latiore, vel ratione generaliori illa pateat. Nec reſtrictiua plene eſt deneganda, quando ſenſus vel ratio eius eſt anguſtior. *

§. XVIII.

Circa antinomias Feudales quid locum habeat.

Dum vero dentur in Iure Feudali antinomiæ, dubium adhuc ſupereſt, quid circa easdem obtineat. Iſta contrarietas aut in diuerſis occurrit capitulis, aut in iisdem. Priori caſu, ſi vnum fuerit ordinarium, alterum vero extraordinarium, ** prius erit præferendum. Si vtrumque fuerit ordinarium, illa ſententia locum habet, quæ analogiæ Iuris Feudalis convenit, vel vſu eſt recepta. *** Quod ſi vero nec de hoc certum

* Vide B. PARENTEM *Cap. I. §. XVI.* HORNIVM *Cap. I. §. LI.*

** Exemplum *II. F. 9. 73.*

*** Exemplum. *I. F. 22. II. F. 24. II. F. 26. §. Filii. II. F. 29.* Vide HVB. GIPHANII *Antinomia Iuris Feudalis.*

certum sit, nec aliunde decisio peti possit, potestati legislatoris & arbitrio iudicis causa erit decidenda.

CAPVT QVARTVM.

DE FEVDI DIVISIONIBVS.

§. I.

Feuda in noua & antiqua distinguuntur.

FEuda, postquam incrementa ceperunt, diuersas nacta fuerunt diuisiones,* accidentalia potissimum & naturalia concernentes. Hæ diuersitates ex eo trahunt originem, quod feuda a diuersis populis fuerint orta, hinc alia sunt iuris Longobardici, alia iuris Francorum, alia iuris Burgundici. Deinde, quod feuda diuerso iure fuerint suborta, prout in Silesia; Tertio, ob pacta inuestituræ adiecta. Ratione enim adquisitionis, quæ vel originaria est vel deriuatiua, diuiduntur in Feuda *noua* vel *antiqua*. Feudum nouum dicitur, quod vasallus ipse primum adquisiuit. Antiquum, quod successionis Iure in ipsum fuit delatum, & vocari solet: *Stammlehn, Altlehn.*

E 5

* THOMAS DE MARINIS centum & decem feudorum diuisiones numerat. Vide MAVRITIVM *posit. Feud. I.*

lehn. In isto soli descendentes ius succedendi habent, in hoc vero secundum ius commune etiam adgnati. **

§. II.

Feudum antiquum quale.

Feudum antiquum distinguitur in paternum & fraternum. *Paternum* dicitur omne, quod a maioribus, siue pater fuerit siue auus & vltra * iure successionis fuit delatum. *Maternum*, quod a Matre, auia, vel vltra fuit deuolutum,** *Fraternum* vero dicitur, quod a fratre adquisitum, atque hoc sine liberis defuncto, ad fratrem successionis ordine deuenit. ***

§. III.

Feudum antiquum ob culpam amissum. post restitutionem manet antiquum.

Verum, de eo potissimum disquiritur, an feudum antiquum, ob feloniam vasalli per sententiam priuatoriam amissum, dominus vero, culpa remissa,

** *II. F. 3. pr. 11. 12. 15. 92.*

* Sunt equidem, qui vltra tertium gradum feudum paternum haut dici contendant, adlegántes textum *II. F. 1. §. I.* Verum, rectius *II. F. 50.* dicitur. *Paternum autem voco, quicumque ex superioribus id adquisiuit.* Immo aliis locis *I. F. 14. §. 2. II. 12. 14. 15. 26. pr.*

** *I. F. 15.*

*** *I. F. 4. II. F. 18.*

miſſa, vaſallum in eodem reſtituat, iure noui vel antiqui feudi ſit cenſendum. Iure antiqui cenſendum eſſe, omnino putem, dum vaſallus per culpam ſuam adgnatis, qui ius quæſitum in feudo habent, nullum adferre queat præiudicium. ****

§. IV.

Quod ſi tamen filius, patre defuncto, paternæ hæreditati penitus renuntiauerit, dominus vero adgnatis conſentientibus, ipſum de feudo inueſtiuerit, tunc omnino nouum eſt habendum, * eo quod filius, tanquam ſucceſſor in feudo paterno conſiderari nequit, ſed tanquam primus adquirens. Adgnati etiam ob conſenſum, a ſucceſſione eiusdem excluduntur, niſi vel per pacta, vel per ſimultaneam inueſtituram iura antiqui feudi, & ſucceſſionem ſibi reſeruarint, tunc ratione filii nouiter inueſtiti erit feudum nouum, ratione adgnatorum feudum antiquum,

Feudum nouum eſt, quod filius paternæ hæreditati renuntians, obtinet.

**** Docent hoc exempla reſtitutionis Ioannis Friderici, Saxoniæ Electoris, Caroli Ludouici Palatini, & Maximiliani Emanuelis, Bauariæ Electoris, quorum feuda Regalia poſt reſtitutionem ſemper antiqua manſerunt.

* *II. F. 45.* Nec obſtat *II. F. 49.* cum diuerſa ſit ratio refutationis ac repudiatæ hæreditatis paternæ.

quum. ** Feudum vero adgnatorum consensu in adgnatum translatum, manet feudum antiquum, *** secus si in extraneum. ****

§. V.

Feudum antiquum est, quod ex pacto ad agnatos venit.

Quod si vero feudum ea conditione fuerit concessum, vt mortuo sine hæredibus primo adquirente, ad collaterales, veluti fratrem, eiusue liberos transeat, * idemque casu existente, ad collaterales fuerit deuolutum, horum ratione, antiquum recte dicitur, dum per successionem deferatur, quæ vel ordinario modo fit, quo descendentes a primo adquirente succedunt, vel modo extraordinario, ex singulari pacto, frater fratri, qui primum adquisiuit, succedit. ** Quod si tamen frater vna adquisiuerit ea conditione, vt fratre sine hærede defuncto, ipse succedat,

** MATTH. DE AFFLICTIS in *II. F. 14. num. 41. 42.* ROSENTHAL *Cap. II. conclus. XVII. num. 6.* B. PARENS *Cap. III. num. 5.* HORN. *Cap. III.* §. *8.*

*** *II. F. 26. pr. II. 29. pr.* ROSENTHAL *Cap. II. concl. XXIII.*

**** *I. F. 5. §. 1.*

* Prout *I. F. 1. cap. 2. II. F. 18.* eiusmodi casus definitur.

** *I. F. 20*

cedat, tunc, cum iure sui contractus id consequatur, in eius persona nouum feudum censebitur. ***

§. VI.

Feudum vero ex antiqui feudi pretio redemtum nouum erit, dum ex pecunia allodiali nouiter sit adquisitum, nisi Domini & adgnatorum consensu, pro antiquo reputetur. * Idem est in permutatione: Feudum enim permutatione quæsitum, dum per successionem delatum haud sit, feudum antiquum proprie dici nequit. ** Quod si tamen Dominus consenserit, vt qualitas prioris feudi huic nouo inhæreat, ob hunc consensum, naturam feudi antiqui habet. *** Neque tamen tacitus consensus sufficit, sed expressus

Feudum ex pretio feudi antiqui vel permutatione adquisitum est nouum.

*** ROSENTHAL *c. l.* B. PARENS *Cap. III.* §. *2. num. 3.*

* SCHRADER *de Feudis Part. II. cap. III. num. 55.* B. PARENS *Cap. III. aph II. n. 6.* HORNIVS *Cap. III.* §. *9.* Obstare equidem videtur *l. 39.* §. *1. l. 51. ff. de donat. inter virum & ux.* vbi dicitur, quod surrogatum sapiat naturam eius, in cuius locum surrogatum, quæ regula hic locum non habet, cum diuersa qualitas surrogati repugnet.

** BERLICH *Part. II. concl. XIII. n. 10.*

*** SCHRADER *cit. loc.*

ſus requiritur, vt iure antiqui habeatur. ****

§. VII.

Dominus poteſt Feudum nouum iure antiqui conferre.

Licet autem feudum nouiter ſit adquiſitum, dominus tamen ipſi tribuere poteſt Ius, qualitatem & effectum feudi antiqui, idemque *nach Art und Eigenſchafft eines rechten alten Stamm-Lehens* conferre. * Nec opus eſt adgnatorum conſenſu, quibus in Feudis nouis nullum Ius competit, qui hoc ipſo ius ſucceſſionis nanciſcuntur. Ea tamen inter feudum ſua natura antiquum, & conſentiente domino dirigente tale, eſt differentia, quod illud vaſallus non niſi cum adgnatorum conſenſu poſſit alienare, ** ad huius vero alienationem ſolus Domini conſenſus ſufficit, dum qualitas feudi antiqui, quæ ſolo domini & vaſalli pacto nititur, eorundem paciſcentium voluntate tolli poteſt, niſi per ſimultaneam inueſtituram, vel pacta ſingularia vaſalli ius adquiſiuerint. *** Sic etiam per conuen-

**** ROSENTHAL *cit. loc. concl.* 16. *n.* 5. HORN *cit. loc.*

* arg. *II. F.* 18.

** *II. F.* 39.

*** ROSENTHAL *Cap. II. concl. XV.* ANTONIVS *diſp. I.* §. 5. *lit. E.* HARTMAN. PISTORIS *lib. II. quæſt. XLIV.* STRYK *de Caut. contract. S. II. cap. V.* §. 3. HORN *Cap. III.* §. 10.

uentionem inter dominum & vasallum, ex feudo antiquo fieri potest nouum, modo nullius subsit præiudicium, vtpote si nulli adfuerint adgnati, vel simultanee inuestiti, vel isti consenserint.****

§. VIII.

Feudum vero in dubio antiquum potius præsumitur, quam nouum, * quoniam, si recens facta fuerit inuestitura, facile illa poterit demonstrari. Hæc autem præsumtio, licet satis sit fundata, illud etiam operetur, vt agnatus, succeßionem petens, in poßeßionem mitti debeat, ** atque domino contrarium adserenti onus probandi incumbat, ita tamen, vt iudex ipsi vel adgnato iuramentum poßit deferre,*** nisi feudi nouitas plane sit manifesta. Quod si tamen dominus, aut alius a domino causam habens, haut vitiose poßideat, feudum nouum præsumitur, atque vasallus probare tenetur, esse antiquum.**** Ratione succeßionis, feuda

Feudum in dubio antiquum potius præsumitur quam nouum.

**** *II. F. 45.* B. PARENS *Cap. III. aphorism. III. num. 3.*

* *II. F. n. 26. c. si de feudo.* MENOCHIVS *lib. III. præs. XCIII. arbitr. Iud. quæst. 191.*

** *II. F. n.*

*** *II. F. 6. n. 26. 33.*

**** *II. F. 26. c. fin.*

feuda diſtinguuntur, in *ſimplicia*, quæ ad omnes transeunt hæredes, & *talliata*, quæ ad certos ſaltim hæredes veniunt & generationes, de quibus infra dicemus. *****

§. IX.

Feuda vel ſunt eccleſiaſtica vel ſecularia.

Deinde, Feuda ratione rerum, quæ in feudum conceduntur, vel ſunt ECCLESIASTICA, *Geiſtlich Lehn*, vel SECVLARIA, *Weltlich Lehn*. Feuda Eccleſiaſtica diuerſimode intelliguntur. Eccleſiaſticum quandoque feudum dicitur, quod perſona eccleſiaſtica de propriis concedit, vel accipit, quod tamen potius eſt feudum ſeculare. * Alii feudum Eccleſiaſticum dicunt, quod perſonæ Eccleſiaſticæ, vtpote Epiſcopo, Abbati vel Monaſterio conceditur, ** cum tamen hoc

***** *Cap. V. §. XIV.*

* *II. F. 35. l. 3. C. de Epiſcop. & Cler.* ROSENTHAL *Part. II. concl. V. n. 3.*

** ROSENTHAL *Part. II. concl. V. num. 3.* Eccleſiaſticum dicit, quod vel ab Eccleſia datur, vel quod Eccleſia per ſuos Prælatos ab aliis tenet, ſeu recognoſcit. CRAGIVS *lib. I. pag. 60.* Prouocatur ad *II. F. 40.* vbi feudum, quod Epiſcopus vel abbas a Rege datum habet, beneficium eccleſiaſticum dici videtur. Verum, non feudum, ſed munus Epiſcopale ibi intelligitur, dum feudum clericum ſua culpa amiſiſſe, beneficium eccleſiaſticum

hoc potius feudum ſit Eccleſiæ & Eccleſiaſticorum, quam Eccleſiaſticum, & pro feudo ſeculari habendum. Bona enim Epiſcoporum & Abbatum erant Allodia, * & ſi vel maxime feuda concede-

vero retinuiſſe, ibidem dicatur. Adde BOEHMERUM *de Feudis eccleſiaſticis Cap. II.*

* Antiquis temporibus Impp. Epiſcopos & Abbates ſaltim inueſtiebant de officio & munere Epiſcopali, per annulum & baculum, non vero de terris, quæ tantum in ſingulis bonis allodialibus, eccleſiæ legatis vel donatis conſiſtebant, indeque allodia Eccleſiæ adpellabantur. Dum autem Epiſcopi a temporibus Ottonis M. Ducatus, Comitatus & feuda Imperii ad ſe traherent, omnino bona & feuda hæc erant ſecularia ab Eccleſiaſticis poſſeſſa. Patet hoc ex Hiſtoria controuerſiæ inter Henricum V. Imp. & Paſchalem II. a. 1110. agitatæ. In pacto igitur Paſchalis II. cum Imperatore manifeſtam videmus diſtinctionem inter feuda ſecularia & allodia Eccleſiæ, his verbis: *Tibi itaque Henrice Rex & regno regalia illa dimittenda præcepimus, quæ ad regnum manifeſte pertinebant tempore Caroli, Ludouici, Ottonis, & cæterorum prædeceſſorum tuorum. Interdicimus etiam & ſub anathematis diſtrictione prohibemus; nequis epiſcoporum, ſeu abbatum præſentium vel futurorum eadem re-*

cedebantur, ſæpe tamen in proprium & allodium commutabantur, * vel ſtatum

galia inuadant, id eſt ciuitates, ducatus, marchias, comitatus, monetas, teloneum, mercatum, aduocatias, iura centurionum, & turres, quæ regni erant, cum pertinentiis ſuis, militiam & caſtra; & ne ſe deinceps, niſi per gratiam regis de ipſis regalibus intromittant. Paulo poſt ſequitur: *Porro eccleſias cum oblationibus & hæreditariis poſſeſſionibus, quæ ad regnum manifeſte pertinebant, liberos manere decreuimus* apud DODECHINVM. Adde SYNTAGM. IVRIS PVBLICI *Cap. X. §. XX.*

* Patet hoc ex diplomate Friderici I. quo Epiſcopatui Tridentino a. 1161. Comitatum cedit apud LÜNIGIVM *Spicil. Eccleſ. Tom. II. pag. 915.* in quo: *Comitatum Tridentinum cum omnibus ſuis pertinentiis & vtilitatibus illis, quibus eum Duces, Comites, ſiue Marchiones, vllo tempore beneficii nomine habere viſi ſunt, in proprium, cum diſtrictis, placitis, cunctisque publicis functionibus & dedibitionibus ſupra nominatæ Eccleſiæ, eiusque Epiſcopis datum in perpetuum & traditum noſtra Imperiali auctoritate approbamus.* Idem docent litteræ Friderici Comitis Wernigerodani de anno 1298. apud KETTNERVM *Antiquit. Quedlinb. pag. 350. manſum vnum in campo Querembeke ſitum, quem Ludouicus miles dictus de Elvedimgerode a nobis vinculo tenuerat feu-*

tum secularem retinebant, vsque dum Henricus V. Imp. Calixto II. papæ anno 1122. Inuestituram per annulum & baculum pacto cederet, sibi vero reseruaret, vt electus infra sex menses regalia *per sceptrum ab Imp. reciperet.** Ab isto tempore distinctum fuit munus, & officium Episcopale, quod dependet a Papa, & regalia Episcopatus feuda, ** de qui-

F 2 bus

dali & ab eo Ioh. alumni de Quedelinb. per resignationem iam dicti militis in manibus nostris habentes liberum ac solutum ob preces & instantiam prædicti militis vobis & ecclesiæ vestræ in proprium donamus. Et alia innumera.

* Vide CONRINGIVM *de Constitutione Episcoporum Germaniæ.* HENRICVM MEIBOMIVM *de iure Inuestituræ Episcopalis*, & CORPVS HIST. GERM. *Per. VI. S. IV.* §. *X.*

** Albertus I. Imp. confert Petro, Archi-Episcopo Moguntino a 1307. Regalia feuda Principatus Pontificalis apud LÜNIG *Spicil. Ecclesʃ. Tom. I. Forts. pag. 46.* Hinc Bernhardus Præpositus Berchtersgad. petiit a Friderico III. Imp. *quatenus sibi omnia & dicti sui Cœnobii Berchersgad. Regalia, feuda, dominium, iura, iurisdictiones & temporalitates conferre, ipsumque de eisdem inuestire, gratiosius dignaremur* apud LÜNIG *Spicil. Ecclesʃ. Tom. III. pag. 41.* Eadem verba reperiuntur in litteris Inuestituræ Rudolphi II. de anno 1577. *p.* 50. & in litteris Ferdinandi II. de anno 1624. *pag.* 16.

bus Episcopi & Abbates ab Imperatoribus semper fuerunt inuestiti, & cum temporalitate, *** siue prout in vernaculo exprimi solet, *mit Regalien, Herrschafften, Lehn und Weltlichkeit:* * Hisce sequi-

*** Sigismundus Imp. in litteris Inuestiturae Annae Abbatissae Quedlinburgensis de a 1437. apud KETTNERVM *Antiquitat. Quedlinburgens. pag. 395. volentes & decernentes, quod tanquam Abbatissa Ecclesiae tuae praefata, ac Princeps Imperii Sacri Romani infeudata per nos de Regalibus tuis ac etiam legitime inuestita, in conferendis feudis & quibuscunque aliis actibus, Regalia & temporalitatem Ecclesiae tuae concernentibus, plenam habeas & exercere posses & valeas potestatem.*

* Hae formulae saepissime occurrunt vel in omnibus litteris inuestiturae Episcoporum & Abbatum. In litteris Rudolphi Habsburgici de a. 1274. Vlrico, Einsidelensi Abbati concessis, apud HARTMANNVM, *Annalibus Heremi p. 260.* dicitur: vt *quicunque praedicti Coenobii debeat Abbas existere, idem Imperiali sceptro a Romanorum Rege de administratione temporalium inlustrium Principum consortio debeat refulgere.* Fridericus III. Reinhardo Episcopo Spirensi confert anno 1441. *Seine und seiner Kirchen und Stifft zu Speyer, Fürstenthum, Regalia, Herrschafft, Lehnschafft, Mannschafft, Land und Leute* apud LÜNIG, *p. Spec. Cont. I.*

ſequiori tempore adiectum fuit *mit Geiſt-und Weltlichen Lehn*, * ſub quibus

F 3 ver-

pag. 266. in Caroli V. tranſactione, ratione Burgundiæ apud LÜNIG *Contin. I. ſub Burgund* p. 5. occurrit *temporalitas Vltraiecti-na.* Sic Rudolphus II. Imp. Erneſto Colonienſi anno 1594. confert *ſein und ſeines Erz-Stiffts Cœlln Regalia, Lehn und Weltlichkeit* apud LÜNIG *Spic. Eccleſ. Fortſ. des I. Theils pag. 857.* Eadem verba occurrunt in litteris Matthiæ Imp. Ferdinando Archiepiſcopo anno 1613. conceſſis *pag.* 876. & paſſim. Fridericus III. Imp. confert Abbati Elwangenſi anno 1472. *alle und iegliche Fürſtliche Würde, Ehre, Regalia, Lehn und Weltlichkeit mit ieden und ieglichen Mannſchafften, Lehnſchafften alle. Spicil. Eccleſ. Tom. III. p. 128.* Immo, idem adhuc locum habet recentiori tempore. Sic Leopoldus a 1698. confert Io. Mich. Epiſcopo Tridentino, *Sr. Andacht und dero Stifft Trient Regalia, Lehn und Weltlichkeiten* ap. LÜNIGIVM *Spicil. Eccleſ. Part. II. pag. 921.* Et paſſim. Potiſſimum hoc patet ex actu priuationis Ioſephi, Colonienſis Electoris, vbi Vice-Cancellarius Imperii declarabat: *das der erſte Ioſeph Clemens als Geiſtlicher ſeiner Weltlichen von Kayſerl. Mai. und dem Reich gehabten Lehn, Regalien, Priuilegien und Gerechtigkeiten priuiret.* Apud LÜNIG *App. P. Gen. p. 128.* vbi notanter Terræ Colonienſes vocantur feudum ſeculare.

* Sic Maximilianus I. Imp. anno 1495.

verbis tamen non intelliguntur ipsi Episcopatus & Abbatiæ, sed feuda Vasallorum, in ipsorum Territoriis sita, de quibus infeudandi habent Potestatem. Ecclesiasticum igitur feudum hic intelligimus, quod de bonis & terris Ecclesiæ conceditur, ab illis, qui ecclesiæ præsunt, quale a curuis Episcoporum atque Abbatum baculis vocatur *ein Krumstabslehn.* * Neque tamen sufficit, feuda ab Episcopis vel Abbatibus esse collata,

confert Bertoldo Moguntino & anno 1507. Iacobo Moguntino, *alle und iegliche sein und seines Stiffts Regalia, Lehn und Weltlichkeit, mit allen und ieglichen Mannschafften, Grafschafften, Geistlichen und VVeltlichen,* apud LÜNIGIVM *part. spec. Cont. I. pag. 18. Spicil. Eccles. I. Forts. pag. 100.* Idem repetitur in litteris Leopoldi anno 1698. Io. Michaeli Tridentino concessis, &c. vbi præter *Lehn und VVeltlichkeiten* exprimitur *mit allen und ieglichen Mannschafften, Herrschafften, geist- und weltlichen Lehnschafften.*

* Feudum Cambocæ. Vetus Poeta, MARNER, apud SCHILTERVM *ad Ius Feud. Alemann. Cap. I. §. I. num. 4. f.* dicit, *ewer krumber Stab, der ist gewachsen zu einem langen Speer.* Adde B. SCHMIDTIVM *de Baculo Pastorali*, vide DV FRESNE voce *Camboca*, BOEHMERVM *de Feudis Ecclesiasticis.*

lata, adeo esse Ecclesiastica, cum Territorium Episcopatus & Abbatiæ *die Stifts-Lande* probe sit distinguendum a terris & prouinciis secularibus, quæ Episcopatui & Abbatiæ accesserunt. ** Feuda ex istis concessa, sunt ecclesiastica, quæ vero ex prouinciis secularibus, licet Episcopatui nexis, collata, retinent qualitatem secularem. *** Feudum SECV-

** Exemplum dedit Archiepiscopatus Moguntinus, ad quem præter terras Archiepiscopales, spectat Comitatus Kœnigstein, & pars Comitatus Rheineccensis. Ad Coloniense territorium præter Episcopatum, spectat Westphaliæ Ducatus, & Comitatus Arensbergensis, quæ licet ad Archiepiscopatum spectent, naturam tamen prouinciæ secularis retinent, vide *Synt. Iuris Publici Cap. XXVI.* §. *VII.* Adde BOEHMERVM *Cap. I.* §. *VI.* SCHILTER *ad Ius Alemann. 246.*

*** IVS FEVD. ALEMANN. c. XLII. *Alle Bischœffe entphobend von dem Künige Müntz und zœlle. Vnd etliche entphobend Vanlehn, und etliche weltliche Gerichte*, & ibi SCHILTERVS. Patet hoc ex diplomate Friderici II. anno 1218. qui feudum vexilli, quod vulgo *Vanlehn* appellatur ab Ottone Banariæ Duce possessum a Ludouico, ipsius filio resignatum, Vlrico Patauiensi Episcopo confert, vt ipsum feudum statim titulo legalis successionis teneat

LARE vero dicitur, quod de Territori feculari conceditur, ideoque non pe fona concedentis, fed Territorium, e quo conceditur, confideratur. Et Principes feculares, vna cum terris fui inueftiuntur *mit Geift- und Weltliche Lehn*, * intelliguntur Abbatiæ bona & feuda, ipforum Iuri & Dominio direct fubiecta, quæ tamen rectius feuda eccle fiafticorum dici poterunt, quam Eccle fiaftica.

§. X

& conferat apud LÜNIGIVM *Spicileg. Eccle Tom. III. pag. 781.*

* Varia Exempla vide in *Syntagm. Iuri Publ. Tit. XVI.* §. *XVI.* vtpote, dum Wilhelmus Haffiæ Landgrauius an. 1495. inueftitu *mit der Landgrafſchafft Heſſen - - Mannſchafften, Geiſtlichen und Weltlichen*, apud LÜNIGIVM *Fortſetzung der II. Cont. pag. 768.* Maximilianus I. anno 1516. Iohanni Electori Brandenburgico confert *alle Churfürſtenthüm, Fürſtenthüm, Clœſter und Clœſter-Vogteyen, Mann, Mannſchafften, Lehn, Lehnſchafften, geiſt-und weltlichen Angefallen, Rechten, Nutzen und Zugehœrungen.* Sic Duces Saxonici a Leopoldo Imp. anno 1688. fuerunt inueftiti *mit allen Prælaten, Grafen, Herren, auch derſelben Prælaturen und Clœſtern, der weltlichen Obrigkeit, Schutz Rechten und Aduocatien.*

§. X.

Ratione qualitatis adiunctæ, diuiduntur in feuda *nobilia* & *ignobilia* seu plebeia. Feudum NOBILE vulgo dicitur, quod adnexam habet nobilitatem, accipientem nobilitans,* IGNOBILE, quod absque nobilitate eiusque iuribus conceditur. Verum, hæc distinctionis ratio nec Iure Germanico nec Longobardico est fundata. Feuda enim vtroque iure solis concedebantur nobilibus, ignobiles feudorum haut erant capaces, ** non igitur nobilitas feudum sequebatur, quin potius feudum nobilitatis esset accessio. *** Et licet plebeiis tem-

Feuda sunt vel nobilia vel ignobilia.

F 5 pore

* GOTHOFR. ANTONIVS *disp. feud. I. §. 6.* WVRMSER *de feudis impropriis cl. II. f. I. n. 5.* VVLTEIVS *de feudis lib. I. cap. VIII. num. 16.* ROSENTHAL *Cap. II. concl. II.*

** IVS FEVD. SAXON. *Cap. II. Pfaffen und Frauen, Bauren und Kauffleute, und die unehrlich gebohren sind, und alle die nicht von Ritter-Art, die sollen Lehn Rechtes darben.*

*** Non secus, ac si vocamus *die Adelichen Stiffter*, non, quod, qui ad istos admittantur, fiant nobiles, sed quod non nisi nobiles admittantur. Prout etiam communem alias opinionem exploserunt LVD. HVGO *de Statu Regionum Germaniæ Cap. IV. XXIV.* ITTER *de feudis Imperii Cap. III. §. 4. 5. 6.* SCHILTER

pore Friderici I. etiam feuda concederentur, nihilominus manebant plebeii.* Hi quidem feuda ad filios, secundum Ius Feudale Alemannicum ** poterant transferre, non tamen in Iudicio feudali sententias ferre, nisi coram ipsorum domino, a quo feudum possident. Hoc occasione Expeditionum sacrarum irrepsisse autumat ALTESERRA, *** vt plebeiis etiam atque municipalibus feuda adquirere fuisset concessum, licet in vniuersum hoc nondum fuisse licitum, ex eo patet, quod Carolus IV. per speciale priuilegium de anno 1350. oppidis Thu-

ad Rubr. Iuris Feud. Alemann. §. *18. 19.* AVGVST. LEYSER *de Iuribus præd. nobil. Saxon.* §. *II. seqq.*

* *II. F. 10. Cæteri vero, qui ab antiquis temporibus beneficium non tenent, licet nouiter a Capitaneis, seu a valuasoribus acquisierint, plebei nihilominus sunt.*

** *c. I.* §. *5.* Licet Iure Feud. Sax. *c. I.* talia feuda nec in hæredes potuissent transferri.

*** DE FEVDIS GALLIÆ *Cap. X.* Aliam occasionem vide apud BVRCARDVM *de Cas. S. Galli Cap. VIII.* vbi dicitur, quod ministri ecclesiæ S. Galli optimos mansos ad se traxerint, *eos per modum beneficiorum habere contendebant, & contra consuetudinem quidam ex ipsis mali nobilium gladium cingebant.*

Thuringiæ atque Misniæ demum concessit, vt bona feudalia, quæ & Quiritibus proprie debentur, * possint adquirere atque comparare. In aliis tamen prouinciis lege publica hoc fuit denegatum. ** Quod si tamen nobilis de feudo regali vel vexilli inuestiebatur, dignitatem feudo regali innexam insimul adipiscebatur.* Locum tamen nostra ætate hæc

* Integrum priuilegium adducit SCHILTERVS *ad Rubr.* §. *XIX.* vbi etiam explicat, sub Quiritibus non nisi nobiles intelligi.

** de Silesiæ Ducatibus testatur GEORG SCHVLTZE *Synopsi Iuris Feud. c. III. num. 86.* De Saxoniæ Electoratu Recessus Prouincialis d. 17. Aprilis 1666. Licet non semper fuerit obseruatum. Idem de Ducatu Glogouiensi testatur HENELIVS *Silesiographia Cap. VIII.* §. *132.* De Pomerania idem testatur TORNOVIVS *de Feudis Megapol. Part. I. cap. II. sect. II.* §. *24.* De Lusatia LVDEWIG *de Differ. Iur. Commun. & Lusat. differ. VIII.* AVGVST. LEYSER *in differtat. de Iure præd. nobil. in Saxonia* §. *VI.* de Marchia testatur, legem esse latam, ne feuda nobilia agricolis aliisque infimæ plebis hominibus conferantur.

* *II. F. 10.* SÆCHSISCH LEHN-RECHT *cap. XXI. Es hæbet nichts des Mannes Schildt, noch seinen Adel, denn allein Fanen-Lehn, ob ihm das gelieben wird.* Licet nec posteriori

hæc diſtinctio habet, dum nobile feudum, *ein Adeliches Ritter-Lehn*, illud dicatur, quod nobilibus, ** cum iurisdictione, iure venandi & foreſtali, aliisque ſolet conferri. Ignobile, *Bürger, Bauer, Schultzen-Lehn*, quod minoris eſt momenti, ſine iuribus, atque plebeiis & ruſticis ſolet conferri. *** Nobilis tamen feudum ruſticum poſſidens, manet nobilis, plebeius feudum nobile tenens,

ætate regale feudum dignitatem præbeat, dum Würtenbergenſes Comites, licet Teccenſem Ducatum poſſederint, ſaltim Comitum titulo fuerint ornati. Immo, Brandenſteinii atque Breitenbauchii, licet Dynaſtiam Ranis poſſideant, ſaltem ſub nobilibus veniunt. Inde Comes Ducatum poſſidens ſaltim dicitur *Inhaber des Hertzogthums.*

** Iura, quæ prædiis nobilibus ſolent inhærere, docte explicantur in AVGVSTINI LYSERI diſſertatione *de Iuribus prædiorum nobilium in primis Saxonicorum.*

*** Sic in Marchia dari *Schultzen-Lehn*, ex BRVNNEMANNO *Centur. I. Dec. LXXXVII.* diſcimus. Huc facit, quod Guilielmus, Iuliacenſis Dux, in fauorem Rabotonis de Plettenberg anno 1494. prædium Keſſenich, quod antea *Scheffengut*, mutauit in *Adelich Lehn Ritter-und Manngut*, THVMMERMVTH *Fund. Archi, epiſc. II. num. 40.*

nens, manet plebeius, licet quibusdam in locis, nobilibus prohibitum ſit, ruſticorum bona adquirere. *

§. XI.

Porro, feuda ratione dignitatis in *Regalia*, & *non Regalia*, *maiora* & *minora*, ſiue *officialium*, qui ſolummodo de maioribꝰ inueſtiebantur, & *miniſterialium*, qui prædia ſaltim poſſidebant, diſtinguuntur. Illa dicuntur, quæ regalem dignitatem habent nexam, & perſonis illuſtribus ſaltim conferuntur, ** qui etiam alias *feuda capitalia* *** vocantur. Feuda non regalia dicuntur prædia nobilium. Iſta ſunt vel Eccleſiaſticorum vel ſecularium. Illorum ſunt Archiepiſcopatus, Epiſcopatus & Abbatiæ,

Feuda diſtinguuntur in Regalia & non Regalia.

* Prout in Electoratu Saxonico. HORNIVS *Cap. III.* §. 22. Mandatum Ioannis Georgii I. Electoris exhibet d. 25. Aprilis 1623. quo cautum, ne in præfecturis bona ruſticorum *der Bauren-Zins dienſtbar und Erb-wie auch Mann-Lehn-Güter* nobilibus vendantur, vide COCCEIVM *de eo, quod iuſtum eſt circa ruſticos*, *Cap. III.* §. 1.

** *I. F. 14. de Marchia, vel Ducatu, vel Comitatu, vel aliqua regali dignitate, ſi quis inueſtitus fuerit per beneficium ab Imperatore ille tantum debet habere.*

*** Vide *du* FRESNE *Gloſſario.*

batiæ, * quæ a ritu inueſtituræ olim dicebantur *Scepter-Lehn.* ** Horum vero, Electoratus, Archi-Ducatus, Ducatus, Principatus, Comitatus, Dynaſtiæ, quæ a ritu inueſtituræ olim vocabantur *Fahnen-Lehn.*

§. XII.

Feuda Regalia an cum ſummo Imperio eſſe poſſint.

De eo tamen eſt disquirendum, an feuda Regalia etiam cum ſummo Imperio eſſe poſſint. Grotius *** hoc equidem adſerit, nec dubitare etiam nos ſinit Regnum Neapolitanum, quod licet feudum ſit Papale, attamen omnia iura Maieſtatica in eodem exercentur, dum Rex præter aliqualem nexum feudalem, Papam non agnoſcat ſuperiorem. Alia tamen eſt ratio cum Italiæ Principibus, qui Imp. dominum adguoſcunt ſuperiorem. Et licet Italiæ Prin-

* Atque hæc ſunt, de quibus *I. P. art. V. §. XIV.* dicitur *bona eccleſiaſtica immediata conſtitui in Archi Epiſcopatibus, Prælaturis, Abbatiis, Præpoſituris.*

** De quo infra, vbi de ritu inueſtituræ ſermo erit.

*** *De Iure Belli & Pacis lib. I. cap. III. num. 3.* diſtinguit enim inter ipſam rem & habendi modum. Vid. SCHILTER. *notis ad B. Parent. Synt. Iur. Feud. pag. 22.* NATTA *Conſ. 148. num. 9.*

Principes Gentium Iure fruantur,Imp. tamen & Iudicium Aulicum in cauſſis feudalibus adgnoſcunt Iudicem, Legibus feudalibus ſunt ſubiecti, feloniæ Iudicium ſubeunt & Iuribus Germaniæ Principibus ſunt deteriores. Nec etiam omnia feuda regalia ſunt immediata, ſed dantur etiam Comitatus, Dynaſtiæ mediatæ, quorum poſſeſſores non ab Imp. ſed a Principibus Imperii inſtituuntur.

§. XIII.

Feuda minora iterum diſtinguuntur in feuda *Schriftſaſſiorum*, *Cantzelley und Schriftſæſſige Lehn*, & feuda *Ambtſaſſiorum*, *Ambtſæſſige Lehn*.* Illa enim dicuntur, quæ coram Regimine vel Cancellaria primam ſumunt inſtantiam. Hæc vero, in quibus poſſeſſor feudi primam inſtantiam habet, coram præfecto, Feuda Schriftſaſſiorum & Ambtſaſſiorum.

* Hæc diſtinctio licet in Saxonia potiſſimum obtineat, locum tamen æque in adiacentibus regionibus habet, prout de Ducatu Magdeburgenſi teſtatur WILH. LEISERVS *de Landſaſſiis & Schriftſaſſiis* §. 38. Sic in Pomerania diſtinguuntur in *Schloßgeſeſſene*, & *Gemeine Edel Leute*, quod idem eſt, vid. SYNT. IVRIS PVBLICI *Cap. XXII.* §. 48. SCHILTER *de Landſaſſiis Cap. I.* LVDOVICI *Lehn-Proceſs Cap. II.* §. 2.

fecto, *dem Ambtmann.* Licet auten hæc diſtinctio feuda ab accidenti ſal tim adficiat, cum dominus feudi ſem per idem maneat, atque vaſallus i cauſſis feudalibus, ſemper Domini Cu riam ſequatur, ratione vero iurisdictio nis ciuilis locum habet, atque Ius real eſt prædio inhærens. Vaſalli enim ve Landſaſſii ſunt, vel non Landſaſſii. Iſt domino dirigenti non ſolum ratione dominii dirigentis, ſed etiam ratione Territorii ſunt ſubiecti, hi vero domi num feudi in cauſſis feudalibus ſaltin adgnoſcunt iudicem, cum Territorii iuri ſe haut ſubiiciant, prout nobiles immediati in terris Rhenanis, Sueuicis atque Franconicis immunes eſſe præ tendunt.* Ab hoc tamen iterum probe eſt diſtinguendum feudum *Præfectori ale*, & *Cancellariæ*, *Ambts-Lehn* & *Can zelley Lehn.* ** Illud dicitur, vbi præ fectus nomine principis inueſtit, hoc, cuius inueſtitura a Curia Feudali de pen-

* Hanc materiam præter WILHELMVM LEI SERVM, abunde explicauit SCHILTERVS *de Land ſaſſiis & Schriftſaſſiis.* Adde generi mei CA ROLI AVGVSTI FABARII diſſertationem *de Iure Landſaſſiatus in Thuringia.*

** SCHILTER *not. ad B. Par. Synt. Iuris Feud. pag. 22.*

pendet. Nec etiam omnia bona ſunt Landſaſſiaca, *Landſæßige Güter*, ſed illa ſaltim, quibus iurisdictio in ſubditos inhæret, cum reliqua, quæ eadem ſunt deſtituta, ſaltim vocentur *Freye und Bauer-Güter.* *

§. XIV.

Sic etiam Feuda ſunt vel IMMEDIATA, vel MEDIATA. Illa, de quibus vaſalli a Domino Supremo vtpote in Germania noſtra, Imp. inueſtiuntur, *unmittelbare Reichs-Lehn*, & mediata, quæ a Principe quodam atque ſtatu Imperii recognoſcuntur, quæ alias ſubfeuda ſunt Imperii.

Feuda vel Immediata vel Mediata.

§. XV.

Porro feuda ratione conſtitutionis diuiduntur in *data* & *oblata*. Iſta dicuntur, quæ a Domino Territorii conceduntur, hæc, quæ ex allodio proprio in feudum offeruntur. ** Deinde diſtinguuntur ex forma & verbis litterarum Inueſtituræ, in feuda *ex pacto & Prouidentia* & *feuda hæreditaria.**** Illa dicun-

Feuda data & oblata.

* SCHILTER *de Landſaſſiis Cap. I. n. 12. Cap. I. num. 6.*

** De his infra *Cap. IX.* vbi de modis conſtituendi feuda ſermo erit, agendum.

*** Hæc diſtinctio in Iure Feudali non eſt

dicuntur, quæ iure ſanguinis a prim
adquirente, ordine ſuccedendi feuda
in Vaſallum deuoluuntur, ita dicta, qu
primus adquirens, dum inueſtitus fu
vor ſich und ſeine ehliche Leibes - u
Lehns - Erben, omnibus ab ipſo deſce
dent

fundata, verum ab interpretibus eſt adinuen
potiſſimum PILEO & BVLGARO, prout ſcri
ANDREAS *de Iſernia in cap. I. de ſucc. feu*
num. 7. ROSENTHAL *Cap. XXXIII. concl.*
Licet autem hæc diuiſio a Dd. Feudalibus
adprobata, iuri tamen & rationi illam min
eſſe conſentaneam, volunt HARTM. PISTOR
lib. II. qu. I. n. 99. KNICHEN *de Veſt. Pact. p.*
c. II. ab initio. BOCER *de qualitate & differe*
rentia feudorum cap. V. num. 22. FACHINAE
lib. VII. cap. III. ex ea potiſſimum ration
quod omnia feuda ſint hæreditaria. Veru
dum ex *II. F. 2. pr. II. F. 50. pr.* pateat, ſu
ceſſionem feudalem per pacta poſſe immuta
ratio differentiæ non in ipſa ſucceſſione lat
quæ etiam in feudis ex pacto & prouiden
eſt hæreditaria, ſed in ſuccedendi modo, quæ
his eſt feudalis, ratione ſanguinis ad ſol
hæredes maſculos a primo adquirente deſce
dentes, in hæreditariis eſt allodialis, ad omn
hæredes etiam extraneos, vel iure cognatio
vel etiam ex teſtamento proueniens. Exin
probe ſunt diſtinguenda *erblich Lehn* &
Erblehn.

dentibus prouidit, qui ex ipsius prouidentia succedunt. Illa vero, *Erb-Lehn* dicuntur, in quibus succeditur ordine successionis allodialis siue ciuilis, quæ ex dispositione vltimi possessoris, ad quemcunque, etiam extraneum hæredem peruenire possunt.* Qualitas vero feudi, an sit ex pacto & prouidentia, vel hæreditarium, ex litteris inuestituræ debet diiudicari. Quod si enim quis de feudo inuestiatur *zu einem rechten wahren Lehn*, vel *vor sich und seine ehliche Leibes- und Lehns-Erben* erit feudum ex pacto & prouidentia, secus, si inuestiatur *zu rechtem Erbe, Erb-Gut oder Erb-Lehn*, ** *vor sich, seine Erben und Erbnehmen, wie es solcher Erb-Güter Art und Eigenschaft ist.*

§. XVI.

Inde feuda ratione obligationis, dicuntur esse LIGIA vel non LIGIA. *** Illa dicuntur, quorum intuitu vasallus do- Feuda ligia & non ligia.

G 2

* Hoc etiam Iure Feudali est statutum *II. F. 45. Si quis ea lege alicui feudum dederit, ut ipse & sui hæredes, & cui ipse dederit, habeant.*

** B. PARENS *Cap. IV. §. XI. XII.* de feudis vero hæreditariis, tanquam impropriis Capite sequenti.

*** *II. F. 28. §. contra omnes II. F. 55.*

pore Friderici I. etiam feuda concederentur, nihilominus manebant plebeii.* Hi quidem feuda ad filios, secundum Ius Feudale Alemannicum ** poterant transferre, non tamen in Iudicio feudali sententias ferre, nisi coram ipsorum domino, a quo feudum possident. Hoc occasione Expeditionum sacrarum irrepsisse autumat ALTESERRA, *** vt plebeiis etiam atque municipalibus feuda adquirere fuisset concessum, licet in vniuersum hoc nondum fuisse licitum, ex eo patet, quod Carolus IV. per speciale priuilegium de anno 1350. oppidis Thu-

ad Rubr. Iuris Feud. Alemann. §. *18. 19.* AVGVST. LEYSER *de Iuribus præd. nobil. Saxon.* §. *II. seqq.*

* *II. F. 10. Ceteri vero, qui ab antiquis temporibus beneficium non tenent, licet nouiter a Capitaneis, seu a valuasoribus acquisierint, plebei nihilominus sunt.*

** *c. I.* §. *5.* Licet Iure Feud. Sax. *c. I.* talia feuda nec in hæredes potuissent transferri.

*** DE FEVDIS GALLIÆ *Cap. X.* Aliam occasionem vide apud BVRCARDVM *de Cas. S. Galli Cap. VIII.* vbi dicitur, quod ministri ecclesiæ S. Galli optimos mansos ad se traxerint, *eos per modum beneficiorum habere contendebant, & contra consuetudinem quidam ex ipsis mali nobilium gladium cingebant.*

Thuringiæ atque Misniæ demum concessit, vt bona feudalia, quæ & Quiritibus proprie debentur, * possint adquirere atque comparare. In aliis tamen prouinciis lege publica hoc fuit denegatum. ** Quod si tamen nobilis de feudo regali vel vexilli inuestiebatur, dignitatem feudo regali innexam insimul adipiscebatur. * Locum tamen nostra ætate hæc

* Integrum priuilegium adducit SCHILTERVS *ad Rubr.* §. *XIX.* vbi etiam explicat, sub Quiritibus non nisi nobiles intelligi.

** de Silesiæ Ducatibus testatur GEORG SCHVLTZE *Synopsi Iuris Feud. c. III. num. 86.* De Saxoniæ Electoratu Recessus Prouincialis d. 17. Aprilis 1666. Licet non semper fuerit obseruatum. Idem de Ducatu Glogouiensi testatur HENELIVS *Silesiographia Cap. VIII.* §. *132.* De Pomerania idem testatur TORNOVIVS de *Feudis Megapol. Part. I. cap. II. sect. II.* §. *24.* De Lusatia LVDEWIG *de Differ. Iur. Commun. & Lusat. differ. VIII.* AVGVST. LEYSER *in differtat. de Iure præd. nobil. in Saxonia* §. *VI.* de Marchia testatur, legem esse latam, ne feuda nobilia agricolis aliisque infimæ plebis hominibus conferantur.

* *II. F. 10.* SÆCHSISCH LEHN RECHT *cap. XXI. Es hæbet nichts des Mannes Schilde, noch seinen Adel, denn allein Fanen-Lehn, ob ihm das geliehen wird.* Licet nec posteriori

hæc diſtinctio habet, dum nobile feudum, *ein Adeliches Ritter-Lehn*, illud dicatur, quod nobilibus, ** cum iurisdictione, iure venandi & foreſtali, aliisque ſolet conferri. Ignobile, *Bürger, Bauer, Schultzen-Lehn*, quod minoris eſt momenti, ſine iuribus, atque plebeiis & ruſticis ſolet conferri. *** Nobilis tamen feudum ruſticum poſſidens, manet nobilis, plebeius feudum nobile tenens,

ætate regale feudum dignitatem præbeat, dum würtenbergenſes Comites, licet Teccenſem Ducatum poſſederint, ſaltim Comitum titulo fuerint ornati. Immo, Brandenſteinii atque Breitenbauchii, licet Dynaſtiam Ranis poſſideant, ſaltem ſub nobilibus veniunt. Inde Comes Ducatum poſſidens ſaltim dicitur *Inhaber des Hertzogthums.*

** Iura, quæ prædiis nobilibus ſolent inhærere, docte explicantur in AVGVSTINI LYSERI diſſertatione *de Iuribus prædiorum nobilium in primis Saxonicorum.*

*** Sic in Marchia dari *Schultzen-Lehn*, ex BRVNNEMANNO *Centur. I. Dec. LXXXVII.* diſcimus. Huc facit, quod Guilielmus, Iuliacenſis Dux, in fauorem Rabotonis de Plettenberg anno 1494. prædium Keſſenich, quod antea *Scheffengut*, mutauit in *Adelich Lehn Ritter-und Manngut*, THVMMERMVTH *Fund. Archiepiſc. II. num. 40.*

nens, manet plebeius, licet quibusdam in locis, nobilibus prohibitum ſit, ruſticorum bona adquirere.*

§. XI.

Porro, feuda ratione dignitatis in *Regalia*, & *non Regalia*, *maiora* & *minora*, ſiue *officialium*, qui ſolummodo de maioribꝰ inueſtiebantur, & *miniſterialium*, qui prædia ſaltim poſſidebant, diſtinguuntur. Illa dicuntur, quæ regalem dignitatem habent nexam, & perſonis illuſtribus ſaltim conferuntur, ** qui etiam alias *feuda capitalia* *** vocantur. Feuda non regalia dicuntur prædia nobilium. Iſta ſunt vel Eccleſiaſticorum vel ſecularium. Illorum ſunt Archiepiſcopatus, Epiſcopatus & Abbatiæ, Feuda diſtinguuntur in Regalia & non Regalia.

* Prout in Electoratu Saxonico. HORNIVS *Cap. III.* §. 22. Mandatum Ioannis Georgii I. Electoris exhibet d. 25. Aprilis 1623. quo cautum, ne in præfecturis bona ruſticorum *der Bauren-Zins dienſtbar und Erb-wie auch Mann-Lehn-Güter* nobilibus vendantur, vide COCCEIVM *de eo, quod iuſtum eſt circa ruſticos, Cap. III.* §. 1.

** *I. F. 14. de Marchia, vel Ducatu, vel Comitatu, vel aliqua regali dignitate, ſi quis inueſtitus fuerit per beneficium ab Imperatore ille tantum debet habere.*

*** Vide *du* FRESNE *Gloſſario.*

batiæ, * quæ a ritu inueſtituræ olim dicebantur *Scepter-Lehn.* ** Horum vero, Electoratus, Archi-Ducatus, Ducatus, Principatus, Comitatus, Dynaſtiæ, quæ a ritu inueſtituræ olim vocabantur *Fahnen-Lehn.*

§. XII.

Feuda Regalia an cum ſummo Imperio eſſe poſſint.

De eo tamen eſt disquirendum, an feuda Regalia etiam cum ſummo Imperio eſſe poſſint. Grotius *** hoc equidem adſerit, nec dubitare etiam nos ſinit Regnum Neapolitanum, quod licet feudum ſit Papale, attamen omnia iura Maieſtatica in eodem exercentur, dum Rex præter aliqualem nexum feudalem, Papam non agnoſcat ſuperiorem. Alia tamen eſt ratio cum Italiæ Principibus, qui Imp. dominum adgnoſcunt ſuperiorem. Et licet Italiæ Prin-

* Atque hæc ſunt, de quibus *I. P. art. V. §. XIV.* dicitur *bona eccleſiaſtica immediata conſtitui in Archi-Epiſcopatibus, Prælaturis, Abbatiis, Præpoſituris.*

** De quo infra, vbi de ritu inueſtituræ ſermo erit.

*** *De Iure Belli & Pacis lib. I. cap. III. num. 3.* diſtinguit enim inter ipſam rem & habendi modum. Vid. SCHILTER. *notis ad B. Parent. Synt. Iur. Feud. pag. 22.* NATTA *Conſ. 148. num. 9.*

Principes Gentium Iure fruantur, Imp. tamen & Iudicium Aulicum in caussis feudalibus adgnoscunt Iudicem, Legibus feudalibus sunt subiecti, feloniæ Iudicium subeunt & Iuribus Germaniæ Principibus sunt deteriores. Nec etiam omnia feuda regalia sunt immediata, sed dantur etiam Comitatus, Dynastiæ mediatæ, quorum possessores non ab Imp. sed a Principibus Imperii instituuntur.

§. XIII.

Feuda minora iterum distinguuntur in feuda *Schriftsassiorum*, *Cantzelley und Schriftsæssige Lehn*, & feuda *Ambtsassiorum*, *Ambtsæssige Lehn*. * Illa enim dicuntur, quæ coram Regimine vel Cancellaria primam sumunt instantiam. Hæc vero, in quibus possessor feudi primam instantiam habet, coram præfecto, Feuda Schriftsassiorum & Ambtsassiorum.

* Hæc distinctio licet in Saxonia potissimum obtineat, locum tamen æque in adiacentibus regionibus habet, prout de Ducatu Magdeburgensi testatur WILH. LEISERVS *de Landsassiis & Schrifftsassiis* §. 38. Sic in Pomerania distinguuntur in *Schloßgesessene*, & *Gemeine Edel Leute*, quod idem est, vid. SYNT. IVRIS PVBLICI *Cap. XXII.* §. 48. SCHILTER *de Landsassiis Cap. I.* LVDOVICI *Lehn-Procesß Cap. II.* §. 2.

fecto, *dem Ambtmann.* Licet autem hæc diſtinctio feuda ab accidenti ſaltim adficiat, cum dominus feudi ſemper idem maneat , atque vaſallus in cauſſis feudalibus, ſemper Domini Curiam ſequatur, ratione vero iurisdictionis ciuilis locum habet, atque Ius reale eſt prædio inhærens. Vaſalli enim vel Landſaſſii ſunt, vel non Landſaſſii. Iſti domino dirigenti non ſolum ratione dominii dirigentis, ſed etiam ratione Territorii ſunt ſubiecti, hi vero dominum feudi in cauſſis feudalibus ſaltim adgnoſcunt iudicem, cum Territorii iuri ſe haut ſubiiciant, prout nobiles immediati in terris Rhenanis, Sueuicis atque Franconicis immunes eſſe prætendunt.* Ab hoc tamen iterum probe eſt diſtinguendum feudum *Præfectoriale*, & *Cancellariæ*, *Ambts-Lehn* & *Canzelley-Lehn.* ** Illud dicitur, vbi præfectus nomine principis inueſtit, hoc, cuius inueſtitura a Curia Feudali dependen-

* Hanc materiam præter WILHELMVM LEISERVM, abunde explicauit SCHILTERVS *de Landſaſſiis & Schriftſaſſiis.* Adde generi mei CAROLI AVGVSTI FABARII diſſertationem *de Iure Landſaſſiatus in Thuringia.*

** SCHILTER *not. ad B. Par. Synt. Iuris Feud. pag. 22.*

pendet. Nec etiam omnia bona ſunt Landſaſſiaca, *Landſæſſige Güter*, ſed illa ſaltim, quibus iurisdictio in ſubditos inhæret, cum reliqua, quæ eadem ſunt deſtituta, ſaltim vocentur *Freye und Bauer-Güter.* *

§. XIV.

Sic etiam Feuda ſunt vel IMMEDIATA, vel MEDIATA. Illa, de quibus vaſalli a Domino Supremo vtpote in Germania noſtra, Imp. inueſtiuntur, *unmittelbare Reichs-Lehn*, & mediata, quæ a Principe quodam atque ſtatu Imperii recognoſcuntur, quæ alias ſubfeuda ſunt Imperii. **Feuda vel Immediata vel Mediata.**

§. XV.

Porro feuda ratione conſtitutionis, diuiduntur in *data* & *oblata*. Iſta dicuntur, quæ a Domino Territorii conceduntur, hæc, quæ ex allodio proprio in feudum offeruntur. ** Deinde diſtinguuntur ex forma & verbis litterarum Inueſtituræ, in feuda *ex pacto & Prouidentia* & *feuda hæreditaria.* *** Illa dicun- **Feuda data & oblata.**

* SCHILTER *de Landſaſſiis Cap. I. n. 12. Cap. I. num. 6.*

** De his infra *Cap. IX.* vbi de modis conſtituendi feuda ſermo erit, agendum.

*** Hæc diſtinctio in Iure Feudali non eſt

dicuntur, quæ iure ſanguinis a primo adquirente, ordine ſuccedendi feudali in Vaſallum deuoluuntur, ita dicta, quia primus adquirens, dum inueſtitus fuit, *vor ſich und ſeine ehliche Leibes - und Lehns - Erben*, omnibus ab ipſo deſcendenti-

fundata, verum ab interpretibus eſt adinuenta, potiſſimum PILEO & BULGARO, prout ſcribit ANDREAS *de Iſernia in cap. I. de ſucc. feud. num. 7.* ROSENTHAL *Cap. XXXIII. concl. II.* Licet autem hæc diuiſio a Dd. Feudalibus ſit adprobata, iuri tamen & rationi illam minus eſſe conſentaneam, volunt HARTM. PISTORIS *lib. II. qu. I. n. 99.* KNICHEN *de Veſt. Pact. p. I. c. II. ab initio.* BOCER *de qualitate & differenrentia feudorum cap. V. num. 22.* FACHINAEUS *lib. VII. cap. III.* ex ea potiſſimum ratione, quod omnia feuda ſint hæreditaria. Verum, dum ex *II. F. 2. pr. II. F. 50. pr.* pateat, ſucceſſionem feudalem per pacta poſſe immutari, ratio differentiæ non in ipſa ſucceſſione latet, quæ etiam in feudis ex pacto & prouidentia eſt hæreditaria, ſed in ſuccedendi modo, quæ in his eſt feudalis, ratione ſanguinis ad ſolos hæredes maſculos a primo adquirente deſcendentes, in hæreditariis eſt allodialis, ad omnes hæredes etiam extraneos, vel iure cognationis vel etiam ex teſtamento prouueniens. Exinde probe ſunt diſtinguenda *erblich Lehn* & *Erblehn.*

dentibus prouidit, qui ex ipsius prouidentia succedunt. Illa vero, *Erb-Lehn* dicuntur, in quibus succeditur ordine successionis allodialis siue ciuilis, quæ ex dispositione vltimi possessoris, ad quemcunque, etiam extraneum hæredem peruenire possunt. * Qualitas vero feudi, an sit ex pacto & prouidentia, vel hæreditarium, ex litteris inuestituræ debet diiudicari. Quod si enim quis de feudo inuestiatur *zu einem rechten wahren Lehn*, vel *vor sich und seine ehliche Leibes- und Lehns-Erben* erit feudum ex pacto & prouidentia, secus, si inuestiatur *zu rechtem Erbe, Erb-Gut oder Erb-Lehn*, ** *vor sich, seine Erben und Erbnehmen, wie es solcher Erb-Güter Art und Eigenschaft ist.*

§. XVI.

Inde feuda ratione obligationis, dicuntur esse LIGIA vel non LIGIA. *** Illa dicuntur, quorum intuitu vasallus do- Feuda ligia & non ligia.

G 2

* Hoc etiam Iure Feudali est statutum *II. F. 45. Si quis ea lege alicui feudum dederit, ut ipse & sui hæredes, & cui ipse dederit, habeant.*

** B. PARENS *Cap. IV. §. XI. XII.* de feudis vero hæreditariis, tanquam impropriis Capite sequenti.

*** *II. F. 28. §. contra omnes II. F. 55.*

domino obligatus est ad fidelitatem & seruitia contra omnes præstanda, nemine excepto,*** ideoque dicta, quia vasallus sit quasi *ledig Mann*,* immunis ab omni alia obligatione. Scilicet, durante apud Germanos iure Manuario, Principes & Status Imperii de securi-

*** Confirmant hanc descriptionem leges Henrici I, in quibus *Cap. XLIII.* dicitur: *quantumcunque Dominos aliquis habeat, vel quantumcunque de aliis teneat, ei magis obnoxius est, & eius residens esse debet, cuius ligius est. Si multis homagium fecerit, & ab aliquo eorum captus & implacitatus est, ille, cuius residens & ligius est, erga quoslibet alios iure potest eum plegiare, nec debet ei denegari.* Adde KLOCKIVM *Relat. Camer. XXVI. num. 47.*

* Alii quidem a *ligiis* populis a *liga, ligare*, vel a *leiben*, ducunt. IMHOF ex Pontano, Ligios dictos putat, *quod ligatis Reges pollicibus, illos fidei imperiisque sic suis vinciant, atque obnoxios statuant Gen. XX. Fam. p. 329.* Verum, dictus significatus patet ex formulis inuestiturarum apud ROSENTHAL *Cap. II. concl. IV. num. 7.* in quibus occurrit, *das es mein ledig Mann vor allen andern Herren seyn soll.* In FRIDERICI A SANDE *Comm. ad Consu. Gelriæ Part. I. cap. I. §. 25.* occurrit: *ero homo suus absolutus, quod vulgo Ledigmann nuncupatur.* Vide SCHILTERVM *ad Ius Feud. Alem. p. 14. 16.*

curitate sua solliciti, vasallos suos sæpe obligabant, vt ipsis castra sua feudalia, vrgente necessitate, aperirent, vel ipsis præsto sint, eosdemque defenderent. *

Sic etiam apud KNICHEN *de Vestit. Pact. Part. II. c. V. n. 156.* Elegerus de Hecker miles profitetur, *quod nobili viro Theodorico dicto Luyff de Cleue, promiserit, se eius hominem ligium, quod vulgo dicitur ein Ledigmann, futurum, eique assistere se velle & seruire contra quoslibet.* In DITHMARI Codice Diplomatico *n. CXXXVII.* dicitur: *vniuersas præsentes literas visuris & audituris, Nos Theodoricus, Dominus de Mœrse, notum facimus, quod nos bona fide, nostro castro, nostro corpore & toto nostro posse promittimus iuuare virum Nobilem Dominum Theodoricum Comitem Cliuensem prout Ligius homo, quod Lodygman vulgariter dicitur, Domino suo tenetur & speciali & arctiori fide est adstrictus, & fortius ligatus, super quo, vt Dux noster magis securus &c.* CAR. MOLINAEVS equidem *ad Consuet. Paris. Tit. I. §. 1. gl. 5. n. 21.* feudum ligium dicit, quod Dominus de suo concessit, non ligium, quod a vasallo primum fuit oblatum, cum tamen diuersa exempla doceant, feuda oblata etiam esse ligia. HERTIVS *de feudis oblatis Part. II. §. VI.*

* Hinc Iohannes, Comes Ziegenhaynensis, anno 1316. se Petro Moguntino, & ecclesiæ

Talia feuda igitur dicebantur *ledig Haus*, ** exinde feuda *ligia* & *aperibilia.*

contra Ottonem Landgrauium præsto futurum recepit. SERRARIVS *Rer. Mogunt. Tom. I. lib. V. pag. 639.* Eidem Petro Fratres de Aschhausen promittunt, *se ei in partibus Sueuiæ, Alsatiæ & Franconiæ aduersus Austriacos fideliter adstituros, & Castellum Aschhausen contra quoscunque Imperio tantum & Poppone Comite Ebersteinensi exceptis, patefacturos pag. 641.* Similia occurrunt *pag.* 645. 650. apud SCHATENIVM *Annal. Paderborn. Tom. II. pag. 209. 233. 281.*

** Prout diploma testatur de anno 1358. apud FELTMANNVM *de Feudis Cap. II. §. V. Ich Hermann von Merfelde, Ritter, thue kund allen Lüden, und bekenne in diesen offenen Brieff, das ich meinem Herren dem Graven von dem Berg, mein Haus zu Merfelde uffgetragen hab, und das wieder von Ihm empfangen hab, also das Ich und meine Erben dasselbe Haus und allen seinen Begriff von Ihm und seinen Erben allwege empfangen, und haben soll zu einen offen ledigen Hauß, also das Er und seine Erben sich darauf allewege behelffen sollen und mægen zu allen ihren Nutzen und zu ihrer Noth.* Sic Iohannes & Henricus, Comites Salmenses, se anno 1325. erga Matthiam, Electorem Moguntinum obligant, *vt castrum Hohensolms sit domus aperta & domus ligia, vulgariter*

bilia. * Hæc vero , quorum ratione domino quidem ad fidem & seruitia domino exhibenda est obligatus , ita tamen, vt aliquis excipiatur , contra quem dominum adiuuare haut teneatur. Licet tali ratione sola feuda Imperii immediata sint ligia, ** quorum

G 4 pos-

dicta ein offen ledig Hauss, *& cum Matthia, tum successoribus liberrime semper pateat, cum potestate in hostem quemuis inde pugnandi demtis Sifrido Comite de Wittichenstein & Hartrado de Merenberg*, apud SERRARIVM *Rer. Mogunt. Tom. I. lib. V. pag. 646.*

* GESTA BALDVINI *Lib. III. c. IV. Castrum Schadecke feudum ligium & aperibile facta emptione legitima procurauit.* Et Cap. V. VI. IX. *quod feuda ligia & aperibilia castrorum Wyskirch, Lyesheim* & *Bobingen Ecclesiæ Treuirensi adiecerit.* Adde IO. IAC. GERCKENRODS dissertationem *de Feudis ligiis & non ligiis.*

** De quo SPEC. SAXON. *lib. III. artic. LVIII. Principes Imperii nullum dominum præter Regem habere decent.* Vid. CAR. MOLINAEVS *in Consuet. Paris. artic. I. gloss. 5. §. 9. 11.* GVIL. FORNERIVS *pag. 22.* ITTER *de Feudis Imperii cap. II. §. XII.* quod vero THOMAS CRAGIVS *lib. I. Feud. cap. X. pag. 51.* concludit, feudum regale esse ligium , non regale non ligium, parum recte se habet, cum etiam feuda minora dentur ligia, de quo IVS FEVD. ALEMANN. *Cap. XXXIX. num. 1.*

possessores & vasalli soli obligantur Imperatori & Imperio contra omnes, Feuda mediata omnia sint non ligia, in quibus Imp. semper excipitur. * Immo, si plures habuerit dominos dirigentes vasallus, dominus antiquior. Ideoque non adeo magnum vsum hæc habet ** distinctio, nihilominus apud Germanos ille potissimum vocatur homo vel vasallus ligius, qui suo domino præ aliis est obligatus, *** licet alii excipiantur.

§. XVII.

* Prout ex formula fidelitatis patet *II. F. 7. pr. II. F. 55. fin.* LANDRECHT *Lib. II.* ART. *II.* L. P. *art. VIII.* §. *2.* Vid. ITTER *de Feudis Imperii Cap. I.* §. *12.*

** Quare FINCKELTHAVS *disput. feud. II.* §. *2.* eam plane reiicit, putans, errorem inde natum, quod Itali Vasallum alias ligium vocauerint. KRANIZIVS *Saxonia lib. IV. cap. VII.* Adsentitur SPENERVS *Obs. Feud. II. pag. 126.* qui tamen etiam negat, feuda Imperii immediata dici posse ligia, dum Imp. contra omnes vasalli non sint obligati, quod facile concedimus. Obligati tamen sunt Imperatori & Imperio.

*** HOTTOMANNVS equidem *de verbis feudalibus voce ligius*, & VOSSIVS *de Vitiis Sermonis lib. III. cap. XX.* autumant, ligium eundem esse cum vasallo. Verum, contrarium nos docet

§. XVII.

Sic etiam distinguuntur Feuda *in curte* & *extra curtem*. Variæ tamen de horum feudorum vero intellectu sunt sen- **Feuda in curte & extra curtem.**

ALBERTVS ARGENTORATENSIS ad annum 1336. pag. 127. *Quamuis autem iidem Principes Aquilonis ipsum Francum ipsis grauem exosum haberent. Cum tamen omnes quasi eius essent Vasalli, nisi ab Imperatore mouerentur, cuius essent homines ligii, inuadendi eum cum honore occasionem aliquam non habebant.* Principes igitur Galliæ Belgicæ, de quibus hic sermo est, Regis Galliæ quidem vasalli erant, Imp. vero ligii. Sic etiam Clemens V. Papa in *Cap. Pastoralis de sententia & re iudicata* de Roberto, Siciliæ Rege dicit, quod terras aliquas ab Imp. teneat in feudum. Addit tamen, quod ipse Rex noster & Ecclesiæ Romanæ, ratione regni prædicti notorie subditus, homoque ligius & vasallus. Sic etiam in litteris inuestituræ, ab Henrico, Virdunensi Episcopo, Comiti Veldentiæ, anno 1334. datis, hæc habentur: *Comes Veldentiæ tenetur ad præstandam fidelitatem nobis & successoribus Episcopis Verodunensibus; & debet esse homo ligius ante omnes dominos. Item eumque contra omnes homines sæpe dictus Comes Veldentiæ, sicut homo suus ligius iuuare tenetur pro posse. Item hæc omnia Dominus Comes tenet in feudum.* Charta Rainoldi Vice-Comitis de Gimel a. 1163. *pro*

ſententiæ. Plerique ſub feudis in curte ea intelligunt, quæ in territorio Domini dirigentis ſunt ſita, extra curtem, quæ

iſto vero feudo idem Rainaldus fuit homo Litges prædicti Vice-Comitis mundi. Et in alia anno 1229. *ſaluo in omnibus iure Domini Lemouicenſis Epiſcopi.* Sic etiam in legibus Scotorum apud *Skenæum lib. II. cap. 44. ſi hæredes ſub cuſtodia conſtituti, plures Dominos habuerint, Capitales eorum Domini (ſcilicet illi, quibus Ligeanciam fecerant, de primis eorum feudis)* debent eorundem habere cuſtodiam, BERNARD. *Epiſt. CCCXX. nam illa die filii Petri Leonis omnes ſimul humiliauerunt ſe ad pedes domini Papæ, & facti ſunt homines eius ligii, iurarunt ei ligiam fidelitatem.* CHRONIC. CAMERACENSE *lib. III. c. LXVI. Balduinum, cuius Ligius miles erat, dereliquit.* Hinc etiam homo ligius dicebatur, qui ratione plurium feudorum vni ſaltim domino erat obſtrictus, de quo GVILIELMVS BRITO *lib. IX. Philippi præſulis & Regis homo ligius, & feudali iure tenens ab eis terrarum quicquid habebat.* Huc facit ROBERTVS DE MONTE *ad annum 1176. Rex Scotiæ pacificatus eſt cum Rege Angliæ hoc modo. Fecit homagium & ligantiam de omni terra ſua, vt proprio Domino.* Hinc VVilhelmus, Geldriæ & Iuliacenſis Dux ſe Ludouici Aurelianenſis Ducis vaſallum adgnoſcit in diuerſis, vt dicitur querellis, ita tamen, vt VVen-

quæ in alieno territorio vel extra conferentis Iurisdictionem ſita, in quibus tamen Dominus iure Dominii directi gaudet. * Ratio huius differentiæ ſumitur ex textu Feudali. ** *Item ſi quis feudum habuerit in curte Domini ſui, non poterit ipſum feudum in aliqua parte libellario nomine alicui ſine conſenſu domini ſui*

ceslaus Imp. Carolus, Francorum Rex, Reginaldus frater & plures alii excipiantur, prout diploma extat apud PONTANVM *Hiſt. Geldriæ lib. VIII. pag. 346.* Sic Comes Mompelgardenſis ſe Epiſcopo Argentoratenſi vaſallum ligium profitetur contra omnes homines, excepto ſolo duce Lotharingiæ apud SCHILTERVM *Supplem. ad Rubricam.* Vid. pluribus DV FRESNE & SPELMANN *Gloſſario.* Ex dictis facile conſtat, duorum dominorum vaſallum ligium ſimul & ſimpliciter quem eſſe non poſſe, prout etiam *II. F. 52. §. 2.* fuit definitum, atque ex Alberto Argentoratenſi & Clem. Paſtoralis patet, ligeitatem tamen cum vnius exceptione ſtare poſſe, per plura exempla demonſtrauit DV FRESNE. Vid. etiam ROSENTHAL *Cap. II. concl. 3.*

* BOCERVS *Differ. Feudal. cap. IV. n. 43.* VVVRMSER *de feudis impropriis c. II. ſ. 5. n. 14.* Vide GRIBNERVM *de dominio directo in alieno Territorio,* & IO. VVILH. GOEBELIVM *de feudis extra curtem.*

** *I. F. 5. §. 1.* Eodem referunt *II. F. 51.*

sui dare, vel pignori obligare. Similiter si extra curtem detinuerit, & Dominus districtum habuerit, vel alium honorem, & si alienauerit sine Domini voluntate, iure ad Dominum reuertitur. Vbi Wurmserus in curte Domini intelligit territorium domini. Verum, contrarium ex eo patet, quod in feudis extra curtem districtus domini, vel Iurisdictionis & Territorii * fit mentio, vt ita extra territorium illa dici nequeant. Alii Feuda in curte esse dicunt, quæ in curia, castro vel palatio domini manent, vnde vasallo vtilitas obuenit, qualia sint feuda de Camera, de Cauena & Soldatæ, reliqua, vbi vtilitas vasallo non ex curia vel palatio domini obuenit, extra curtem. ** Alii feudum in curte esse dicunt, quod in re, ad ipsam curiam domini pertinente constituitur: feudum vero extra curtem, quod in re, quæ est extra curiam domini, siue ad curiam domini non

* Prout ex *II. F. 54.* patet: *ad hoc, qui allodium suum vendiderit, districtum & iurisdictionem Imperatoris vendere non præsumat.* Vide etiam SPELMANN & DV FRESNE, qui vberius demonstrarunt, sub districtus voce intelligi Territorium, prout etiam hodie dicimus, *es ist in dem Distrikt gelegen.*

** ZOESIVS *de Iure Feudali cap. II. n. 22* BITSCH *ad I. F. 5. §. 1.*

non pertinet, conceditur,* Alii feudum in curte describunt per feudum certæ curiæ adſignatum, ſiue feudum certi Iuris & Regiminis feudalis, vel certo Territorio vel Iudicio feudali adſignatum, feudum extra curtem, quod non eſt certi Iuris & Regiminis feudalis. ** Verum, licet ſub voce curtis quandoque curia feudalis veniat, *** minime tamen hanc diſtinctionem inde locum habere putem, cum potius tali ratione feuda ſub curte eſſent exprimenda, dum curtis nunquam pro Territorio ſumatur, neutri accedimus. Potius diſtinctionis rationem ex vero vocis Curtis domini * ſignificatu petenten-

* B. PARENS *Cap. IV.* §. *18. num. 5.* quem ſequitur HORNIVS *Cap. III.* §. *25.*

** SCHILTER *Introd. ad Ius Feud. c. IX.* §. *22. poteſt porro fieri, vt habeat Dominus aliquod feudum adquiſitum extra Curias ſuas, quod nondum certæ curiæ aſſignauit, atque hoc eſt, quod dicitur extra curtem.* Quem ſequitur AVGVSTVS CHRISTIANVS REHFELDT in diſſertatione inaugurali *de feudis in curte & extra curtem, von Lehn in- und auſſer dem Lehn-Hoff. Argentorati 1697.*

*** Sic occurrunt *I. F. 2. c. 1. I. F. 4. c. 5. II. F. 2. 46. Pares Curtis.*

* Curtis equidem Scriptoribus medii æui eſt

tendam esse putamus. Distinguuntur apud veteres *Curtis regia* & *Curtis dominicata.* Sub illa intelligebatur palatium Imperatoris vel Regis, ** hæc vero denotabat prædium Domini, quod cuidam ad mallum publicum tenendum erat destinatum *** *Dinghof*, isteque, qui

villa, habitatio rustica, ædificiis, colonis, seruis, agris, personis, &c. ad rem agrestem necessariis instructa, alias Colonia dicta, prout describit DV FRESNE. Hic vero saltim sermo est de curte Dominica.

** ANNALES FVLDENSES ad annum 889. *inde itaque edictum est, in exercitum ire ad Obodridos, sed antea placitum curte regia Franconofurt haberi cum Francis Regi complacuit.* Hinc Capitulare Caroli M. de a. 793. c. 15. *Non est nostra voluntas, vt homines Placentini per eorum preceptum de curte palatii nostri illos alldiones recipiant.* Quare etiam in legibus Longobardicis *curtis regia* dicitur *vor den Kæniglichen Hof*, prout lib. I. Tit. X. l. 12. *quod si nec parentes fuerint, qui ei legitime succedere possint, succedat ei curtis Regia Lib. III. Tit. I. cap. 17.*

*** Satis aperte hoc patet ex præcepto pro Trutmanno apud BALVTZIVM *Tom. I. p. 249. Quapropter in illa parte Saxoniæ Trutmannum virum illustrem ibidem Comitem ordinamus, vt resideat in curte ad campos in mallo publico ad*

qui in curte iſta iudicium exercebat, diceba-

vniuerſorum cauſas audiendas, vel recta iudicia terminanda. De his etiam agitur in Capitulari Caroli M. Cap. 27. *& quando Miſſi vel Legati ad palatium veniunt vel redeunt, nullo modo in curtes dominicatas Manſionaticas prendant.* Sic etiam in Capitulari Lotharii *Tit. III. Concedimus etiam Gaſtaldiis noſtris curtes noſtras prouidentibus, vt ſi proprio eorum pretio res emerint, aut quolibet iuſto adtractu adquiſierint, ſicut lex illas res ad noſtram partem concedit, ita nos eas illis concedimus, ſi in ſeruitio noſtro fideles inuenti fuerint.* Vid. SCHILTER *de Curiis Dominicalibus* §. *3. 4.* qui etiam ex antiquo Regiſtro feodali locum adducit: *Item Domina Iohanna Comitiſſa Montisbilgardi habet in feodo Curiam Placiti ibidem, vulgariter Dinghof.* Tales igitur curtes dominicatæ ſubinde in proprietatem vel feudum concedebantur, prout in CHRONICO LAVRISHAMENSI *pag. 116. & ab eo accipiens indominicatam curtem, quam ille propter ſuum ſeruitium & interuentum aliorum fidelium a Rege in proprietatem acquiſierat,* & *pag. 137. iſte curtim dominicalem Stehlinnſela dictam, iuri cuſtodis Laurishamenſis aſſignauit,* ADAMVS BREMENSIS *lib. IV. cap. IV. quinquaginta ergo Curtes dominicales habuit Archiepiſcopus.* Vide SPELMANNI *Gloſſarium voce Curtis.*

cebatur Iudex Curtis.* Quod si igitur tale, vel ex eodem quid in feudum concedebatur, dicebatur feudum in curte,** quod

* Hinc I. F. 18. *pr.* in *iudicio parium definiatur, vel per iudicem Curtis.*

** Idem iamdum docuit VDALRIC. ZASIVS *pag. XI. de feudis num. 1. Domini villarum vel territoriorum curias aliquando habent dominicales, vulgariter Dinckhœfe, quo casu possessiones, quæ a subditis eo in loco habentur, curiam dominicalem respiciant, & ex ea procedant.* Unde cum dominus terræ eas vel in feudum vel in emphyteusin concedit, feudum in curia recte dixeris. Consentit IOAN. GEMMELIVS in *Compendio Iuris Feudalis Part. XI. pag. 125.* Confirmat hoc Capitulare Caroli M. Nouiomagense de anno 806. cap. 7. *auditum habemus, qualiter & comites & alii homines, qui nostra beneficia habere videntur, comparant sibi proprietates de ipso nostrô beneficio, & faciunt seruire ad ipsas proprietates seruientes nostros de eorum beneficio & curtes nostræ manent deserta.* Quod etiam *lib. III. Cap. 19.* fuit insertum. Et Legibus Longobardorum *Lib. I. Tit. XXXIV. c. 1.* est statutum: *si quis Guastaldius aut actor Regis Curtem regiam habeat ad gubernandum ex ipsa curte alicui sine iussione regis casam tributariam, terram, siluam, vites vel pratum ausus fuerit donare.* Patet & hoc ex *II. F. 51. quidam Capitaneus in quadam*

quod si vero ex aliis bonis, ad prædia domini non spectantibus, concederentur, dicebantur feuda extra curtem. *

CAPVT QVINTVM.

DE

FEVDIS IMPROPRIIS.

§. I.

PRæter dictas feudorum diuisiones, alia occurrit in Feuda *Propria* & *Impropria*. PROPRIVM, siue rectum feudum dicitur, quod habet perfectam feudi essentiam & communem feudi naturam, *das eines rechten Lehn-Guts Eigenschaft hat*. IMPROPRIVM, quod à com- Feuda Propria & Impropria.

curte sua beneficium dedit militibus & postea eandem curiam vendidit. Et *I. F. 4. c. 5. si dominus reseruauerit sibi aliquid in ipsa curte. I. F. 5. c. 1.*

* Tale feudum extra curtem erat, de quo SCHILTERVS de *Curiis Dominicalibus pag. 579. Si quis autem de familia Ecclesiæ obierit, siue intus siue extra, optimum, quod in pecudibus, vel in qualibet supellectili possederat, in proximam* DOMINICAM CVRTIM *accipiatur, & iunior filius ipsius si de familia ecclesia fuerint, cum matre infeodetur.*

communi feudorum natura recedit. Oritur hæc improprietas exinde, quod feuda apud diuerſas gentes vel diuerſis modis ſuborta, * vel per pacta adiecta circa eadem quidpiam fuerit immutatum, & principes benemeritis vel ex gratia vel titulo oneroſo,quædam iura remiſerint. Iſta vero anomalia feudi eſſentiam alterare nequit, quæ in fide ſpeciali & re immobili conſiſtit; alias ſi circa eſſentiam quidpiam deficiat, deſinit eſſe feudum.** Quod ſi vero ſaltim circa accidentalia feuda degenerent, nihilominus propriam retinent naturam & propria cenſentur.

§. II.

Feudum in pecunia. Inter feuda impropria primum locum occupat *feudum in pecunia*, quod non tam in re mobili conſtituitur, ſed potius pro re incorporali eſt habendum, dum alias in Iure circa certam argenti ſummam conſiſtat. Huius non tam antiquiori, *** quam potius recen-

* Prout in Sileſia factum.

** THOMASIVS *de Feudis oblatis* §.*XXXVIII.*

*** Hoc tamen etiam defenditur ex *II. F. 25.* vbi occurrunt nummi in feudum dandi. Verum intelliguntur hic nummi,in emendum feudum erogandi. Nec textus Iuris Feudalis Alemannici Cap. XIV. quidpiam facit: *Si Do-*

centiori tempore videmus exempla.
H 2 Tri-

minus vasallum ad libræ quantitatem aut ampliorem summam ex feudo suo inuestit, quod, plus valet, dominus tenetur vasallo, vt assignet eam summam ex feudo. Verum, hoc potius feudum est annui reditus. Tertio, prouocatur ad TRITHEMII *Annal. Hirsaug. ad annum 1278.* vbi dicitur: *feudum XX. mansorum denariorum Aquinensium pro seruitute annua recepit.* Verum etiam hic intelliguntur annui reditus, id quod ex subsequentibus patet: *sed & castrum, quod Beckelnheim appellatur, cum villis adiacentibus castrensibus ibidem & octoginta marcarum reditus concedit.* Quarto, prouocatur ad Diploma Guilielmi Hollandiæ Comitis, Romani Regis, apud GVILIELMVM HEDAM *Historia Traiectensi pag. 208.* in quo: *Castrum Nouiomagum non solum obligauimus pro 16. millibus marcarum puri & legalis argenti, imo ad maiorem cautionem concessimus ei & suis hæredibus* DICTAM PECVNIAM IN FEVDVM HABENDAM *a nobis & successoribus nostris, donec idem Ottoni I. Comitibus suis hæredibus dicta pecunia integra eidem fuerit persoluta, prouentibus vero & fructibus ipsius Castri, quos ex dono sibi ac suis hæredibus contulimus, in sortem non computandis.* Verum hoc potius feudum erat pignoratitium, quam in pecunia. Nec quinto TOLNERI Diplomata in Codice Diplomatico Palatino, vtpote *num. L. pag. 43.* huc faciunt,

Triplici autem modo eiusmodi feuda constituuntur. Primus modus est, si ipse Dominus Pecuniæ summam Iure feudi tenet, atque eodem iure alteri certum soluit reditum. Secundus, si ex pecunia tertio cuidam credita, quis iure feudi reditus percipit. Tertius, si ipse vasallus pecuniæ summam iure feudi tenet. Et quidem si singulis casibus de ista pecuniæ summa inuestitura petitur, fides & seruitia præstentur. * Fundatum hoc non solum in certis constitutionibus, vtpote Augusti, Saxoniæ Electoris, ** sed etiam nititur

in quo : *ad hoc beneficium 100. Marcarum, quod primum de manu cuiusdam Principis, vel cuiusdam Nobilis vacauerit.* Verum, feudum centum Marcarum non intelligendum est de summa Pecuniæ, sed de pretio & valore, *ein Lehn, hundert Marck werth.* Nec feuda de Camera, Bursæ, vel annui reditus huc sunt referenda, dum ista in iure percipiendi certum censum, qui de bonis immobilibus est præstandus, consistant.

* Vide etiam SCHILTERVM *ad Struv. cap. IV. §. 3.*

** Talis reperitur *Part. III. Const. XXX.* verb. *VVenn das Geld durch den Lehn-Herrn zu Lehn gemacht, so soll es vor Lehn gesprochen werden.*

titur exemplis. * Ad hoc autem, vt feu-

H 3

* IAC. SCHICKFVSIVS *lib. I. de Feudis Silesiæ Cap. I. n. 9.* sic scribit: *exemplum feudi in re mobili aut pecunia constitutum vidimus in Iohanne de Burckdorff, in Poldozigk, cui anno 1597. quadraginta millia Ioachimicorum Sereniss. Elector Brandeburg. obtulit & resignauit in feudum.* HVNDIVS im *Bayr. Stamm-Buch Part. I. pag. 235.* refert: *Anno 1310. hat Rudolph, Hertzog in Bayern, seinen Hoff-Marschall Albrecht von Guthmann belehnet mit 800. Pfund Müncher Heller und 100. Pfund zu brauen in der Burg Heimenhausen.* In scripto Engelhardi & Conradi de Winsberg apud SCHILTERVM *Comm. Iur. Feud. Alemann. pag. 459. easdem CCC. libras de gratia ipsius & heredum suorum nos & heredes nostri a modo possidebimus titulo feodali, sibi & suis heredibus exhinc fidelitatis debitum exhibituri.* In Geldria eiusmodi exempla diuersa refert. Adde WESENBECIVM *Vol. III. Consf. CV. n. 9.* PRÜCKMANN *Volum. II. cons. IX. num. 56. 83.* SCHEPLITZ *in Cons. Brandenb. §. 4. tit. 25. n. 4. seqq.* FRIDER. A SANDE *Comment. in Geldriæ & Zutphaniæ Consuet. Feud. tract. I. cap. I. num. 6. seqq.* LVDEVVIG *de Iure Clientelari sect. II. cap. I. §. 4.* In Borussia eiusmodi feuda esse frequentia, docet LVDEVVIG *Differ. Iur. Feud. Comm. & Boruss. Diss. XIII.* Licet negandum non sit, talia exempla alias esse rariora. Quare etiam

feudum in pecunia conſtituatur, requiritur voluntas contrahentium, & transmutatio pecuniæ tanquam rei allodialis in feudum, id quod non niſi Superioris auctoritate fieri poterit.*

§. III.

PETRVS TORNOVIVS de *Feudis Megapolitanis ſect. IV.* §. *VIII. p. 220.* ait: *feuda pecuniæ tam rara hic in Megapole ſunt, vt nullum eorum exemplum allegare poſſim. Materia vero de pecunia Feudali frequentius obuenit.*

* De quo late LVDOV. FACHSIVS *Conſ. X. qu. I. n. 2.* Addens: *es pflegen ie Ihre Chur-Fürſtliche und Fürſtliche Gnaden ausdrücklich in den Briefen zu ſetzen, daß Sie ſolch Geld aus Fürſtlicher Macht und Obrigkeit zu Lehn machen, ihme geben die Art, Natur und Eigenſchafft des Lehns, alſo daß es hinfærder verdienet werden ſoll, und daß ſolchen Gelde das Lehn, ſo offt es vorfællet, gebührliche Folge geſchehen ſolle, und daß ſolch Geld aus der Natur der Erbſchafft genommen ſeyn ſolle.* BERLICH *Part. III. Concl. XLI. n. 17.* CARPZOV. *P. III. Conſt. XXX. def. 10. num. penult.* B. PARENS *Cap. IV. aph. III. n. 3.* HORN *Cap. IV.* §. *25.* licet TITIVS *im Teutſchen Lehn-Recht Cap. IX.* §. *26.* contradicat. Verum, licet etiam mediati feuda poſſint concedere, ad iuris tamen fictionem, quæ hic locum habet, dum res allodialis pro feudali ſupponatur, Superioris opus eſt conſenſu. COCCEIVS *Conſ. LXVI.*

§. III.

Exinde ſequitur, pecuniam ex feudo vendito redactam, niſi hæc accedant requiſita, non eſſe feudalem *, neque eam, quæ ad feudum emendum eſt deſtinata. ** In vtroque caſu ſuccedunt hæredes allodiales, non vero feudales. Nec etiam ſi inter adgnatos ita conuenerit, vt pecunia, ex feudo vendito redacta, vel alia res fiat feudalis, talis erit, niſi Domini Superioris conſenſus acceſſerit. Valet tamen pactum, vt pecunia ex feudo redacta, ad eos, qui alias in feudo ſuccedunt, poſt mortem eius, qui pecuniam accepit, pertineat, ita tamen, vt hæredibus allodialibus ſalua manere debeat legitima. Nec feudalis erit pecunia, quando pacto vel Teſtamento cauetur, vt pecunia ex feudo vendito redacta, aut alia, in prædii feudalis emptionem collocetur, licet

Pecunia ex vendito feudo veteri redacta & ad emendum deſtinata qua ratione fiat Feudalis.

H 4

* *II. F. 26. C. ſi vaſallus.* Licet in Pomerania pro feudali habeatur, teſte RHETIO *I. F. VIII. p. 320.* B. PARENS *Obſ. Feud. ad Cap. IV. aph. V.*

** ROSENTHAL *Cap. IV. concl. VIII.* GAILIVS *II. Obſ. XI.* B. PARENS *Cap. IV. aph. V.* B. de LYNCKER *Vol. II. Reſponſ. CLIV.* Adde IACOBI BORNII diſſertationem *de eo quod iuſtum eſt circa deſtinationem.*

licet exinde actio oriatur, vt promissor, eiusdemque hæredes, conuentionem adimpleant, aut intereſſe præſtent. Idem erit dicendum, ſi quis alicui promiſerit, ſe pecuniam ab illo in feudum eſſe accepturum.

§. IV.

Der Lehn-Stamm eſt feudum in pecunia.

Potiſſimum vero, quod in noſtra obtinet Saxonia; feudum in pecunia dicitur, quod vulgo vocari ſolet *der Lehn-Stamm.* * Quod ſi enim feudum inter fratres commode diuidi nequeat, vni feudum conceditur, & reliquis pecunia hac conditione adſignatur, quo in feudum iterum conuertatur. Idem etiam in feudi diſtractione obtinet, vt venditor cum Domini Superioris conſenſu certam pecuniæ quantitatem qualitate feudali adficiat, *daß ein Gewiſſes zum Lehn-Stamm ausgeſetzet werde.*** in quo adgnati ius ſuccedendi habent. Licet hoc ratione quantitatis, pecuniæ ſummam

* Talis etiam ſpecies eſt, prout Marchiæ conſuetudines ſingularem titulum habent von *Geld, Austheilung der Lehne. Daß das Geld, wenn es gleich nicht wieder kan an Lehn geleget werden, dennoch verbleibe.* LAMB. DISTELMEIER *Part. IV. tit. 25.* Adde Dominum a LVDEWVG *Sect. II. cap. I. §. IV. p. 82.*

** BERLICH *Part. III. concl. XLI.*

mam constituat, alias rei immobili siue prædio feudali inhæreat. Ex hoc facile patet, aliud esse *den Lehn-Stamm*, aliud *die Mitbelehnschafft* ad certam summam. Iste feudo inhæret, & adgnatis semper saluus manere debet, hæc vero ius saltim succedendi præbet adgnatis. Adgnatus etiam *bey dem Lehn-Stamm* contentus esse debet, casu existente, quantitate summæ, simultanee inuestitus vero ius succedendi habet in ipsam feudi substantiam.* Nec etiam confundendus iste erit cum feudo gentilitio antiquo,** *altvæterlichen Stamm-Lehn*.

§. V.

Bene igitur ab inuicem sunt distinguenda feudum in pecunia & *pecunia feudalis*. Illud ex voluntate contrahentium, & a constitutione Domini dirigentis dependet.*** Hoc vero, vt pecu- **Pecunia Feudalis.**

H 5

* HORN *Cap. IV. §. VIII.*

** TITIVS *Cap. IX. §. XIV.* HORNIVS *Cap. IV. §. XXVIII.* Adde E. de LYNCKER *de feudo in pecunia.* ANDR. MYLIVM *de feudo in pecunia consistente, von dem Lehn-Stamm*, & AVGVST HEINRICH FOERSTER *vom Lehn-Stamm.*

*** *II. F. c. 1. Sciendum.* Adde TORNOVIVM *de Feudis Megapolitanis p. 220.*

pecunia ſit feudalis, & ad nullos alios niſi hæredes maſculos ſucceſſionis iure tranſeat, ſola nititur contrahentium voluntate, ſalua tamen ſemper manente legitima.

§. VI.

Feuda in rebus mobilibus non conſiſtunt.

Neque tamen ideo feudum in rebus mobilibus poterit conſtitui; IOAN. NIELLIVS * equidem diſtinguit inter res mobiles viles & pretioſas, in his feuda poſſe conſtitui, non æque in illis. Verum, potius diſtinguendum eſſe putamus, an ſint res principales, an vero acceſſoria. Quod ſi res principales fuerint, vix putauerim, feudum in iis poſſe conſtitui, vtpote in rebus pretioſis, cleinodiis, Bibliotheca, & ſimilibus, dum furtis, igni & conſumptioni plene ſint obnoxia, licet talia fideicommiſſo ſubiaceant. Et licet obiiciatur, ſæpius vaſallos cum ſeruis, ** ouibus, bouibus fuiſſe inueſtitos, neque tamen hæc tanquam res mobiles poterunt conſiderari, potius tanquam res incorporales, vt ſub eo Ius in ſeruos, Ius paſcui, *Eine Schæferey von* 1000. *Stück-Schafen*, *Trifft*

* *Differt. feud. III.* §. *3.*

** Prout exemplum apud CHRIST. BROVVERVM *Antiquit. Fuldenſ. Lib. III. cap. XVI pag.* 260.

Trifft vor 50. *Stuck Rind-Vieh*, vel eius modi, intelligatur. Idem dicendum de feudis annuorum redituum, qui de certis bonis immobilibus præstandi. Quod si vero res mobiles sint accessoria prædii feudalis, feudorum legibus omnino subiacent, vtpote, si quis de prædio quodam feudali inuestiatur, *mit der darauf befindlichen Bibliothec*, *Rüst-Kammer*, & sic porro.

§. VII.

Deinde feudum fit improprium, ob specialem conuentionem, atque exinde exortam singularem feudi naturam. Tale est FEVDVM FRANCVM, de quo nulla præstanda sunt seruitia, *ein Frey-Lehn, das mit keinen Ritter-Diensten beschweret.* Hoc licet nomen apud Longobardos sit ignotum, quod solum est Germanicum, atque liberum * notat, in eodem tamen occurrit. ** Dicitur alias *Feudum Honoratum, ein Ehren-Lehn.* Vocabantur eiusmodi feuda olim *bona salica*, *** dum domania Regum **Feudum Francum.**

* Vide CORPVS HISTORIAE GERMANICAE *Per. III. c. XXX.*

** *II. F. 104. cum Feudum sic dictum est, vt nullum pro eo seruitium fiat.*

*** IOACH. VADIANVS *de Collegiis Monasteriorum lib. II.* apud GOLDASTVM *Rer. Alemann. Tom. III. pag.* 57.

gum Francorum dicta fuerint *terra salica*, * ex qua talia bona concedebantur. Exinde etiam dicta fuerunt *Saalfreye Güter*, ista enim sine seruitiis concedebantur, a quibus tamen *Sattel-Lehn*, qualia in Belgio sunt, de quibus hæres præstat Domino Iure Laudemii equum instructum, ** & *Sattelfreye Güter* siue bona allodialia, ab operis rusticorum immunia, probe sunt distin-

* HADRIAN. IVNIVS *Batauia Cap. IX. pag. 103. Salicas terras vocari solere propria Principum libera prædia atque immunia Beatus Rhenanus annotat: quod Franci postquam late Imperium auxerant, nobilitati & veteranis militibus agros assignarint, immunes penitus & ab omni seruitio liberos.* In Adelberti Moguntini Archiepiscopi diplomate de a. 1130. in IOANNIS *Spicilegio p. 113.* dicitur: *decimationem quandam de terra Salica in Souernehem.* Inde *Saalbücher* dicuntur, quibus bona aulæ sunt descripta. Adde CONRINGIVM *Orig. Iur. Germ. c. VII. p. 32.* CORPVS HIST. GERMAN. *Per. III. §. XIII.*

** FRID. A SANDE *Consuet. Feud. pag. 59. 172.* SCHILTER *Comm. ad Ius Feud. Cap. II. p. 515.* Tale etiam in Ducatu Iuliacensi memoratur apud Dom. de LVDOLF *Obs. Forens. Obs. CCII. p. 561*

diſtinguenda. *** Hæc vero, in quibusdam locis reperiuntur, quarum ratione poſſeſſores Landſaſſii certis gaudent priuilegiis. Nec etiam feudum nobile & francum vnum idemque, cum hoc a reliquis ſaltim exemptione a ſeruitiis differat. *

§. VIII.

Feudum Francum; dominus, cui præſtanda ſunt ſeruitia, concedit. Nec tamen ſtatim feudum francum erit, ſi in litteris inueſtituræ nulla ſeruitiorum facta fuerit mentio, cum ſeruitia ad naturam ſpectent feudorum, ideoque exemtio ab iisdem ſigillatim erit probanda. Deinde, nec feuda franca ſtatim erunt, quorum ratione vaſalli a quibusdam ſeruitiis ſunt immunes, certa tamen adhuc præſtanda, ** cum iſta plenam requirant immunitatem, niſi cenſus plene ſit exiguus, vtpote duo capones vel pauci nummuli, tunc eiusmodi feuda pro Francis etiam erunt reputanda

Feudum Francum non eſt, vbi ſeruitia non ſunt expreſſa.

*** WEHNER *Obſeruat. Pract.* hac voce. RHETIVS *pag. 82.*

* Vide HORNIVM & HERMANNVM RICHARDVM POLLMANN *de Feudo Francorum.*

** Reperiuntur enim feuda, quæ præſtare tenentur *ein Artiglerie-Pferd, ein Pferd vor den Rüſt-Wagen, ein Klepper vor den Koch.*

putanda. *** Hæc autem feuda, si seruitia saltim excipias, in reliquis omnibus propriam retinent feudorum naturam.

§. IX.

Feuda Iuris Francorum.

A Feudis Francis distincta sunt *Feuda Iuris Francorum*, siue in quo successio fit secundum mores Francorum.* In his Primogenitum saltim admitti volunt. Ita tamen, vt nec Fœminæ excludantur, ideoque opponebantur feudis Iuris Longobardici, vbi non primogenitura, verum æqualis nascendi ratio attenditur. Huiusmodi Feuda in Ducatu Iuliacensi & Cliuia dari, ipsos etiam Ducatus huius naturæ esse, adsertores successionis Brandenburgicæ in dictos Ducatus adfirmant, licet Saxonici defensores maxime contradicant. **

§. X.

*** Exemplum vide apud HORNIVM *de feudo Franco pag. 577.* Adde §. *XVII.*

* THOM. de MARIN. *de genere & qual. Feud. tit. XIII.* ROSENTHAL *Cap. VII. concl. XXI.* RHETIVS *ad Ius Feud. I. p. 122. n. 8.*

** HORN *Cap. XV.* §. *VII.* Vide etiam RHETIVM *de Feudis Cliuensibus, & Zutphaniensium more concessis.* Illustris Dom. de LVDOLFF *Obseruationum Forensium Contin. Obs. CCXXXV.* egit, de Feudorum Ducatus Cliuiæ & Comitatus Marcani natura atque consuetudine. Hanc materiam continuat parte Tertia

§. X.

Feudum *Censuale* siue *pensionarium* est, quod vasallo tali ratione conceditur, vt loco seruitiorum quotannis certa pensio præstetur, German. *Zins-Lehn.* * Huc quodammodo hodie referri possunt feuda Nobilium Immediatorum, qui loco seruitiorum, subsidium charitatiuum Imp. præstant. Feuda etiam Brandenburgica hodie in hanc classem erunt referenda, de quibus loco seruitiorum certa pensio annua quotannis præstanda. Ab hoc tamen differt *Adoha*, siue *aderatio seruitiorum equestrium*, *wenn die Ritter-Dienste mit Geld bezahlet werden*, quod saltim ad certum casum & tempus est directum, dum census iste siue pensio singulis annis sit præstandus. Nec feudum censuale erit, de

Feudum censuale, iniuratum

Obs. CCXLIII. vbi pactum de a. 1510. inseruit de Natura Feudorum Cliuensium & Marcanorum. Idem Illustris Auctor *Symphor. Consult. XXXIX. p. XXIX. p. 602.* docet, feuda Iuliacensia regulariter feudalem, minus vero ciuilem obseruare successionem.

* IVS FEVD. ALEMANN. cap. CX. *Es en mag kein Mann mit Rechte sine Genossen Zins-Lehn geliben. Er libet es wol sime ander Genossen. Das ist aber nit Recht Leben*, SCHILTER *ad Struuium pag. 130.*

de quo præſtantur *die Præſent-Gelder*, prout pleraque Saxoniæ feuda, cum hæc loco tributorum ſoluantur, & nihilominus ſeruitiis equeſtribus ſubiaceant. Ab his etiam diſtinguenda ſunt *bona laudemialia* & *Emphyteutica*, *Ehrſchætzige Güter*, * de quibus etiam cenſus annuus, & Laudemium eſt præſtandum, quæ ſaltim ſunt allodia. FEVDA INIVRATA ſunt, quando Iuramentum fidelitatis remittitur, quod in reliquis manet proprium. ** Tale plerumque locum habet, vbi Superior dignitate ab inferiore inueſtitur, prout Electores ſeculares ab Epiſcopo Bambergenſi.

§. XI.

Feuda conditionata; caſtrenſia; Guardiæ; quaternata.

Alia ab his ſunt FEVDA CONDITIONATA; ratione quorum certæ conditiones & ſeruitia ſunt præſtanda: vulgo *Seslehn*.*** Licet

* De quibus IO. SCHILTERVS ſingulari libello egit.

** *II. F. 3. c. nulla. niſi eo pacto acquiſitum ſit ei feudum, vt ſine iuramento fidelitatis habeatur.* EYBEN *Electis Feud. cap. XI. §. 3.*

*** Docent hoc litteræ Inueſtituræ apud SCHILTERVM *Comm. ad Ius Feud. Alemann. p. 451. Wir Bertholt das wir genommen aus Iohanſen dem Vogt zu Waſſelnheim, dem man ſpricht von Helfenſtein zu einen Seßmanne, alſo daß er ſitzen ſol zu Z. in unſer Stat Wenne*

Licet etiam Seslehn dicantur a certa ſede, vbi vaſalli loco domini in curia vel caſtro eiusdem debent præſidere.*

Ab

Wenne wir oder unſer Nachkommen oder das Cappitel von S. es an in vordert, umb zwantzig und hundert Pfund ſ. Pfennige die wir darumb globt hant und ſchuldig ſint zu gebende. LÜNIG *Corp. Iur. Feud. Tom. III. p. 706.* Et in alio apud SCHILTERVM *p. 457.* dubitatur, *ob der Garten hœre zu den Seslehn, oder zu den Reitlehn. Reiten* autem expeditionem militarem notabat.

* ZASIVS Tom. IV. opp. n. 13. p. 335. *feuda ad certa ſeruitia data vt vaſallus dominum comitetur, eum exſpectet, ſeruiat, & ſimiles operas præſtet, improprie feuda dicuntur, quia feudorum natura eſt vt incerta ſint ſeruitia.* Et porro: *Sic nobiles de Masmünſter feudum habent, vt hoſtilitatis tempore claues ad oppidum Ensheim tanquam ad cameram Archi-Ducalem in exterioribus prouinciis (in den Vorder-Oeſterreichiſchen Landen) retineant, portas claudant & aperiant. Sic alii Nobiles in Principis aduentu, menſam parare adſtricti ſunt, cibos ferre, alii præcedere, alii ſubſequi, & multa id genus exempla Germaniæ morum expertus dari poterit, quæ &* CONDITIONATA FEVDA *vulgo Seßlehn nominantur. Et cum ad certa ſeruitia dentur, impropriam feudi naturam in eo habere digno-*

Ab his iterum diſtincta Feuda CASTRENSIA, *Burglehn*, dum feudum ita conſtituitur, vt ad caſtrum certum tuendum domino ſuccurrat, qualia in antiquitate reperiuntur plura, *idemque etiam ad

ſcuntur. Tale eſt regnum Neapolitanum, de quo Papæ quotannis die Petri Pauli equus Hiſpanicus cum ſeptem millibus ſcutatorum eſt præſtandus.

* Occurrit etiam in IVRE ALEMANNICO FEVDALI, *cap. CXXXVI. CXXXIX.* SAXONICO *cap. LXXII.* Exemplum exhibet MARQV. FREHERVS *Origg. Palat. lib. I. cap. X.* SCHILTERVS *Comment. ad Ius Feudale Alemannicum cap. XXXVI. pag. 440. Nos Adolphus, comes de Naſſowe, tenore præſentium notum facimus vniuerſis, quod illuſtris Dominus noſter Ludewicus, Comes Palat. Rheni, Dux Bawariæ, datis nobis 200. Marcis denariorum Colonienſium nos ad caſtrum ſuum in Cuba in ſuum recepit Caſtellanum ſub forma & conditionibus infra ſcriptis, quod ſibi ad idem caſtrum locemus probum & honeſtum militem.* Sic etiam CYRIACVS SPANGENBERG *Henneberg. Genealogie lib. V. pag. 175. Abt Heinrich von Fulda verſchrieb Graff Bertholden zu Henneberg 150. Pfund Pfennige Fuldiſcher Wæhrung zu einem Burg-Gut, daſſelbige über das Stifft Fulda auf dem Hauſe Weckenſtuhl, wie Burg-Recht iſt, bedienen ſolle.* Iringus, epiſcopus Würtzbur-

ad fœminas poterat deuolui. * Conuenit cum hoc Feudum GVARDIAE, verum in eo differt, quod hoc ad custodiam cuiusuis loci, licet castrum non sit, concessum. Diuersa iterum sunt feuda QVATERNATA, *Tafel-Lehn*; vbi loco ser-

I 2 nitio-

gensis a. 1265. feudum castrense Cratoni & Conrado Hohenloicis in certa summa constituit, apud LVDEWIG *Reliqu. MSt. Tom. II. p. 232.* De Adolpho Imp. testatur Diploma a. 1297. *quod Conradum de Trymperg nobis & Imperio pro centum marcis albi argenti apud Frideberg conquisiimus in Castrensem* apud SENCKENBERG *Select. Tom. II. p. 601.* Alia exempla vide apud SCHATENIVM *Ann. Paderborn. ad ann. 1315.* TRITHEMIVM *Chron. Spanheim. ad ann. 1278.* Adde ROSENTHAL *Tract. Feud. Cap. II. conclus. LXXVIII. num. 1.* Sic Henricus, Fuldensis Abbas, testatur, se Philippum, Dominum de Müntzenberg, in suum & ecclesiæ suæ castrensem hæreditarium ad Castrum Bingenheim recepisse, apud HERTIVM *de feudis oblatis P. III. pag. 573.* apud LVDEVVIG *Reliqu. MStorum Tom. II. p. 246.*

* Exemplum apud SCHILTERVM *Comment. ad Ius Alemann. pag. 462.* *Wer aber das ich nit Sune hette, so sol min Eldeste Tochter dasselbige Burgleben zu Kube besitzen und haben.* Vide ADR. BEYERVM & IO. WILHELMVM WALDSCHMIDTIVM *de feudis Castrensibus.*

uitiorum fructus pro mensa Domini præstantur, quæ apud Neapolitanos sunt frequentia. Huc etiam referenda *die Nürnbergischen Küchel-Lehn*, quæ Noribergensibus quibusdam ab Imperatore conferuntur, de quibus annuatim certæ præstationes ad Cæsaris culinam fieri debent.*

§. XII.

* Mentio illorum fit in ORDIN. IVDICII AVLICI de anno 1654. *Tit. III.* §. *IX. Wann in der Nürnberger Einwohner geringen Küchel-Lehn viele in einem unzertheilten Lehn-Brife begriffen*, vbi VFFENBACH notat: *was aber solche Nürnbergische Küchel-Lehn eigentlich vor Lehn seyn, solches ist ungewiß: Einige wollen, daß bey Fürstlichen Hœfen ie zu Zeiten die Caduc-und heimgefallene Lehn, denen Prinzessinen zur Unterhaltung der Küchen verehret, welche man auch Tafel-Güter nennt, gemeinet seyn. Andere sagen, Küchel-Lehn sey Kunkel-Lehn, siue feuda fœminea, quod erroneum. Der Authur aber hælt seines Orts davor, daß es geringe Lehn seynd, die nur in die Küchen, als Hüner, Eyer, &c. eintragen, wiewohl dergleichen Küchel-Lehn, wie man sich von erfahrnen Practicis berichten lassen, in Nürnberg keine mehr seynd.* Talia feuda sunt, quæ in recensione feudorum Imperii apud LVDEWIG reperiuntur *in Erlauterung güldener Bulle II. Th. pag.* 1127. in qua feuda reperiuntur, de quibus

§. XII.

Feuda HAEREDITARIA, præter fidem, inuestituram & nexum feudalem, alias, & potissimum ratione successionis, sunt iuris allodialis. Feudum autem Hæreditarium, *ein Erb-.Lehn*, * vel tale est, quod ratione liberæ dispositionis & successionis, tam quoad personas, quam quoad modum se habet tanquam res hæreditaria seu allodialis, ** & vocari solet

Feuda hæreditaria, *Erblehn*.

vier Kesse, ein Fastnachts-Hubn, ein Sümmern Korn, sechs Maaß Honig, annuatim præstanda. Adde ITTERVM *de Feudis Imperii Cap. III. §. XXVII.* Eiusmodi feuda etiam in Silesia reperiuntur. Sic enim Bolco II. Dux ciuitatem Suidnicensem, anno 1531. in die S. Iohannis inuestiuit *mit dem Golden VValde*, his verbis: *contulimus cum omni Iure & Dominio hæreditario omnibus temporibus possidendam, ipsi vero consules prædicti & eorum successores nobis & nostris successoribus pro nostra* COQVINA *in signum Feudi perpetuis temporibus tria talenta piperis super Festo Beati Michaelis dare annis singulis tenebuntur*, STRYK de *Feud. Suidnic. & Iaurau. Sect. II. c. II. §. V.*

* B. de LYNCKER *Volum. I. Resp. LXXVI. CLXXX.*

** Talia sunt Feuda Bremensia, de quibus IO. RHODE apud LEIBNITIVM *Tom. II. n. 267. Libertas ministerialium huius terræ est inau-*

solet feudum mere hæreditarium, *Eigenthümlich Lehn.* * Tale vero feudum ex litteris inueſtituræ erit diiudicandum, ** vtpote ſi quis de feudo inueſtiatur *zu rechten Erb-Lehn*, tunc nihilominus ſoli maſculi poſſunt ſuccedere,

dita, omnia eorum bona ſunt miniſterialia & tenent ea ab Archiepiſcopo Bremenſi illo & non obſtante vendunt ad libitum eorum prædicta bona miniſterialia absque ſcitu, & conſenſu Archiepiſcopi Bremenſis cuicunque volunt, & præcipue illis, qui non valent vel volunt militare eccleſiæ, neque ſunt apti ad militandum. Adde THVMMERMVTH *IV. Fund. Par. Cur. num. 10.*

* GAILIVS *II. Obſeru. CCIV. n. vlt. feudum hæreditarium eſt, quando expreſſe dictum, quod feudum habere debeat naturam bonorum allodialium, quod alienari in quemcunque & de eo pro arbitrio diſponi poſſit, reſeruata domino directo fidelitate.*

** GAILIVS *cit. loc.* ROSENTHAL *Cap. II. concl. XXXVI.* B. PARENS *Cap. IV. aph. XIII.* Licet IO. CONSALVVS *Tract. Feud. c. V. n. 89.* probe moneat, bonum eſſe, in hac materia ſi quando caſus in praxi occurrit, iudicem habere fauorabilem & beneuolum, quippe cum is in tali difficultate & conflictu opinionum, eam quam velit eligere ſententiam, atque adeo etiam amico gratificari poſſit: Vide etiam CAR.

re, ** atque ita dicitur ratione successionis hæreditariæ, nisi alias constet de successione fœminea. Alia ratio est, si quis inuestiatur de feudo, *als eigenthümlich Guth*, vel *vor Sich, seine Erben und Erbnehmen*, siue hæredes quoscunque, tunc omnino erit mere hæreditarium.* Aliud tamen est, si feudum conferatur *allen seinen Erben und Nachkommen*, cum hæc etiam vox saltim pro materia substrata notet hæredes feudales.** Quod

I 4 si

a KIRCHBERG *de feudis ex pacto & prouidentia & hæreditariis.*

** Exemplum habemus in litteris inuestituræ a Decano & Capitulo S. Bartholomæi, Christophoro, Comiti Stolbergensi, anno 1575. super quibusdam feudis *zu rechten Erb-Lehn* concessis, hoc adiecto: *daß dies Lehn soll auf bemeltes Graff Ludwigs Manns-Erben einen, der Kœnigstein inne hat, kommen und gefallen*, in Deductione super Kœnigstein, n. 34. Licet VVLTEIVS *Cons. Marpurg. vol. I. cons. XXXIII. num. 43. 44.* KIRCHBERG. *de feud. ex Pacto & Prouid. cap. IV. num. 78.* contrarium adserant. ANDL. KNICHEN *de Vestit. Pact. p. II. c. V.* LVDOLFF *Symphor. Consult. XLIV. p. 1343.* Adde B. PARENTEM *de Feudo Hæreditario Obseru. III.*

* Licet contrarium sentiat HORNIVS *cap. IV. §. XXXVIII.*

** Vide B. PARENTEM *de feudo hæreditario*

ſi vero quis inueſtiatur *zu rechtem Erbe, Erb-Gut*, vel ita, *daß Er und ſeine Erben und Nachkommen mit ſolchem Gut, als ihrem Erb- und Eigenthum, zu gebahren haben*, tunc omnino erit feudum mere hæreditarium. * Quandoque tamen, ſecundum prouinciæ conſuetudinem, ſub voce *Erb-Lehn*, etiam Feuda mere hæreditaria intelliguntur, ** maxime, ſi clauſula fuerit ſubiecta, *als ſolcher Erb-Güter alt Herkommen, Recht und Gewohnheit iſt.*

§. XIII.

Feuda hæreditaria primi generis.

Duplicis autem generis ſunt feuda Hæreditaria. Primi generis ratione modi ſucceſſionis ſunt iuris allodialis, vt ſucceſſio fiat ſecundum proximitatem gradus, iure allodiali & ex æquo; alias tamen in reliquis omnibus propriam feudorum retinent eſſentiam atque

obſeru. V. NAEVIVS *de Iur. Fœmin. ſingul. in feudis p. 14.*

* KNICHEN *de Veſtit. Pact. Part. I. c. V. num. 5.* GAILIVS *lib. II. obſ. CLII. num. vlt.* B. PARENS *Obſ. IX.*

** Prout de Feudis Pomeraniæ hoc adſerit Strykius, TORNOVIVS de Feudis Megapolitanis *ſect. II. §. V.* Adde COCCEIVM *de feudo hæreditario mixto*, qui tamen §. *XLII.* ſub *Erb-Lehn* etiam feudum mixtum intelligit.

que naturam. Ex quo ſequitur, quod de iis, domini conſenſu non requiſito, vaſallus non poſſit diſponere, & quod, niſi feudum ſit fœmineum, maſculi tantum in illis ſuccedant, in eodemque differunt ab allodiis. Licet eiusmodi feuda quandoque *Hæreditaria mixta* vocari ſoleant, quia partim de natura feudorum ex pacto & prouidentia, partim vero, de natura feudorum hæreditariorum participant. *

§. XIV.

Feuda Hæreditaria ſecundi generis ſunt, in quibus non ſolum ſucceſſio obtinet allodialis, ſed etiam de quibus vaſallus liberius poterit diſponere, in reliquis legibus feudalibus ſunt adſtricta, quæ abſolute vocantur mere hæreditaria. In his fœminæ & quilibet hæredes, perinde vt in allodialibus ſuccedunt, ita, vt fœmina cum maſculis, ſi eodem gradu ſit conſtituta, concurrat, illis vero, ſi proximior ſit, præferatur. ** Deinde illi ſaltim ſucce-

Feuda Hæreditaria ſecundi generis.

* De eiusmodi feudis loquitur CARPZOV *Part. II. conſt. XLVII. d. I. n. 17.* & *vlt. n. 5.* De iisdem ſingulari diſſ. egit HENRICVS COCCEIVS *de feudo hæreditario mixto.*

** RICHTER *Part. VI. Conſ. II. num. 4.* CASP. KLOCK *Tom. III. Conſ. CLVII. num. 4.*

dunt, qui defuncti vasalli sunt hæredes, adeo, vt non sufficiat, aliquem esse primi acquirentis hæredem, sed necesse sit, vltimi defuncti quem esse hæredem. * Exinde sequitur, successorem ex tali feudo simul successorem esse in allodio, ** atque in tali feudo, simultanea inuestitura, *** nisi extranei admittantur, opus non esse. De eodem etiam liberius poterit disponere vasallus, idem alienare, ita tamen, vt domino de eodem faciat notitiam. Cuius naturæ sunt Belgii Austria & Silesiæ feuda. * In reliquis tamen talis vasallus

seqq. B. PARENS *Obseru. XI.* IO. CAR. NÆVIVS *de Iuribus Fæmin. præcipuis in Feudis p. 21. seqq.*

* VVVRMSER *de Feudis Impropriis cl. III. f. V. n. 98.*

** HARTM. PISTOR *Quæst. lib. II. part. I. qu. XIV. num. 45.* B. PARENS *Obs. XIII.*

*** B. PARENS *Obseru. XIV.*

* Sic enim illustris de LVDOLFF *Symphor. Consult. Forens. Consult. XXX.* §. *7. p. 610. Est enim feudorum Belgii Hispanici, imo & curiæ Lossensis ea conditio, vt non solum ad fæminas deuoluantur, sed etiam coniugum successio certo modo in iis obtineat, atque adeo ab ordinaria feudorum natura multum abeant, certe in iis non feudalis, sed ciuilis & hereditarius obti-*

lus ad fidem, vafallagium, feruitia domino præftanda, renouationem inueftituræ petendam eft obligatus, ob feloniam etiam feudum amittit, ** in quo differunt ab allodiis.

§. XV.

A Feudis Hæreditariis, ob rationem fuccedendi fingularem, iterum diftincta funt Feuda Fœminea, vulgo *Weiber-Lehn, Kunckel Lehn, Schleyer-Lehn.* * Dicebantur olim feuda Fœminea a perfona adquirente, ** fi fœmina feudum adquifiuerat, ideoque mixta vocantur, quod mafculus, & fœmina fimul primitus Feuda Fœminea.

neat modus fuccedendi, aliter ac in feudis Leodienfibus & Stabulenfibus. De feudis Brabantiæ v. Chriftinæum Confuet. Brab. c. 2. a. 2. & de feudis Mechlinenfibus, eundem Dec. 46. n. 12. Adde p. I. dec. Belg. 268. n. 5. de feud. Loffenfibus Car. de Mean Obf. 7. n. 12.

** B. PARENS *Obf. XV. XXVI. XXXII.* FRID. a SANDE *Tit. III. cap. II. §. 1.*

* Difputatur equidem, an dentur feuda fœminea, cum dubium moueat textus *I. F. 1.* quod *in iftas perfonas faltim feuda cadant, qui rei militaris funt capaces II. F. 36.* Verum non iure Longobardico folum, *II. F. 30. 50.* fed etiam Germanico fœminæ feudorum funt capaces, vtpote IVRE SAXONICO *Cap. II.* ALEMANNICO *Cap. III.*

** *II. F. 30. 50.*

mitus adquisiuerunt, siue de quo masculus & fœmina simul primum sunt inuestiti. Licet hodie feudum masculum, quod fœmina adquisiuit, maneat masculum, & qualitatem non mutet, *** potius feudum fœmineum dicitur, in quo fœminæ succedunt. ****

§. XVI.

Feuda fœminea sunt vel promiscua, vel successiua.

Ista vero iterum duplicis sunt generis, vel *communia & promiscua, durchgehend Lehn*, in quo masculi & fœminæ simul succedunt, * vel *successiua*, in quibus fœminæ saltim masculis deficientibus, succedunt.** Hæc vero diuersitas feudorum fœmineorum ex formulis erit diiudicanda. Si enim feudum fuerit concessum pro filiis & filiabus, vt coniunctim succedant, vel vt fœminæ succe-

*** ROSENTHAL *Cap. VII. concl. XXXVI. num. 3.* B. PARENS *Cap. IX. §. VIII.* HORN *Cap. IV. §. V.*

**** B. PARENS *Cap. IV. §. XVII.* TORNOVIVS *de Feudis Megapolitanis pag. 211.* ER. MAVRITIVS *lib. II. conf. II.*

* Eiusmodi feuda promiscue dicuntur Iuliacensia THVMMERMVTH *Feud. II. num. 63.*

** *I. F. t. filia vero II. F. 30. si fœmina habens feudum decesserit: quia fœmineum est feudum, & sine pacto speciali, deficientibus filiis masculis, ad filias pertinebit.*

ſuccedant ſicut maſculi, *daß Sœhne und Tœchter , oder ohne Unterſcheid des Geſchlechts, zugleich ſuccediren*, erit ſimultaneum , prout in feudis Cliuenſibus moris eſt. *** Secus, *daß ſo wohl die Sœhne als die Tœchter*, item, *nicht allein die Sœhne, ſondern auch die Tœchter ſuccediren* , tunc enim filiæ ſaltim ſuccedunt, maſculis non amplius exiſtentibus. ****

§. XVII.

Talia vero feuda, in quibus filii filias excludunt , iſtis vero non extantibus, filiæ *Feuda Fuldenſia.*

*** Vide GERH. FELTMANNVM *de Iure in re & ad rem cap. XV.* SANDE *in Conſuetud. Geldriæ Tit. III. cap. I. §. VI. n. 29.* B. PARENTEM *de Feudo Hæredit. obſ. LXXIV.* Huc etiam referendæ ſunt litteræ Inueſtituræ a Carolo VI. Imp. tanquam Bohemiæ Rege, Leopoldo Lotharingiæ Duci a. 1722. conceſſæ, verbis: *reichen und verleyhen obgedacht des Hertzogs von Lothringen Lbd. und debro Deſcendenten beyderley Geſchlechts bemeltes Herzog und Fürſtenthum Teſchen* apud SOMMERBERG *Script. Rer. Sileſ. p. 813.*

**** HARTM. PISTORIS *Part. II. qu. XXXV.* CARPZOV *libro VI. Reſp. LXXII. Iuriſpr. For. Part. III. Conſtit. XXVIII. d. XIV.* HORN *Cap. IV. §. XXXVIII.* qui illud Reſponſo confirmat. Patet hoc ex diplomate Friderici II.

filiæ adgnatos excludunt, vocantur *Feuda Fuldensia*, *Fuldisch Lehn*, qualia in Abbatia Fuldensi sunt pleraque.* Licet etiam

Imp. super inuestitura Ducatus Brunsuicensis, Ottoni puero concessa, apud MEIBOMIVM *Tom. III. p. 207.* vbi: *Ducatum ipsum in feudum Imperii ei contulimus ad hæredes suos, filios & filias hæreditarie deuoluendum.*

* Patet hoc ex attestato Adelberti, Abbatis Fuldensis, vasallis suis dato apud BOEHMERVM *de Feudis Ecclesiasticis Cap. IV. §. VIII. das Fuldische Lehn, so nicht zu Mann-Lehn geliehen, oder keine Burg-Lehn genennet werden, noch durch beständige Burg-Frieden oder andere, bey unserm Fürstlichen Lehn-Hofe insinuirt, confirmirt, und bestætigte rechtmæßige Verträge geændert, sondern die Erb-Fälle an sich selbst frey seyn, des letz Verstorbenen næchste Freunde und Personen von Geblüt oder Sipschafft von dem ersten Acquirenten entsprossen, beede, Mann- und VVeibliches Geschlechts, doch mit diesem Unterschied erben, und succediren, daß, wo der letz verstorbene Vasall Sæhne und Tæchter hinterlassen, die Sæhne denen Tæchtern, in Ermangelung oder Absterben der Sæhne aber die Tæchter denen Agnaten oder Vettern, so weiter in der Sipschafft dem Verstorbenen verwandt, (ohnangesehen, daß sie auch von dem Stamme der ersten Acquirenten seynd,) præferiret und vorgezogen werden. Hinterlæsset der*

etiam in aliis terris, potiſſimum Palatina feuda quædam concedantur *zu Fuldiſchen Recht*. ** Ab his diſtinguendum

Verſtorbene aber allein Agnaten, Vetter und Baaſen diſparis gradus, ſo ſuccedirt, qui proximior eſt in gradu, ſiue mas ſiue fœmina ſit; ſi vero eiusdem gradus ſint, omnes ſimul ſuccedunt, ſiue mares ſiue fœminæ, doch daß ſie von dem Geblüt des erſten Acquirenten herrühren, als welche des Verſtorbenen übrige rechte Freunde und Erben, (da deren einige vorhanden wæren,) ſo nicht von dem erſten Acquirenten ſeynd, von der Lehns-Folge und Succeſſion gæntzlich ausſchlieſſen. Quare Reinhardus Abbas a. 1451. Ditherum Yſenburgicum inueſtit *nach Fuldiſchen Lehn Herkommen und Recht* apud LÜNIG *Spicil. Secul. p. 1609*. De hiſce feudis Fuldenſibus vberius egerunt HENRICVS COCCEIVS, IO. FRIDERICVS KAYSER, *Dom.* de LVDOLFF *de Iure Fœmin. illuſtr. p. II. p. 213. ſeqq.* & potiſſimum IO. FRIDERICVS SCHANNAT *im Fuldiſchen Lehnhof*, ſiue *de Clientela Fuldenſi beneficiaria*, qui tamen Capite ſecundo §. III. fateri neceſſum habuit, ſalua apud Fuldenſes remanſiſſe feuda maſcula quam plurima. Ad hunc Tractatum Dom. IO. GEORGIVS ESTOR Analecta dedit, quibus feudorum fœmineorum naturam examinat.

** Prout exempla quædam adducit Doctiſſimus ESTOR *Kl. Schrifften p. III. p. 547.*

dum eſt Fœminarum in Ducatu Megapolitano nobilium Ius vſufructuarium, *das Erb - Iungfern - Recht*, quod Albertus, Dux Megapolitanus, anno 1395. conceſſit, vt filiæ nobiles, maſculis non extantibus, vſumfructum in feudis ad vitæ dies haberent. ***

§. XVIII.

Feudum in dubio potius maſculum præſumitur.

Exinde facile ſequitur, feudum in dubio potius maſculum eſſe, quam fœmineum, cum præſumtio potius ſit pro feudorum natura propria. * Feudum etiam pro ſe & hæredibus, *vor ſich und ſeine Erben* conceſſum, potius manet maſculum & fœminas excludit, cum vox *Erben* pro materia ſubſtrata ſit intelligenda, vt ſub eodem intelligantur *Lehns - Erben*, qui ſucceſſionis feudalis ſunt capaces, ** donec probetur contrarium,

*** Vide Domini de LEVITZOU *Diſſertat. de Jure Virginum Nobilium Megapol. in feudis* ſub præſidio MÜLLERI. TORNOVIVM *de Feudis Megapol. p. 211. ſeqq.*

* ROSENTHAL *Cap. II. concluſ. XXXIII. num. 9. 12.* HORN *Cap. IV. §. V.* Sic doctiſſimus Collega noſter IO. GEORG ESTOR *Kl. Schrifften p. II. p. 201.* ſatis demonſtrauit, feuda Haſſiaca plerumque eſſe maſcula, licet etiam feudorum fœmineorum non deſint exempla.

** *II. F. 23. II. F. 34. c. Similiter* ROSEN-

trarium, tunc enim vox hæres ſecundum feudi naturam erit intelligenda. *** Idem dicendum eſt, ſi conferatur *zu rechten Lehn*, tunc enim in dubio feudum rectum, maſculum præſumitur, niſi litteræ inueſtituræ doceant contrarium. **** Multo magis ſi conferatur *zu*

THAL *Cap. II. concluſ. XXXIII. num. 9. 12.* KNICHEN *de veſtitura pactionum Part. I. cap. III. num. 18.* B. PARENS *Cap. IV. §. XII.* HORN *Cap. IV. §. XII.* Vide late Reſponſum, quod THOMAE FRANTZKII libro Tertio Reſolutionum fuit ſubiectum. LVDEVVIG *ad A. B. p. I. p. 122.*

*** ROSENTHAL *Cap. VII. concl. XLI. n. 3.* COTHMANN *Vol. III. Reſp. L. num. 48.* Adde DOMINICI VRBANI Gr. FVGGERS *Speculum Feudorum Hæreditariorum Illuſtrium.*

**** Hinc HERTIVS *de feudis oblatis Part. III. num. 3.* exemplum feudi oblati adducit, in quo Gerlacus, Moguntinus Archiepiſcopus, anno 1356. tale feudum contulit, hac tamen clauſula adiecta, *und haben wir inn und ſeinen rechten Erben, Sæhnen und Tæchtern von unſern Nachkommen Stiffts-wegen den Berg und Burg &c. zu rechten Lehn ewiglich gelieben,* dum *ein recht Lehn* hic dicatur, vt diſtinguatur ab aliis iuribus feudo adfinibus. Adde THVMMERMVTH *pag. 196.* BOEHMER *de Feudis Eccleſ. Cap. IV. §. IX.* Hinc etiam in libro

zu Mann-Lehn, tunc omnino feudum masculum erit. Non desunt quidem ICti, qui autumant, per formulam *zu rechter Mannschafft und Lehnschafft*, vel *zu rechten Mann-Lehn*, nec fœminas excludi, si consuetudo loci tales etiam admittat, * dum vox *Mann* iure feudali

feudali Electoratus Palatini ad Rhenum de anno 1463. apud SCHILTERVM *pag. 446.* vbi feudorum species designantur, dicitur: *Mann-Lehn auf der Seiten Rheins, da Heydelberg ligt, verfallen nicht, alldieweil Mann-Lehns-Erben eines Stamms und Wapens seyn, und die zu gebührenden Zeiten empfangen.*

* GOTHOFR. ANTONI *Diss. I. §. 4. n. 1.* ex Fichardo *Conf. XVII. n. 7.* adducit, in Archiepiscopatu Coloniensi talem Feudorum successionem obseruari, vt quamuis Litteræ inuestituræ tantum mascula feuda contineant, tamen, deficientibus masculis, proximi hæredes sexus fœminei fuisse admissos. Idem etiam WERNERVS THVMMERMVTH Tractatu suo *Krumbstab schleust niemand aus*, adserere fuit conatus. Verum, contrarium patet ex transactione inter Ferdinandum, Coloniensem Electorem, & vasallos ipsius an. 1659. inita, in qua: *erstlich thun Ihre Churfürstliche Durchl. ausdrücklich vorbehalten, auch vorberührter Ritterschafft unterthänigst und gutwillig nachgeben, daß diejenige Lehn, worinn der Tenor inuestituræ*

dali & Germanico non tam virum,
K 2 quin

mit klaren Worten auf Mann-Lehn gerichtet, auch hinfüro an für rechte Mann-Lehn gehalten, und die Tœchter von deren Succession allerdings ausgeschlossen seyn und bleiben, sondern wann der a primo adquirente herkommende Mann-Stamm ausstirbt, alsdann Ihre Chur-Fürstliche Durchl. und deren Successores gute Macht und Fug haben sollen, alle solche Lehn wiederum einzuziehen, und Ihnen anzuheimschen. Sequitur tamen EYBEN *Electis Iur. Feud. Cap. IX.* §. *V.* prouocans ad GVILLIMANNI *Habsburgica lib. VI. cap. II. p. 323.* vbi continentur litteræ Habsburgicorum Comitum Vettingensi Monasterio concessæ, quibus dicitur, tria feudalia bona, quæ vulgo dicuntur *Mannlehn*, quasi feuda & *Mannlehn* sint synonima. Verum, nihil exinde concluditur, saltim tria feuda olim mascula Monasterio conceduntur. Deinde prouocat Eybenius ad exemplum, quod Comes Crafft de Hohenloh a. 1457. feudum in Steinheim, quod Moniales ibidem a Georgio de Nippenburg emerant, ipsis *zu rechten Mannlehn verlihen.* Verum dicitur: *da haben sie uns mit Fleis gebeten, solchen Kauf zu verwilligen, so wollen sie uns solch obgemelt Lehn zu ewigen Zeiten mit einem der Wapens gemes bemannen, als dick und offt sich das gebühre.* Adeoque Petrum Nothaftum constituerunt *zum Trager.* DOCVM. WÜRTEMB. *Tom. II.*

quin potius vafallum notet & obnoxium.

pag. 409. Simile exemplum de caftro Montevali ex SCHVVEDERI *Conclus. Theor. pract. feud.* §. *XII.* adducit HERTIVS *Part. II. p. 550.* quod Walramus Comes ab Adolpho principe accepit *zu Mannlehn, mit dem Unterscheid, wann Er und seine Erben dasselbe den Tœchtern leyhen würden, als Er und seine Erben thun sollen, wie gemelt, ob nicht Sœhne wæren, daß alsdann dieselbe Tœchter die Lehn allezeit mit den Mannen vermannen sollen.* SCHILTERVS *ad Ius Feud. Alemann. Cap. LXVII.* §. *III.* adducit litteras Ruperti Palatini, in quibus dominis de Wafenftein decimas Erlebacenfes in feudum oblatas a. 1384. confert *zu rechten Mannlehn,* ita tamen, vt, mafculis deficientibus, etiam fœminæ poffint fuccedere. Addit SCHILTERVS hanc epicrifin: *Mannlehn* adhuc dicitur, etfi ad fœminas, deficientibus mafculis, tranfit, quem fequitur BOEHMER *Cap. IV.* §. *IX.* Sic Mediolanenfis Ducatus feudum mafculum dicitur, licet in A. B. Caroli V. fuper fucceffione Mediolanenfi definiatur: *deficiente vero linea mafculina fuccedat, & fuccedere debeat in dicto Mediolanenfi dominio, & Comitatibus Papiæ, & Angleriæ, cum eorum pertinentiis filia primogenita, eiusdemque primogenitæ primogenitus mafculus, eiusque defcendentes mafculi ordine fupra dicto, vsque in infinitum* apud THVCELIVM *Actis Publicis Tom. I. p. 345.* Ve-

xium. * Verum, probe diſtinguendum eſſe putamus, an feudum conceſſum fuerit *zu rechter Mannſchafft, und Lehnſchafft*, quod æque fœmineum eſſe poteſt, dum *Mannſchafft* ſeruitia ſaltim notat & obligationem feudalem, ſiue *die Lehnſchafft, Lehnspflicht*, ** an vero

rum, manet hoc omnino feudum maſculum, licet ex gratia domini dirigentis ſpeciali & pacto, maſculis deficientibus, ad fœminas potuiſſet deuolui. Ex hoc corruunt argumenta THVMMERMVTHS *Krumſtab ſchleuſt niemand aus fundam. II. num. 34. ſeqq.* Adde LVDOLFF *P. II. p. 17.*

* *Mann* equidem Iure Saxonico & Alemannico Feudali notat *einen Lehn-Mann*, nec tamen ex vtroque ſexu intelligitur, cum fœminæ clypeorum militarium non eſſent capaces, & iudicium feudale diceretur *das Mannen-Gericht*, quod tamen ex ſolis maſculis conſtabat.

** Hinc IVRE FEVDALI ALEMANNICO *Cap. XLIII. ſine Mannſchafft dem Herren büten*, idem eſt, quod *II. F. 24. 40.* dicitur: *fidem polliceri.* SCHILTER *ad cap. XLIII. §. VI.* Idem *ad Cap. XC. §. III.* dicit: *Mannſchafft ſignificat obligationem fidei & ſeruitiorum. Vermannen dicitur dominus vaſallum recipiens, & ad ſeruitia ſibi obligans*, & Suppl. ad Cap. CIII. pag. 474. *Mannſchafft non denotat naturam feudi maſculini, ſed ſeruitia feudalia & militaria,*

zu rechten Lehn, *zu rechten Wapen-oder Stamm-Lehn.* Quod saltim feudum Masculum notat.* Licet haut diffiteamur, ex gratia vel pacto speciali quandoque etiam fœminas in feudis masculis ad successionem fuisse admissas.** Aliud est

quæ per mares solent fieri, *& vocabulum vermannen significat seruitia ista præstare*, *quæ omnia etiam mulieres in feudis hæreditariis per substitutos expedire queunt*, secutus GOEDDEVM *Consil. Marpurg. Vol. IV. Cons. XXXVII. num. 1038.* adducens exemplum, quod Barbara de Vinstingen patri in feudo successerit, licet iste an. 1485. ab Henrico, Episcopo Metensi, inuestitus fuerit *zu rechter Mannschafft & Lehnschafft.* Vox *vermannen* tamen potius notat, *der Lehn Gnüge thun*, prout ex superioribus litteris Hohenloicis patet.

* KOEPPEN *Decis. XXXIX. num. 23.* COCCEIVS *Hypomnem. Feud. Tit. III. §. 39.*

** Patet hoc ex litteris Inuestituræ Ludouici, Electoris Palatini, Wyrich von Hoenburg anno 1433. concessis, apud Eundem *pag. 338.* vbi dicitur; *daß Wir Wyrich von Hoenburg unserm Ambt-Manne zu Lützenstein und Einartshausen und lieben G. den Zehenden in unserm Dorffe und Marcke zu Erlebach by Steinwiler gelegen, zu rechten Mannlehn verlihen han - - Ouch han Wir Ime die sonderliche Gnade geton, das vorgenante Wirichs Dœchtere, die*

est feudum *Talliatum*, simplici oppo-
K 4 situm,

er izund hat, der vorgen. finer Sune Schwestern liben. Doch also, welche Dochter den obgen. Zehenden zu Mannlehn empfahen werden, daß die denselben Zehenden alltzyyt vermannen sollen als Mann-Lehnrecht und Gewohnheit ist. Idem patet ex litteris Inuestituræ Ludouici, Palatini Electoris, super castro Cleburg *pag. 337.* in quibus: *VVir han auch den vorgen VV. die besundere Gnade geton, obe er nach sime Todte ehliche Dochtere und nit Sune lassen würde, das alsdann VVir und unser Erben denselben sinen Dochtern, und ihren Mannlebens Erben die vorgen. Vesten Cleb. zu Mann-Lehn verliehen sollen und wollen und sie sollen die auch vermannen als Mannlehn-Recht ist.* Licet COCCEIVS *Hypomn. Iuris Feud. Tit. III.* §. *39.* auctor sit, Feuda vocata fuisse *Erblehn*, etsi legem haberent, vt fœminæ ea per virum, *einen Træger, VVapens-Genossen recognoscerent*, Vide etiam DIETHERI *Contin. Thesauri Besoldini voce Mann-Lehn.* Hinc etiam in diplomate Guilielmi, Iuliacensis Ducis, de anno 1556. notanter distinguuntur *gemein Gülichs-Lehn*, feudum promiscuum & *Mann-Lehn*, apud THVMMERMVTH *Fundam. I. n. 63.* Adde FRIDR. A SANDE *in Consuet. Feud. Tit. III. cap. I. num. 2.* qui etiam testatur, feuda concessa *ten Sadel-leens-rechten tot Viif marctleenen, ten Riichs-Rechten* esse feuda mascula.

situm, quod non ad omnes hæredes, verum ad quosdam saltim & definitos transit, quod apud Anglos potissimum obtinet.*

§. XIX.

Feudum Pignoratitium.

Deinde ratione modi, improprium est: FEVDVM PIGNORATITIVM, siue Pignus infeudatum, *ein Pfand-Lehn, Lehn-Satzung, geliehen Satzung*, quod Iure Lon-

* Occurrit in Rotulo Parlamenti super depositione Richardi II. apud TWYSDEN *Script. Historiæ Anglicanæ pag. 2748. Comitemque VVarwick & Dominum de Cobham perpetuis carceribus mancipauit, eorum terras, & tenementa, tam in feudo simplici, quam in feudo talliato de se & hæredibus suis contra iustitiam & leges regni sui & iuramentum suum expressum nequiter confiscando, & eorum appellantibus concedendo.* SPELMANNVS *in Glossario, voce Feudum talliatum* hoc ita explicat: *quod ita talliatur, hoc est, amputatur & rescinditur, vt ad nullos transeat hæredes, nisi a corpore certæ alicuius personæ emanantes exclusis interea non solum aliis consanguineorum ramis: sed & fratribus eiusdem, ipsisque interdum filiis ab vxore altera procreatis.* Tale secundum Tractatum Londinensem & Vindobonensem, est Ducatus Parmensis, cuius successio ad Carolum Infantem eiusdemque descendentes est directa.

Longobardico* & Germanico Feudali obtinet.** Originem hæc feuda exinde habent, quod Germani Principes æs alienum ab opulentioribus contrahere coacti, vſuras pollitici, in quas conuenerant, idonei pignoris loco agros & latifundia ſua obtulerunt, vsque dum ſortem & vſuras præſtare valerent, prædia in feudum pignoratitium dederunt.

* *I. F. 4. c. 4. I. F. 11. 27. 28.* Licet STRYKIVS *Differt. de Feudo Pignoratitio Cap. I. §. 6.* hosce textus nihil ad rem præſentem facere, adſerat, quem ſequitur HORNIVS *Cap. IV. §. 9.* Quod vero *II. F. 8. cap. vlt.* dicitur: *nam nec pignus, quod conſultum dicitur, fieri poteſt in feudo*, obſcurum omnino eſt, quid per feudum conſultum intelligatur. HOTTOMANNVS intelligit pignus cum pacto legis commiſſoriæ, vel antichretico. CVIACIVS id interpretatur de pignore, cuius diſtractionem creditori permiſit vaſallus.

** IVRE FEVD. ALEMANNICO *Cap. C.* quo ſcribitur *Lehnſatzunge und recht Lehn*, de feudo pignoratitio & feudo proprio & ſtatuitur: *qui pariter ius feudi & ius pignoris in eodem fundo ſibi aſſerit, perperam facit, neque enim pignus feudum eſſe poteſt, neque feudum pignus. Quoties pignus conſtitui valide debet, neceſſe id fiat.*

runt. * Hoc vero duplici ratione constituitur, vel enim dominus, cui pecunia creditur, adiecta conuentione, qua Ius pignoris constituitur, aliquem inuestit, ** vel si vasallus cum domini directi consensu, creditori feudum pignoris loco, cedit. *** Hoc vero feudum Pignoratitium vel ea conditione conceditur, vt quocunque tempore possit relui, tunc pecuniam soluendo, pignus recuperatur, ita, vt nulla præscriptio locum habeat. * nisi actione

* EYBEN *Elect. Feud. Cap. IV.* §. *4.* KLOCK *Tom. II. Conf. XVI.*

** B. PARENS *Cap. IV.* §. *XIV.*

*** Huc facere videtur *I. F. 27.* Talem etiam casum proponit SCHILTER *ad Cap. C.* Talis feudi exemplum etiam reperitur *Cap. V.* §. *11.* Sic Henricus VII. Imp. a. 1317. Amadeo Magno Subaudiæ Comiti vrbem & Comitatum Astensem pro ducentis florenorum auri millibus, pignoris iure, feudi lege concedit apud GVICHENON *Hist. de Savoye Tom. VI. p. 139 140.*

* GAILIVS *Lib. II. obseru. XVIII.* Licet Idem *num. 3.* addat. *Praeterea, licet actiones (quandocunque, semper, perpetuo) pacto de reluendo vel de retrovendendo adiecta, temporis perpetuitatem denotent, tamen praescriptionem longissimam non excludunt.* Idem adserit *libro II. obseru. CLX.* IO. RVDINGER *Cent. II.*

actione instituta, actor eam dereliquerit, & per XL. annos tacuerit, tunc omnino ipsi præscriptio obiici poterit.** Ab hoc probe est distinguendum *feudum oppignoratum*, *ein verpfændet Lehn-Guth*, quod creditori non traditur, sed vasallus debitor dominium, possessionem & inuestituram retinet, quod ratione crediti mere est allodiale.*** Deinde etiam differt *Feudum fiduciarium*, siue *reddibile*, quod ita datum atque concessum, vt statuto tempore, pro certa re, vel alia summa restituatur.****

§. XX.

obseru. XXXIV. CONS. MARPVRG. *volum. IV. Conf. X. num. 21. 22.* MEVIVS *Part. IV. Decis. 122. num. 3. Part. VIII. Dec. 15. n. 1. 2.*

** *L. fin. C. de præscript. XXX. vel XL. ann.* Sigillatim de feudo pignoratitio egerunt SAM. STRYKIVS, VLR. MARBACH, & ARNOLDVS KRVPP.

*** B. PARENS *cit. loc.* STRYK *de Caut. Contr. sect. II. cap. IV. §. X.* HORN *Cap. IV. §. XII.*

**** IVS FEVDALE ALEMANN. *Cap. XCVII. Si vasallus inuestitur de Feudo sub fiducia reluendi a Domino pro certa re tempore constituto, prout conuentum fuerit, Dominus reluere potest, & non reluere, nec enim Iuris res est, sed mera facultatis. Mortuo vero vasallo, sine heredibus feudalibus feudum aperitur Domino*

§. XX.

Feudum cum pacto de retrouendendo. Feuda empta.

Ab antedictis differt *Feudum cum pacto retrouenditionis*, *ein wiederkaufflich Lehn*, idque in eo solummodo est improprium, quod contra communem feudi naturam, pretio restituto, possit reuocari, dum in aliis omnibus propriam feudi naturam retineat. De eo vero dubitatur vel maxime, an pretium reluitionis post mortem emtoris restitutum, ad hæredes solummodo feudales, an vero allodiales pertineat.* Potius tamen ex contractu caussam hancce decidendam esse putamus, quod si enim quis pro se & hæredibus masculis feudum cum pacto retrouenditionis emerit, atque tali ratione fuerit inuestitus, omnino etiam pretium ad

sine damno, nec quicquam hæredibus (allodialibus) *eius soluere tenetur. Si vero Dominus mavult pignus in feudum retinere, redimere id postea tenetur ab hæredibus.* Idem dicitur *Iure Feud. Sax. cap. XXIX.*

* HARTM. PISTORIS *Lib. II. quæst. XXIV.* RAVCHBAR *Lib. I. quæst. XXXVII.* RICHTER *ad l. 2. C. de Pactis inter Emt. & Vendit. n. 122.* ad hæredes allodiales pretium spectare adserunt. Contrarium defendente CARPZOVIO *Lib. V. Resp. XXXI.* FICHARDO *II. Consf. VII. n. 4. 5.*

ad solos spectabit hæredes feudales, salua tamen manente legitima, ** hoc vero pacto non constituto, ad hæredes allodiales pertinebit. *** Ad impropria vulgo referuntur FEVDA EMPTA, **** eo, quod concessio Feudi sit gratuita.* Id quod etiam de primis temporibus omnino recte se habet, postea vero inter propria merito referuntur, dum multa prædia feudalia, pretio interueniente, adquirantur, & dominus plerumque ex mera gratia in alienationem consentit. Hinc etiam in iisdem fœminæ regulariter non admittuntur. **

§. XXI.

** B. PARENS *Cap. IV. aph. XV. de feudo Hæred. obseru. XIX.*

*** B. PARENS *de feudo Hæred. obs. XVII. XVIII. XXVII.*

**** Sic *I. F. 20.* Feudum emtum occurrit *II. F. 12.* dicitur Feudum communi pecunia adquisitum. HORNII *Obs. Feud. cap. I.* impropriis illa adnumerat VVVRMSER, TABOR *ichnographia Feud. Part. I.* §. *XII.* VVLTEIVS *I. F. VIII. n. 85.* BESOLDVS *Part. II. Cons. LVII. n. 91.* & potissimum THVMMERMVTH *V. Fund. Par. Curiæ n. 113.* HORN *Cap. IV.* §. *VII.*

* *II. F. 23.*

** ROSENTHAL *Cap. V. conclus. XXXIV.* MYNSINGER *Cent. V. obs. LXXIII.* CARPZOV

§. XXI.

Feudum de Camera, de Cauena, Soldatæ.

Improprium eſt FEVDVM de CAMERA, dum ex ærario, ſeu fiſco domini certi reditus ſub nexu feudali & obligatione ſeruitiorum, veniunt præſtandi,* ideoque etiam *Feudum Burſæ* dictum. Cum hoc conuenit FEVDVM de CAVENA, quod ita conſtituitur, vt ex cella, horreo, aut penuario domini vinum aut frumentum alicui ad vitam præſtatur. ** FEVDVM SOLDATAE eſt, dum ex gratia alicui certa pecunia, vinum, vel annona quotannis præſtatur, quod a neutra parte tranſit in hæredem. *** Huc etiam

Part. III. c. XXVIII. d. IX. KNICHEN *de Veſtit. Pact. Part. I. cap. III. n. 280.* Licet GAILIVS *II. obſ. CLIX. num. 4.* contradicat.

* Camera, ſiue ærarium Principis, *die Fürſtliche Renth-Cammer.* Sic in Teſtamento Caroli M. apud EGINHARDVM *in vita Cap. XXXIII. de Theſauris ſuis atque pecunia, quæ in camera eius inuenta eſt.* Adde du FRESNE *voce Camera.* Occurrit autem hoc feudum *II. F. 1. c. ſciendum II. F. 2. c. 1. II. F. 58. pr.* Et in IVRE FEVD. ALEMANN. *Cap. CII.*

** Cauena, Caua, Horreum denotat. Feudum occurrit. *II. F. 1. c. ſciendum. II. F. 2. c. 1. II. F. 58.*

*** Explicatur *2. F. 10. Soldata autem eſt præſtatio quadam annua gratuita, quæ a neu-*

etiam referendum eſt FEVDVM KEMINATAE, quod in lapideo & munito ædificio, pro fide & ſeruitiis præſtandis, vaſallo conceditur, conſiſtit. * Feudum *Rite-Lehn*, per quod vaſallus in præſtationem equi inſtructi obligabatur, quo is ſub Domini ſui, aut præfectorum ductu hoſtili incurſioni tanto facilius poſſit occurrere ** *Schützen Lehn*, requirebat, vt vaſallus Arcu & pharetra cum certo ſagittarum numero inſtructus, aut intra oppidi muros cuſtodiam agere aut aduerſus hoſtem foras progredi tenebatur. *** Licet eiusmodi feuda, ſi in hæredes concedantur tranſitoria, etiam ſint propria.

§. XXII.

FEVDVM AEDIFICII dicitur, dum ſaltim Domus, ſiue ædificium in feudum con- Feudum ædificii, Habitationis & Gaſtaldiæ

tra parte tranſit in hæredem. Morte enim dantis vel accipientis finitur. Soldata vero dicitur, quia plerumque in Solidorum donatione conſiſtit, quandoque autem in vino & annona, conſiſtit.

* De his SCHANNAT *Cap. I.* §. *XX.* & ſingulari diſſertatione IO. SALOMO BRVNQVELLIVS.

** Tale occurrit apud SCHANNAT *pag. 21.* Probat. *DLXVIII. DLXIII.*

*** SCHANNAT *c. l.* Probat. *DLXXV. DLXXVI.*

concedatur, *Lehn-Haus.* * Ab hoc distinctum est FEVDVM HABITATIONIS, ** dum ius habitandi in villa, castro & domo ad vitæ dies, feudi lege alicui conceditur. FEVDVM GASTALDIAE, *** idem est ac Feudum officii, præfecturæ. Iure Alemannico vocatur *Ampachts-Lehn*, **** dum quis de officio præfecti

* Eiusmodi feuda in diuersis Thuringiæ vrbibus habemus, Vinariæ, Gothæ, Eisenbergæ, Rudolstadti, aliisque. Tale Feudum occurrit in Charta Philippi Augusti, Regis Francorum, de anno 1185, *qui domum in Feudo habuerit eam ab Ecclesia Ferrariarum tenebit.*

** *II. F. 105.*

*** *I. F. 2.*

**** *C. 112.* Verbum Gastaldius compositum est ex *Gast*, quod syluam notat, & *alt*, vetus, vt ideo notet *einen Forstaltesten.* Dum vero non nisi prouectioris ætatis præfecti sumerentur, iidemque simul curam haberent syluarum, idem erat ac Præfectus *ein Ambt-Mann. I. F. 10.* coniungitur *Gastaldus & actor Domini.* Quare etiam in Legibus Longobardorum *lib. II. tit. XVII.* dicitur, si *Gastaldius, siue quilibet actor Regis.* PAVLVS DIACONVS *de Gestis Longobardorum lib. V. cap. XXIX.* dicit, quod *Romaldus Grimoaldi Regis filius, Alzeconi, Bulgarorum Duci, qui se subiecerat, spaciosa territoria concesserit, ipsumque Alzeconem,*

fecti & adſignatis reditibus inueſtitur.*

§. XXIII.

mutato dignitatis nomine, de Duce Gaſtaldium vocitari præcepit. ERCHOMPERTVS *Hiſt. Longob. c. XV. Eodem quoque tempore Landulphus Capuæ præerat Gaſtaldeus.* Hoc feudum etiam Iure Saxonico occurrit, *Cap. LXII.*

* Plura exempla refert SCHILTERVS *ad d. Cap. CXII.* Sic Rupertus Palatinus Imp. inueſtiuit *de Vch de Ladeampt in Ciuitate Sueuiæ Gemunde, quod per mortem prioris Vaſalli C. C. apertum Imperio, Eberhart Vemern & filium, ciues Gem. in beyder und ir igliches Lebtage 1401. item das Schultheiſen-Ampt zu Gemunde, doch alles bis uf unſer Wiederruffen, an. 1402.* Idem Imp. inueſtiuit Ciuitatem Memmingenſem *de Ammanampt, zehen gantzer Iahr und darnach bis uf Widderrufen 1401.* Idem Imp. inueſtiuit Heneken Humppis, ciuem Rauenspergenſem, *de Ammanampt in unſern und des Heil. Richs Flecken zu Altdorff anno 1402. uf Wiedderruffen.* Sic etiam Rupertus II. Palatinus Elector, Friderico Bipontino commendauit pagos, quos in Alſatia poſſidebat, *dieſelben unſer Dorffer mit allen iren Rechten und Gefellen von unſern beſundern Gnadem im amptsweiſe befohlen und zu unſern Amptmann darüber geſtzet han ſin lebelang und nit langer.*

L

§. XXIII.

Feudum Palatinum.

FEVDVM PALATINVM, *Hof-Lehn*, *Hof-rechts-Lehn* dicitur, dum quis de officio quodam Palatino inueſtitur, & adnexo feudo. * Talia olim feuda Ducum Germaniæ, qui de Ducatu, adnexo officio Imperii, Archi-Mareſchallatus, Archi-Camerarii, Archi-Dapiferi, & Archi-Pincernæ inueſtiebantur, atque feuda horum ſubofficialium. Eiusmodi feuda Palatina etiam in Epiſcopatibus & Ducatibus reperiuntur.** Talia etiam

* IVS FEVD. SAX. *cap. XXXII.* §. *2.* ALEMANNIC. *CXIII. Feudum, de quo quis inueſtitur ſine ſeruitiis militaribus non eſt feudum rectum, veluti ſi Dominus Vaſallum inueſtit de officio palatii, ex quo tenetur vaſallus ad ſeruitia illa aulica, ſed non ad militaria. Miniſterialis debet natus eſſe, vt capax ſit feudi Palatii, vt Dapifer, Camerarius, Mareſchallus, & Pincerna. Quoties Dominus curiam aut feſtiuitatem celebrat, hi quatuor officiales officia ſua præſtare debent, ſecundum cuiusque curiæ conſuetudinem.* Adde ITTERVM *de Feudis Imperii Cap. III.* §. *XXI.*

** Pergit IVS FEVDALE ALEMANNICVM §. 3. *Epiſcopi, Abbates, & Abbatiſſæ, Principali dignitate gaudentes, itidem in curiis ſuis conſtituunt officiales, ſed & alii Principes.* Adde SYNTAGM. IVRIS PVBLICI *Cap. IX.*

etiam sunt feuda Electorum secularium ab Episcopo Bambergensi.* Sic etiam Principes de Schwartzenberg de officio Præsidis *mit der Hof-Richter-Stelle* in Iudicio Cæsareo Rotwilensi, ** Principes de Taxis de Postis Imperii, iure hæreditario inuestiuntur, * Domini de Werther *mit dem Erb-Cammer-Thürhüter Ambt.* Eiusmodi etiam feuda Palatina ad fœminas poterant deuolui. ** Licet negandum haut sit, feuda Palatina non semper sub vasallagio, sed saltim secundum Ius Curiæ sub iuramento officii, *der Dienst-Pflicht* fuisse concessa.***

L 2 §. XXIV.

* De his vide SYNTAGMA IVRIS PVBLICI *Cap. XVI. §. XXXII.*

** SYNT. IVR. PVBL. *Cap. XXIV.* §. *XLIII.*

* SYNTAGMATIS IVRIS PVBLICI *Cap. XI.* §. *XXXVIII.*

** Sic in dotalitium fuerunt concessa, prout Edelinus, Weisenburgensis Abbas, Iohanni de Methi concedit, vt vxorem suam Ytam dotare valeat cum bonis, quæ idem Iohannes a nobis & nostra tenet Ecclesia nomine officii Mareschalli. Et in alio diplomate a. 1356. *daß er mit dem Marschalktunampte sine eliche Frauue Christine Herrn Hermans Dochter von Castel gewidmet hat*, apud SCHILTERVM *ad Cap. CXIII.* §. *3.*

*** Facit huc AVCTOR VETVS *de Beneficiis*

§. XXIV.

Burgemeister und Schutzen-Lehn.

Huc facit FEVDVM BVRGEMAGISTRI, cuius mentionem facit IVS FEVDALE ALEMANNICVM, * *Leben zu Burgermeisterschafft geliehen, erbet an eynes Burgmeysters Son.* IVS FEVDALE SAXONICVM ** hoc tali ratione explicat. *Leben zu Bauermeisterschafft geliehen, erbet der Bauermeister auf seinen Sohn*, id quod hodie *Schultzen-Lehn.* Neque tamen huc facit *das Schuldheisthumb*, *** de quo Comites olim inuestiebantur, vt per Scultetos iudicia possint administrare,

Cap. CXXX. *Quicquid homo non suscipit per hominium, non iudicetur esse beneficium, sicut cum bona concedit dominus suis ministerialibus non per hominium, sed secundum Ius Curiae. Haec concessio caret beneficiali iure, sed est concessio officialis, quiuis etiam ministerialis natione erit ex iustitia, dapifer aut secretarius, aut camerarius & marscallus.* Adde ACTA LINDAVIENSIA *pag. 603.* EYBEN *Electa Iur. Feud. cap. IX. §. XI.*

* *Cap. CI.*

** *Cap. LXXVIIII.*

*** De quo Speculum Saxonicum lib. III. art. LII. *der Kaiser leibet den Fürsten Fanleben und Grafschafften, und den Graffen ihre Schultheisthumb, das sie und die Schultheisen mægen fortrichten an seiner Statt.*

ſtrare, vel etiam officium Sculteti in Ciuitatibus Imperii, *das Reichs-Schultheissen-Ambt*, quod etiam Feudali Iure ſubeſt,**** iterum *Schultzen-Lehn* dicebatur, dum in pagis de officio Sculteti, tanquam iudicis pagani & certo prædio inueſtirentur, de quo WEICHBILDVM SAXONICVM,***** *der Schultheis ſol auch belebent ſein mit des Gerichts rechten Leben, er ſol auch den Bann haben von des Landes-Herren*, cuius etiam varia adhuc proſtant exempla.******

§. XXV.

FEVDVM STAGII hoc erat, dum vaſallus de eodem inueſtitus comparere teneretur in Caſtro aut oppido, ad quod Princeps vel Abbas diuertere ſolebat, ac ſecum ibidem in perſona* reſidere, ſub pœna priuationis feudi. Licet alias etiam caſtrenſe feudum vocatur.** *Feudum Stagii & Steylerlebn.*

L 3 Dici-

**** SYNT. IVR. PVBL. *Cap. XXI.* §. *XXIII.*

***** *art. XLVII.* Adde *art. XI.*

****** Quæ profert COCCEIVS *de feudis ruſticorum Cap. III.* §. *XXI.* Adde Perill. de LVDOLFF *Symphor. Conſult. Forenſium, Conſult. V. p. 112.*

* SCHANNAT *p. 13.*

** Sic enim apud SCHANN. n. CCCCXLVIII. *debebit etiam idem Iohannes in dicto Caſtro noſtro apud nos facere Reſidentiam perſonalem,*

Dicitur alias etiam *Steyler - Lehn.* ***

§. XXVI.

Feudum Aduocatiæ & aperturæ.

FEVDVM ADVOCATIAE *Schutz - und Schirm - Lehn* dicitur, dum quis de Aduocatia certæ Ecclesiæ, regionis, vrbis vel castri inuestiebatur, quod media ætate erat frequentius. * FEVDVM APERTVRAE

quod si non fecerit, possumus & debebimus nos sine contradictione intromittere de Bonis Castrensis Feodi memoratis.

*** Sic in diplomate Henrici, Abbatis Fuldensis, n. DLXXIX. *quod Feudum in oppido noster Lengsfelt, dictum Steylern Lehen Bertoldo dicto Ciseth, Gertrudi Vxori sua, & Bertholdo eorum Filio, quamdiu apud nos residentiam fecerint personalem, & non alias, ad sua vita tempora contulimus & conferimus per præsentes, ita quod post obitum eorundem Feudum ad nos libere reuertatur.* Addi potest GOTTLIEB STVRMII Diss. *de vrbano Beneficio von Bürgelehn* & *de censu Germanico rurali & feudis rusticorum in Saxonia von Bauergülden und Sächs. Lehn-Krügen oder Schultzenlehn.*

* Aduocati vel Ecclesiastici erant, vel seculares. Isti Ius protectionis exercebant in Episcopatus & Monasteria, & vocabatur Aduocatia armata, de qua MARTINVS MAGERVS a SCHOENBERG & CHRISTIAN FRANC. PAVLINI *de Aduocatis Monasticis*, vel seculares, iidem-

RAE *ein Oeffnungs-Lehn*, quando feudum vasallo tali conditione ac lege conceditur, vt illud domino, quoties necessitas

L 4

que iterum vel Prouinciales in tota prouincia, prout Aduocatia Alsatica, *die Landvogtey Elsas*, vel ciuitatensis, in certas vrbes, potissimum Imperiales. Sic Wenceslaus Imperator inuestiuit Ciuitatem Basileam de feudo Aduocatiæ, *Ampte der Vogteye mit allen iren Zugebærungen, als es uns und dem Reiche ledig worden ist.* Rupertus Imperat. inuestiuit VVernherum Steinhawer de Vogteya Eslingensi, SCHILTER *ad Ius Feud. Alemann. ad cap. CXII.* Sic Philippus, Coloniensis Archiepiscopus, Conradum Palatinum anno 1189. inuestit de Aduocatia Bacharaci cum pertinentibus, apud TOLNERVM *Codice Diplomatico pag. 58.* HVNDIVS *Metrop. Salisburg. Tom. II. pag. 2.* de Monasterio Altach dicit: *Aduocati huius Monasterii erant olim Comites de Pogen, qui illam Aduocatiam a Romano Imp. in feudum acceperunt vsque ad tempora Friderici primi Imperatoris, qui Monasterium & Aduocatiam Episcopo Bambergensi, vt supra dictum est, tradidit, a quo Berchtoldus, Comes a Pogen, primo in beneficium accepit, per Innocentium III. vero per litteras cœnobio S. Petri datas anno 1201. prohibetur, ne aduocatia eius in feudum cuiquam conferatur.* Licet quædam Monasteria hoc priuilegium singulare habuerint, ne de Ecclesiæ Aduocatiis quidpiam

tas postulauerit, vel ad transitum, vel etiam ad defensionem aperiatur. Hoc vero Ius vel ex pacto oritur, vel ex Territorii Iure, dum omnia Feuda Domini Territorii aperturæ sint subiecta. *

§. XXVII.

Feudum annuum, Iurisdictionis, Furcale, Scuti.

FEVDVM ANNVVM dicebatur, dum pro officio, quod quis gerebat, certi reditus in singulos annos erant adsignati. Hoc tamen probe est distinguendum a *Feudo annuæ præstationis*, dum quotannis certa summa de bonis quibusdam præstanda, cuius loco nexus feudalis obtinebat, & dum plerumque secundum libras, argenti

in beneficium dare liceat, prout Priuilegium Friderici I. Monasterio Admontensi concessum, apud LVDEWIG *Reliquiis Tom. IV. p. 171.* docet, *vt nec ipsis aduocatis, nec aliis aduocatis liceat de aduocatia bonorum eiusdem ecclesiæ quempiam inbeneficiare.* LVDEWIG *Reliquiis MScriptorum Tom. II. p. 211.* ITTER *de Feudis Imperii cap. III. §. XXV.* Adde SYNT. IVRIS PVBLICI *cap. XVIII. §. XXII.* & CAROLVM OTTONEM RECHENBERGIVM *de Aduocatis & Aduocatiis Germaniæ.* Adde ERASMVM a CHOKIER *de Aduocatiis feudalibus.* Exinde Vogtland, Terra Aduocatorum dicitur, dum plures in eadem reperiuntur Aduocati.

* Compara SYNT. IVR. PVBL. *Cap. XXVI. §. XXXXIX.*

genti vel denariorum Halensium ** præstanda, dicebatur *ein Pfundlehn.* FEVDVM IVRISDICTIONIS dicitur, si quis cum iurisdictione sola, *mit denen Gerichten,* in aliquo loco, sine prædio feudali fuerit inuestitus. *** Cum quo ex parte conuenit *Feudum Furcale,** si quis saltim cum Iurisdictioue alta, iudicio & loco Criminali, *mit einer Feimstatt* fuerit

L 5 in-

** IVS FEVD. ALEMANN. *Cap. XIV. da ein Mann gegen ein Pfund Lehn tragt. II. F. 20.* vocatur *feudum super annua præstatione.* Olim etiam vocatur *Mangeld* siue Lehngeld. Tale est apud MARTENE *T.I. p.895. Ego Margareta soror Comitissæ Flandriæ & Hannoniæ notum fieri volo, quod dominus B. de Auesnis maritus meus per voluntatem & assensum meum dedit in feodum & in homagium domino Th. de Husalise consanguineo suo sexaginta libras alborum annuatim accipiendas ad winagia sua apud Auesnas.*

*** Occurrit in IVRE FEVDALI SAXONICO *Cap. LXI.* ALEMANNICO *Cap. CXI.* Nec hodie infrequens. Litteras inuestituræ Christiani I. Electoris super iurisdictione in Eppendorf exhibet COCCEIVS, *de eo, quod iustum est circa rusticos, Cap. III. §. XXII.* IO. PAVL KRESS *de Iurisdictione omnimoda, Formula, richt und ungericht. Helmstadti 1730.*

* Vide du FRESNE *voce Feudum Furcale.*

inueſtitus. FEVDVM MILITARE SCVTI, *ein Schild-Lehn*, ſiue *Feudum Loricæ*,** quando quis in numerum prætorianorum Principis, adſignatis in feudum certis reditibus, fuerat adlectus. FEVDVM VIVVM dicitur, in quo quis ſedem ordinariam, *ſein Feuer und Heerd* tenere obligatur,

§. XXVIII.

Feudum plenum Vollehn.

De eo vero plurimum disputatur, quid feudum ſit plenum, *ein Voll-Lehn*. Rarius equidem apud Scriptores mediæ ætatis huius fit mentio. Inſignis tamen locus CHRONICI-LAVRISHAMENIS*** ad illud nos ducit, vbi dicitur; *nam ſeptem principalia beneficia, quæ vulgo appellantur Voll-Lehn, morte nobiliſſimorum Eccleſiæ fidelium in vna perſona Godofredi in breui deuoluta ſunt.* MARQVARDVS

** IVS FEVDALE ALEMANNICVM *Cap. CI. Schild-Lehn hant ein ende, ſo ein Herre den Schild wieder nimet. Und git ouch der Mann den Schild wider, das mag er ſich nit erweren, er mus den Schilt entphaben, und damit het das Schiltlehn ein Ende.* IUS SAXONICVM Latinum *Cap. XLII. §. I. Quidam dicunt, quod plures ſint infeudationes, quæ in certo termino finiuntur, ſicut feudum ſcuti, quod cum ſcuto ceſſabit.*

*** *pag. 142.*

DVS FREHERVS equidem locum tanquam corruptum explicat per *Vahnlehn*, quem ſequuntur SPELMANNVS & du FRESNE. * Verum, dum feuda vexilli a Monaſterio non fuerint conceſſa, & verba ſequentia: *Exinde ſiquidem militaris clypeaturæ, ſcilicet Hereſchilt integritas confuſa*, hic de Clypeis militaribus ſermonem eſſe, ** doceant, vulgarem potius lectionem retinemus. Nobis potius videtur, Epiſcopatus atque Abbatias ad imitationem Imperatoris ſeptem principalia beneficia, totidem Ducibus atque Principibus contuliſſe, idque tum in honorem, tum vt auxiliis & ſeruitiis gauderent vaſallorum, atque hoc vocatum fuiſſe Feudum plenum, *Vollehn*, arbitror.

CAP.

* Gloſſario *voce Vollehn.*

** In CHRONICO etiam LAVRISHAMENSI *pag. 151.* dicitur: *qui communicato XII. illuſtrium fidelium ſuorum conſilio, quo numero etiam beneficialis ſumma militaris clipei, qui vulgo dicitur Herſchildt Laureshamenſis Eccleſiæ adtinens includitur, ſingulis pro quantitate beneficii centenos milites armatos*, (vt traditur) *aſſignauit.* Licet ibi pro XII ſubſtituendum eſſe videatur VII.

CAPVT SEXTVM
DE
PERSONIS FEVDA CONCEDENTIBVS ET ADQVIRENTIBVS.

§. I.

Quinam Feuda possint concedere.

FEudorum datio species est alienationis, ideoque duæ personæ requiruntur concedentis & accipientis. Iste dicitur *Dominus*, * dum vasallus ab ipso dependet, & ipse dominium dirigens sibi reseruat, vel *Senior*, ** quod idem denotat, vel quandoque *Patronus*, *** dum vasalli clientes vocentur, *ein Lehn-Herr*. Feuda vero concedere possunt omnes, qui rerum dominium & liberam habent alienandi potestatem, &, præuiis requisitis, Administratores Bonorum Imperii, Ecclesiæ vel Vniuersitatis. * Hinc nec sexus, nec conditio,

* *I. F. 10. 11. 12.*

** *I. F. 17. 18. C. Si aliquis.* Inde Gallorum, Italorum, Hispanorum *Seigneur*, *Signore*, *Sennore*. EYBEN *Electis Iuris Feud. Cap. VIII.* §. *6.*

*** ROSENTHAL *Cap. I. concl. XI. num. I.*

* *I. F. 1. pr. I. F. 3. pr. II. F. 3.*

ditio, nec dignitas obſtat, Maſculi & Fœminæ,** Clerici,*** & Laici, Illuſtres, Nobiles & plebeii,**** in rebus ſuis

** Illuſtres igitur, & in dignitate conſtitutæ fœminæ, ſi Regna & Prouincias habuerint in patrimoniis, feuda concedunt libere. Priuatæ feuda haut facile concedunt, vbi tamen mores prouinciæ ſecum ferunt, Curatoris indigent auctoritate. Vide IO. CAROLVM NAEVIVM *de Iuribus Fœminarum præcipuis in feudis.*

*** Clerici priuati, vtpote Monachi, nihil proprii tenent, ſed quidquid adquirunt, Eccleſiæ, *Nou. 5. C. 5. Auth. Ingreſſi C. de S. S. Eccleſ. Auth. nunc autem C. de Epiſc. & Cler. c. II. & V. de ſtatu Monachi*, ideoque feuda non concedunt. Illuſtres vero vel de bonis propriis, vel Epiſcopatus & abbatiæ prædiis feuda, cum conſenſu tamen conferunt Capituli *II. F. 35.*

**** De Ruſticis in hanc & illam partem diſputat COCCEIVS *in diſſertat. de eo, quod iuſtum eſt circa ruſticos.* Affirmat etiam ROSENTHAL *Cap. III. concl. II.* FRANC. CVRTIVS *de feudis Part. II. Tract. II. quæſt. IV. num. 12.* TITIVS *Cap. VI. §. XXXVIII.* SCHRADER *Part. IV. cap. I. num. 57.* Idem de Geldriæ conſuetudinibus teſtatur FRIDERIC. A SANDE *in Conſuetud. Geldriæ Cap. I. num. 4.* Verum, dum ruſtici bona vel emphyteutica vel cenſitica poſſideant ſine Iuriſdictione, alienandi ipſorum poteſtas eſt reſtricta. Et ſi alia bona adquirant

ſuis propriis, nulli fidei commiſſo obnoxiis, nec aliter obligatis, feudum poſſunt concedere. Et licet circa nobiles atque plebeios dubium ſuboriatur, * ex ea potiſſimum ratione, quod feuda militiæ cauſſa, ſalarii loco fuerint conceſſa, quod nec apud nobiles, multo minus plebeios locum habere poſſit. Verum, dum feuda non militiæ ſaltim cauſa concedantur, ſed dentur etiam feuda franca, cenſitica, conditionata, rationem iſtam non ſufficere putauerim, maxime, dum in Franconia Künsbergii, aliique nobiles immediati ſuos iterum habeant vaſallos, quod etiam de multis Pomeraniæ nobilibus,)** qui alios nobiles habent ſubinfeudatos, erit dicendum.

§. II.

cum Iurisdictione, deſinunt eſſe ruſtici. Quod ſi tamen in quibusdam Prouinciis ruſticorum bona reperiantur, quæ nec emphyteutica ſunt, nec cenſitica, in iisdem feuda poſſunt conſtitui, prout in diſſertatione COCCEII *de eo, quod iuſtum eſt circa ruſticos, Cap. II.* §. *III.* dicitur: *ſi quidem compertum habemus, in pago quodam nomine Zſchopperitz alibique in Ducatu Altenburgico reperiri eiusmodi ruſticos, qui habent ſuos vaſallos.*

* Vid. potiſſimum Dni ESTOR *kleine Schrifften p. III. p. 700.*

** MART. RANGO *Pomerania diplomatica*

§. II.

Dum autem libera alienandi potestas requiratur, quædam personæ excluduntur, quibus leges Feudales Feudi collationem non concedunt, vtpote Impuberes. Minores, ne quidem tutoris vel curatoris interueniente auctoritate, feuda legitime possunt constituere, nisi vrgens subfuerit in feudum dandi necessitas, vel vtilitas, & causa cognita, decretum Superioris interuenerit, nec filiusfamilias in peculio profectitio, cuius plane dominium non habet, nec in aduentitio, in quo vsumfructum pater habet & administrationem, verum in peculio castrensi & quasi castrensi, etiam peculio aduentitio extraordinario, quod ipsi liberius est, feudum poterit constituere.* Quinam a concessione Feudi excluduntur.

§. III.

p. 59. hoc de Bugenhagiis, Eickstediis, Barkiis, VVedeliis, Deuitiis, Blucheriis, Mantenfeldiis, Rameliis, Zozenouiis prædicat, MICRAELIVM secutus *Pommer. Chronic. lib. VI. p. 449.*

* In Iure Feudali disertis verbis hi non excipiuntur, saltim *II. F. 3.* dicitur, *qui enim qualibet ratione aliquid de suis rebus impeditur alienare, is nec per feudum poterit inuestituram facere.* Recurrendum igitur erit ad Ius Ciuile, & illis infeudatio deneganda, quibus eodem Iure alienandi libera potestas est interdicta.

§. III.

Bona Imperii confert Imp.

Bona Imperii immediata alias infeudari solita, solus in feudum confert Imperator. * Quod si vero feuda Imperio fuerint aperta, Statuum consensum adhibere necessum habet.** Hoc ius conferendi soli Imp. ita est reseruatum, vt etiam in Feudis Regalibus excludat Vicarios. *** In Regnis vero Patrimonialibus Reges libere feuda conferunt.****

§. IV.

Vide B. PARENTEM *Cap. V. aph. IV, V.* HORN *Cap. V. §. XVII.*

* Vide SYNTAGMA IVRIS PVBLICI *Cap. XI. §. XXVIII. seqq.* ITTER *de Feudis Imperii, Cap. IV.*

** Olim equidem ad solum Electorum consensum obligatus erat Imp. CAPIT. FERDINANDI IV. *art. XXX.* LEOPOLDI *art. XXX.* IOSEPHINA *art. XXIX.* In Proiecto vero Capitulationis Perpetuæ & CAROLINA *art. IX.* omnium Statuum consensus requiritur. Adde SYNTAGMA IVRIS PVBLICI *Cap. XII. §. XLVIII.*

*** SYNTAGMA IVRIS PVBLICI *Cap. XIII. §. XXXVII.*

**** Sunt equidem, atque inter hos Dom. a LVDEWIG *de Oblig. Succ. in clientelas Cap. I.* qui negant, dari regna patrimonialia, quod tamen alibi demonstrabimus. Sic in transactione Augustana de a. 1548. ratione Burgundiæ, hæ prouinciæ vocantur patrimoniales.

§. IV.

Inter personas ecclesiasticas, Pontifex Romanus sibi arrogauit feuda non solum de terris sedis Romanæ, sed etiam Regna & bona secularia conferendi. * In

Feuda Ecclesiastica qua ratione Prælati conferunt.

* Sec. XII. Hadrianus IV. Papa Imperium beneficio Papæ Imp. possidere adserebat, quod tunc temporis feudi instar erat, cui tamen Imp. & Principes Germaniæ contradicebant maxime, vt Papa se declarare necessum habuerit, se per beneficium saltim bonum factum intelligere. RADEVICVS *de Gestis Friderici, lib. I. cap. IX. X. XXII.* Adde EYBENIVM *Differt. priori de Feudo solari pag. 446.* Nec Papæ tanquam prætenso vicario Christi & successori Petri Dominium directum Episcopatuum & Abbatiarum competit, prout Doctores Iuris Pontificii volunt, ex eo tamen, quod ius confirmandi Episcopos habet, de officio Episcopali, nullum illi ius in terras. Edelwolfus equidem Anglorum Rex, Papæ Regnum subiecit, & potissimum Iohannes sine terra anno 1213. prout MATTHÆVS PARISIENSIS *Histor. Anglic. pag. 399.* HEMINGFORD *Lib. II. cap. XLIII.* tradunt. Verum, Successores se Dominio directo subduxerunt. Plura exempla vide apud GOEBELIVM *de Feudis extra Curtem §. IV. V.* ... n Lusitaniæ R. feudum sit Papale, disput... itque negat LOBCKOWITZ *Philippo prudente p. 182.* Feudum

M

In peculiaris ecclesiæ Bonis Prælati, v
pote Archiepiscopi, Episcopi, Abb
tes, res infeudari solitas ** etiam si
Capituli consensu in feudum conc
dunt, si etiam fuerit apertum, & redi

tamen adhuc Papale est Regnum Neapolit
num, cuius originem describit PAND. COLL
NVTIVS *Histor. Neapol. pag. 197.* Dominiu
directum in Ducatum Parmensem, quod Pa
hactenus exercuit, per Tractatum Londine
sem & Vindobonensem Imperio fuit vindic
tum.

* *I. F. 1. Feudum autem dare potest, A
chiepiscopus, Episcopus, Abbas, Abbatissa, Pr
positus, si antiquitus consuetudo eorum fuer
feuda dare.* Idem dicitur *Cap. 2. de Feud*
iuramento etiam non obstante. Huc etia
facere videmus *II. F. 35. Clerico inuestit
ram faciente de suis bonis, eius successor omn
fariam cogitur eam adimplere, cumque de b
nis Ecclesiæ eam fecerit, si possessio rei pro be
neficio inuestituræ penes eum fuerit, ipse &
eius successor adimpleant, quod etiam in laic
contingit.*

** Siue res, quæ semel legitimis requisit
in feudum data. ROSENTHAL *Cap. II. concl. XX.*
SCHRADER *Part. IV. cap. II. seqq.* BRÜCKNE
de rebus infeudari & subinfeudari solitis. Add
B. PARENS *Obseru. Feud. cap. V. §. 3.* BOEHME
Cap. III. §. IX.

rit ad Ecclesiam, * si modo iisdem conditionibus, quibus antea, conferatur,

M 2

* *c. 2. de Feudis.* Patet hoc etiam ex *II. F. 35.* *& ideo sciendum est, Archiepiscopum Mediolanensem non posse dare in feudum, quod tempore introitus sui in dominico inuenerit, sed si ei postea feudum aperiatur, ipsum recte dabit. Profecto, alii episcopi & clerici ea, quae in dominico habent, & feuda his aperta olim dederant, & hodie dant.* HORN *Cap. V. §. V.* Immo in quibusdam Statutis obligantur Episcopi, vtpote in statuto Monasteriensi decernitur, *und soll der keines behalten, sie wæren denn Ihr F. G. zuerkennet, durch ihre Mannschaft, und alsdenn soll er die nit behalten langer denn Iahr und Tag, und wofern inwendig die Zeit niemand von denen Blut-Freunden mænnlicher oder weiblicher Gebauer erschienen, wie sie sollen, so sollen Ihre F. G. der Güter verleihen etwan einer tüchtigen Persohn und die keiner Weise behalten noch ihrer Tafel zueignen,* BOEHMER *Cap. IV. §. V.* Idem consuetudine Germaniae esse introductum, docet GAILIVS *II. Obseru. CLXI. n. 4.* HARPRECHT *Resp. LVII. num. 116.* Constitutio enim Vrbani VIII. de an. 1625. quam exhibet TAMBVRINVS *de Iure Abbatum Tom. III. disp. XIV. qu. 4. num. 4. & seqq.* qua feuda, semel ad ecclesiam deuoluta, iterum infeudari prohibentur, in Germania numquam vsum habuit BOEHMER *Cap. III. §. XV.*

inuestitus. FEVDVM MILITARE SCVTI, *ein Schild-Lehn*, siue *Feudum Loricæ*,** quando quis in numerum prætorianorum Principis, adsignatis in feudum certis reditibus, fuerat adlectus. FEVDVM VIVVM dicitur, in quo quis sedem ordinariam, *sein Feuer und Heerd* tenere obligatur,

§. XXVIII.

Feudum plenum Vollehn.

De eo vero plurimum disputatur, quid feudum sit plenum, *ein Voll-Lehn.* Rarius equidem apud Scriptores mediæ ætatis huius fit mentio. Insignis tamen locus CHRONICI-LAVRISHAMENIS*** ad illud nos ducit, vbi dicitur; *nam septem principalia beneficia, quæ vulgo appellantur Voll-Lehn, morte nobilissimorum Ecclesiæ fidelium in vna persona Godofredi in breui deuoluta sunt.* MARQVARDVS

** IVS FEVDALE ALEMANNICVM *Cap. CI. Schild-Lehn hant ein ende, so ein Herre den Schild wieder nimet. Und git ouch der Mann den Schild wider, das mag er sich nit erweren, er mus den Schilt entphahen, und damit het das Schiltlehn ein Ende.* Ius SAXONICVM Latinum *Cap. XLII.* §. *I. Quidam dicunt, quod plures sint infeudationes, quæ in certo termino finiuntur, sicut feudum scuti, quod cum scuto cessabit.*

*** *pag.* 142.

DVS FREHERVS equidem locum tanquam corruptum explicat per *Vahnlehn*, quem sequuntur SPELMANNVS & du FRESNE.* Verum, dum feuda vexilli a Monasterio non fuerint concessa, & verba sequentia: *Exinde siquidem militaris clypeaturæ, scilicet Hereschilt integritas confusa*, hic de Clypeis militaribus sermonem esse, ** doceant, vulgarem potius lectionem retinemus. Nobis potius videtur, Episcopatus atque Abbatias ad imitationem Imperatoris septem principalia beneficia, totidem Ducibus atque Principibus contulisse, idque tum in honorem, tum vt auxiliis & seruitiis gauderent vasallorum, atque hoc vocatum fuisse Feudum plenum, *Vollehn*, arbitror.

CAP.

* Glossario *voce Vollehn.*

** In CHRONICO etiam LAVRISHAMENSI *pag. 151.* dicitur: *qui communicato XII. illustrium fidelium suorum consilio, quo numero etiam beneficialis summa militaris clipei, qui vulgo dicitur Herschildt Lauresbamensis Ecclesiæ adtinens includitur, singulis pro quantitate beneficii centenos milites armatos*, (vt traditur) *assignauit.* Licet ibi pro XII substituendum esse videatur VII.

CAPVT SEXTVM
DE
PERSONIS FEVDA CONCEDENTIBVS ET ADQVIRENTIBVS.

§. I.

Quinam Feuda possint concedere.

Feudorum datio species est alienationis, ideoque duæ personæ requiruntur concedentis & accipientis. Iste dicitur *Dominus*, * dum vasallus ab ipso dependet, & ipse dominium dirigens sibi reseruat, vel *Senior*, ** quod idem denotat, vel quandoque *Patronus*, *** dum vasalli clientes vocentur, *ein Lehn-Herr*. Feuda vero concedere possunt omnes, qui rerum dominium & liberam habent alienandi potestatem, &, præuiis requisitis, Administratores Bonorum Imperii, Ecclesiæ vel Vniuersitatis. * Hinc nec sexus, nec conditio,

* *I. F. 10. 11. 12.*

** *I. F. 17. 18. C. Si aliquis.* Inde Gallorum, Italorum, Hispanorum *Seigneur*, *Signore*, *Sennore*. EYBEN *Electis Iuris Feud. Cap. VIII.* §. *6.*

*** ROSENTHAL *Cap. I. concl. XI. num. I.*

* *I. F. 1. pr. I. F. 3. pr. II. F. 3.*

ditio, nec dignitas obſtat, Maſculi & Fœminæ,** Clerici,*** & Laici, Illuſtres, Nobiles & plebeii,**** in rebus ſuis

** Illuſtres igitur, & in dignitate conſtitutæ fœminæ, ſi Regna & Prouincias habuerint in patrimoniis, feuda concedunt libere. Priuatæ feuda haut facile concedunt, vbi tamen mores prouinciæ ſecum ferunt, Curatoris indigent auctoritate. Vide IO. CAROLVM NAEVIVM *de Iuribus Fœminarum præcipuis in feudis.*

*** Clerici priuati, vtpote Monachi, nihil proprii tenent, ſed quidquid adquirunt, Eccleſiæ, *Nou. 5. C. 5. Auth. Ingreſſi C. de S. S. Eccleſ. Auth. nunc autem C. de Epiſc. & Cler. c. II. & V. de ſtatu Monachi*, ideoque feuda non concedunt. Illuſtres vero vel de bonis propriis, vel Epiſcopatus & abbatiæ prædiis feuda, cum conſenſu tamen conferunt Capituli *II. F. 35.*

**** De Ruſticis in hanc & illam partem diſputat COCCEIVS *in diſſertat. de eo, quod iuſtum eſt circa ruſticos.* Affirmat etiam ROSENTHAL *Cap. III. concl. II.* FRANC. CVRTIVS *de feudis Part. II. Tract. II. quæſt. IV. num. 12.* TITIVS *Cap. VI. §. XXXVIII.* SCHRADER *Part. IV. cap. I. num. 57.* Idem de Geldriæ conſuetudinibus teſtatur FRIDERIC. A SANDE *in Conſuetud. Geldriæ Cap. I. num. 4.* Verum, dum ruſtici bona vel emphyteutica vel cenſitica poſſideant ſine Iuriſdictione, alienandi ipſorum poteſtas eſt reſtricta. Et ſi alia bona adquirant

ſuis propriis, nulli fidei commiſſo obnoxiis, nec aliter obligatis, feudum poſſunt concedere. Et licet circa nobiles atque plebeios dubium ſuboriatur, * ex ea potiſſimum ratione, quod feuda militiæ cauſſa, ſalarii loco fuerint conceſſa, quod nec apud nobiles, multo minus plebeios locum habere poſſit. Verum, dum feuda non militiæ ſaltim cauſa concedantur, ſed dentur etiam feuda franca, cenſitica, conditionata, rationem iſtam non ſufficere putauerim, maxime, dum in Franconia Künsbergii, aliique nobiles immediati ſuos iterum habeant vaſallos, quod etiam de multis Pomeraniæ nobilibus,)** qui alios nobiles habent ſubinfeudatos, erit dicendum.

§. II.

cum Iurisdictione, deſinunt eſſe ruſtici. Quod ſi tamen in quibusdam Prouinciis ruſticorum bona reperiantur, quæ nec emphyteutica ſunt, nec cenſitica, in iisdem feuda poſſunt conſtitui, prout in diſſertatione COCCEII *de eo, quod iuſtum eſt circa ruſticos, Cap. II.* §. *III.* dicitur: *ſi quidem compertum habemus, in pago quodam nomine Zſchopperitz alibique in Ducatu Altenburgico reperiri eiusmodi ruſticos, qui habent ſuos vaſallos.*

* Vid. potiſſimum Dni ESTOR *kleine Schrifften p. III. p. 700.*

** MART. RANGO *Pomerania diplomatica*

§. II.

Dum autem libera alienandi potestas requiratur, quædam personæ excluduntur, quibus leges Feudales Feudi collationem non concedunt, vtpote Impuberes. Minores, ne quidem tutoris vel curatoris interueniente auctoritate, feuda legitime possunt constituere, nisi vrgens subfuerit in feudum dandi necessitas, vel vtilitas, & causa cognita, decretum Superioris interuenerit, nec filiusfamilias in peculio profectitio, cuius plane dominium non habet, nec in aduentitio, in quo vsumfructum pater habet & administrationem, verum in peculio castrensi & quasi castrensi, etiam peculio aduentitio extraordinario, quod ipsi liberius est, feudum poterit constituere.*

Quinam a concessione Feudi excludantur.

§. III.

p. 59. hoc de Bugenhagiis, Eickstediis, Barkiis, VVedeliis, Deuitiis, Blucheriis, Mantenfeldiis, Rameliis, Zozenouiis prædicat, MICRAELIVM secutus *Pommer. Chronic. lib. VI. p. 449.*

* In Iure Feudali disertis verbis hi non excipiuntur, saltim *II. F. 3.* dicitur, *qui enim qualibet ratione aliquid de suis rebus impeditur alienare, is nec per feudum poterit inuestituram facere.* Recurrendum igitur erit ad Ius Ciuile, & illis infeudatio deneganda, quibus eodem Iure alienandi libera potestas est interdicta.

§. III.

Bona Imperii confert Imp.

Bona Imperii immediata alias infeudari solita, solus in feudum confert Imperator. * Quod si vero feuda Imperio fuerint aperta, Statuum consensum adhibere necessum habet.** Hoc ius conferendi soli Imp. ita est reseruatum, vt etiam in Feudis Regalibus excludat Vicarios. *** In Regnis vero Patrimonialibus Reges libere feuda conferunt. ****

§. IV.

Vide B. PARENTEM *Cap. V. aph. IV, V.* HORN *Cap. V. §. XVII.*

* Vide SYNTAGMA IVRIS PVBLICI *Cap. XI. §. XXVIII. seqq.* ITTER *de Feudis Imperii, Cap. IV.*

** Olim equidem ad solum Electorum consensum obligatus erat Imp. CAPIT. FERDINANDI IV. *art. XXX.* LEOPOLDI *art. XXX.* IOSEPHINA *art. XXIX.* In Proiecto vero Capitulationis Perpetuæ & CAROLINA *art. IX.* omnium Statuum consensus requiritur. Adde SYNTAGMA IVRIS PVBLICI *Cap. XII. §. XLVIII.*

*** SYNTAGMA IVRIS PVBLICI *Cap. XIII. §. XXXVII.*

**** Sunt equidem, atque inter hos Dom. a LVDEWIG *de Oblig. Succ. in clientelas Cap. I.* qui negant, dari regna patrimonialia, quod tamen alibi demonstrabimus. Sic in transactione Augustana de a. 1548. ratione Burgundiæ, hæ prouinciæ vocantur patrimoniales.

§. IV.

Inter personas ecclesiasticas, Pontifex Romanus sibi arrogauit feuda non solum de terris sedis Romanæ, sed etiam Regna & bona secularia conferendi.* In

Feuda Ecclesiastica qua ratione Prælati conferunt.

* Sec. XII. Hadrianus IV. Papa Imperium beneficio Papæ Imp. possidere adserebat, quod tunc temporis feudi instar erat, cui tamen Imp. & Principes Germaniæ contradicebant maxime, vt Papa se declarare necessum habuerit, se per beneficium saltim bonum factum intelligere. RADEVICVS *de Gestis Friderici, lib. I. cap. IX. X. XXII.* Adde LYBENIVM *Differt. priori de Feudo solari pag. 446.* Nec Papæ tanquam prætenso vicario Christi & successori Petri Dominium directum Episcopatuum & Abbatiarum competit, prout Doctores Iuris Pontificii volunt, ex eo tamen, quod ius confirmandi Episcopos habet, de officio Episcopali, nullum illi ius in terras. Edelwolfus equidem Anglorum Rex, Papæ Regnum subiecit, & potissimum Iohannes sine terra anno 1213. prout MATTHÆVS PARISIENSIS *Histor. Anglic. pag. 399.* HEMINGFORD *Lib. II. cap. XLIII.* tradunt. Verum, Successores se Dominio directo subduxerunt. Plura exempla vide apud GOEBELIVM *de Feudis extra Curtem §. IV. V.* [illegible] Lusitaniæ R. feudum sit Papale, disp[illegible]tque negat LOBCKOWITZ *Philippo prudente p. 182.* Feudum

In peculiaris ecclesiæ Bonis Prælati, vtpote Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, res infeudari solitas ** etiam sine Capituli consensu in feudum concedunt, si etiam fuerit apertum, & redierit

tamen adhuc Papale est Regnum Neapolitanum, cuius originem describit PAND. COLLENVTIVS *Histor. Neapol. pag. 197.* Dominium directum in Ducatum Parmensem, quod Papa hactenus exercuit, per Tractatum Londinensem & Vindobonensem Imperio fuit vindicatum.

* *I. F. 1. Feudum autem dare potest, Archiepiscopus, Episcopus, Abbas, Abbatissa, Præpositus, si antiquitus consuetudo eorum fuerit feuda dare.* Idem dicitur *Cap. 2. de Feudis* iuramento etiam non obstante. Huc etiam facere videmus *II. F. 35. Clerico inuestituram faciente de suis bonis, eius successor omnifariam cogitur eam adimplere, cumque de bonis Ecclesiæ eam fecerit, si possessio rei pro beneficio inuestituræ penes eum fuerit, ipse & eius successor adimpleant, quod etiam in laicis contingit.*

** Siue res, quæ semel legitimis requisitis in feudum data. ROSENTHAL *Cap. II. concl. XXI.* SCHRADER *Part. IV. cap. II. seqq.* BRÜCKNER *de rebus infeudari & subinfeudari solitis.* Add. B. PARENS *Obseru. Feud. cap. V. §. 3.* BOEHMER *Cap. III. §. IX.*

rit ad Ecclesiam, * si modo iisdem conditionibus, quibus antea, confera- M 2 tur,

* *c. 2. de Feudis.* Patet hoc etiam ex *II. F. 35. & ideo sciendum est, Archiepiscopum Mediolanensem non posse dare in feudum, quod tempore introitus sui in dominico inuenerit, sed si ei postea feudum aperiatur, ipsum recte dabit. Profecto, alii episcopi & clerici ea, quae in dominico habent, & feuda his aperta olim dederant, & hodie dant.* HORN *Cap. V. §. V.* Immo in quibusdam Statutis obligantur Episcopi, vtpote in statuto Monasteriensi decernitur, *und soll der keines behalten, sie wæren denn Ihr F. G. zuerkennet, durch ihre Mannschaft, und alsdenn soll er die nit behalten langer denn Iahr und Tag, und wofern inwendig die Zeit niemand von denen Blut-Freunden mænnlicher oder weiblicher Gebauer erschienen, wie sie sollen, so sollen Ihre F. G. der Güter verleiben etwan einer tüchtigen Persohn und die keiner Weise behalten noch ihrer Tafel zueignen,* BOEHMER *Cap. IV. §. V.* Idem consuetudine Germaniae esse introductum, docet GAILIVS *II. Obseru. CLXI. n. 4.* HARPRECHT *Resp. LVII. num. 116.* Constitutio enim Vrbani VIII. de an. 1625. quam exhibet TAMBVRINVS *de Iure Abbatum Tom. III. disp. XIV. qu. 4. num. 4. & seqq.* qua feuda, semel ad ecclesiam deuoluta, iterum infeudari prohibentur, in Germania numquam vsum habuit BOEHMER *Cap. III. §. XV.*

tur, quæ tamen ex iusta & rationali caussa possunt immutari. * Quod si tamen feuda iam fuerint incorporata, vel collatio feudi etiam a Capitulo dependeat, vel statuto Capituli fuerit cautum, vt etiam ad hæc Capituli consensus requiratur, iste omnino est necessarius. Quod si & res de nouo in feudum sit concedenda, ecclesiæ vtilitas, necessitas, præuia causæ cognitio, consensus Capituli ** requiritur. Olim etiam

* KLOCK *Tom. II. conf. CL. n. 154.* SCHRADER *de Feudis Part. II. cap. III. §. 74.* ROSENTHAL *Cap. IV. conclus. XXXVII. num. 2.* BOEHMER *Cap. III. §. X.*

** *C. Ambitiosæ Extrauag. de rebus Ecclesiæ non alienandis, Omnium rerum & bonorum Ecclesiasticorum alienationem, omneque pactum, per quod ipsorum dominium transfertur, concessionem, hypothecam, locationem & conductionem vltra triennium, nec non infeudationem vel contractum emphyteuticum, præterquam in casibus a iure permissis, ac de rebus & bonis in emphyteusin ab antiquo concedi solitis, & tum Ecclesiarum euidenti vtilitate, ac de fructibus & bonis, quæ seruando seruari non possunt, pro instantis temporis exigentia, hac perpetuo valitura constitutione præsenti fieri prohibemus.* Additur deinde, quod talis infeudatio, sine præuiis requisitis facta, nullius sit roboris & momenti, BOEHMER *Cap. III. §. XI.*

etiam Papæ consensus requirebatur, quod tamen hodie plane cessat. * Aduocatorum etiam, quibus potissimum Ecclesiæ bona curæ erant, consensus requirebatur ** olim, immo & hodie adhuc, si ecclesiæ patronatæ fuerint, patronorum. * Capituli vero consensus

M 3 in

* Dicto Capitulo dicitur, quod inconsulto Papa, fieri nequeat. Licet ipsi Pontificii testentur, huius consensum amplius non requiri BARBOSA *Iure Eccles. Part. II. cap. XXXII.* ENGEL in *Coll. Iuris Canonici ad tit. de reb. Eccles. non alien. num. 24.* VVIESENER *in dissertat. de alienat. canon. rer. Eccles. tempore. P. II. tit. VII. n. 27.* Inter Protestantes SCHILTER *ad Ius Feud. Alemannicum Cap. XXVI. §. 12.* HARPPRECHT *Resp. LVII. num. 317.* BOEHMER *Cap. III. §. 3.* Sic etiam PIRHING *Comment. in Tit. de reb. Eccles. alien. pag. 259.* dicit, dictam Extrauagantem *Ambitiosæ* in pluribus Locis vsu non esse receptam.

** Vide exempla apud ANT. MATTHAEI *de Nobilitate lib. II. cap. XXIX. pag. 503.* ita, vt quidquid citra ipsorum consensum factum, fuerit inualidum. HERTIVS *de iact. vulgo Ord. Cister. libert. sect. III. §. XVIII.*

* Patet hoc ex eo, quod ecclesiæ bona sine Patroni consensu alienari nequeant, vid. BOEHMER *Iure Eccles. lib. III. tit. XXXVIII. §. CLXII. de feudis Eccles. cap. II. §. III. X.* CRAGIVS *Iur. Feud. cap. XIII. §. 7.*

in tantum requiritur, vt si hic deficiat, irrita fit infeudatio, ** nisi consuetudo Episcopo libertatem infeudandi citra Capituli consensum concesserit, *** feuda fuerint oblata, * notoria Ecclesiæ necessitas postulauerit, ** vel res sit exigui momenti, quæ etiam Prælati iuri infeudandi relinquatur. *** Prohibentur tamen plane infeudari res Ecclesiæ subiectæ, atque bona Episcopi mensalia. ****

§. V.

** Exemplum videmus apud HVNDIVM *Metrop. Salisburg. Tom. I. pag. 110.* vbi Fridericus III. Imp. irritam facit infeudationem Duci Bauariæ, sine Capituli consensu factam.

*** BOEHMER *Cap. III.* §. *IV.*

* *Cap. I.* §. *16.*

** BOEHMER §. *VI.*

*** c. 53. c. 12. qu. 2. *terrulas aut vineolas exiguas aut Ecclesiæ minus vtiles aut longe positas paruas Episcopus sine consilio fratrum, si necessitas fuerit, distrahendi habeat potestatem.*

**** *I. F. 6. pr.* Decreuit etiam Conradus III. Imp. *vt nulli Episcoporum licitum sit, bona ad mensam pertinentia inbeneficiare vel inuadiare, quod si quis fecerit, successori suo nullum faciat Beneficii præiudicium, nec apud eum ratum iure beneficii siue pignoris teneatur* apud SCHANNAT *Vindem. Litter. Coll. II. p. 114.*

§. V.

De eo tamen adhuc dubitatur, an, Capitulum, ſede vacante, feudum poſſit concedere. Diſtinguendum hic iterum inter res infeudari ſolitas & de nouo in feudum concedendas, illas Capitulum, quod, ſede vacante, omnia Iura Epiſcopi habet, concedit, non aeque has, dum ſit innouatio, hae vero omnes, ſede vacante prohibentur.*

Capitulum ſede vacante, an poſſit infeudare.

§. VI.

Dantur etiam in terris Proteſtantium feuda minora eccleſiaſtica, quae a certis Eccleſiis dependent. Iſta pro cuiuslibet Prouinciae vel Loci conſuetudine, vel a Conſiſtorio conferuntur, vel ab Antiſtite, vel etiam a Parocho. Dantur etiam parochi, qui bona parochialia in feudum tenent. Ius Patronatus tamen

Feuda Eccleſiaſtica apud Proteſtantes *Kirchenlehn* a quo conferantur.

M 4

* Idque iam dum ex Iure antiquo, de quo CAPIT. CAROLI CALVI *tit. VII. num. 26. vt precariae & commutationes tempore viduatarum Eccleſiarum factae, ab his, qui loca Epiſcoporum occupauerant, reſcindantur, & cum auctoritate eccleſiaſtica vel ciuili denuo ſi fiendae ſunt, fiant;* Inde REGINO *lib. I. c. CCCLXII.* BVRCARDVS *lib. III. cap. LXVI.* vide Titulum Extravagantium Ioannis XXII. *ne ſede vacante aliquid innouetur*, BOEHMER *Cap. III. §. XIII.*

tamen & Iurisdictio ecclesiastica sunt feuda secularia.

§. VII.

Feuda Secularia quinam conferant.

Feuda secularia Duces, Comites & Dynastæ de terris suis & dominiis patrimonialibus libere conferunt, siue res sint iam ante infeudari solitæ, siue res de nouo in feudum conferantur. De bonis Ciuitatis, illi, penes quos est Eiusdem Regimen, caussa cognita, & decreto interueniente, feuda de nouo constituunt, licet res infeudari solitas, illi, qui regimini Ciuitatum vel Vniuersitatum præsunt, conferant.

§. VIII.

Feuda quinam possint adquirere.

Accipere & adquirere feuda possunt omnes, quibus non est interdictum rerum commercium, nulla sexus habita ratione. Olim equidem illi tantum feudorum erant capaces, qui militiæ, aliique, licet militiæ non sint capanes; successu temporis vero etiam fœminis feuda fuerunt concessa. Dicebantur isti vasalli, quod nomen ab antiqua Germanorum voce *Gwas*, quod ministrum, famulum notat, trahit originem, dum vasalli erant homines obnoxii, pro alimonia, stipendio aut mercede certa seruientes, *Guas*, *Guasſal*,

ſal, *Waſſal.* * Caue tamen, ne ſub vaſ-ſis ſemper feudorum poſſeſſores intel-
M 5 ligas,

* IOAN. SKYNNERVS Etymologico a Vade ducit, quia tales Dominis ſuis fidem obligarent. IOAN. GRYPHIANDER *de Weichbildis Saxonicis Cap. XLIX.* a *faſeln* ducit, quod eſt parce nutrire. HADRIAN. TVRNEBVS *lib. XXI. Aduerſ. cap. XV.* a vaſario ſuppellectile. Alii a firmitate, *veſt*, vel a Comitatu, quaſi Comes, *Geſell.* Male etiam GEORGIVS HICKESIVS *Theſ. Archaeol. Part. II. pag.* 100. *Vaſallus autem non eſt diminutiuum a vaſſus, ſed compoſitum a fads & Francico ſcale, miniſter; inde Latino barbare vaſallus, quaſi fads ſcallus, plane vt Mareſchallus, quaſi Mareſchalcus.* Verum, *Gwas* ſeruum addictum notare, ex Etymologicis iamdum demonſtraui in *Hiſtoria Iuris Cap. VIII. §. VII.* In Capitulari Pipini, Italiae Regis, de an. 793. *cap. XXXVI. atque ſerui, qui honorati beneficia & miniſteria tenent, vel in vaſallatio honorato ſunt.* Sic etiam CAPIT. CAROLI M. an. 823. *cap.* 24. *Vaſſi quoque & vaſalli noſtri nobis famulantes & lib. IV. Capit. cap. XXIX. vaſſi vero noſtri. Et miniſteriales*, AIMOINVS *lib. V. cap. I. ordinauit rex per totam Aquitaniam Comites, Abbates, nec non alios plurimos miniſtros, quos vaſſos vulgo vocant.* Adde FRID. A SANDE *Comm. in Geldriae & Zutphaniae Conſuet. Feud. Tract. Praelim. Cap. III. num.* 19.

ligas, dum quandoque * solos famulo
notet. Distinguebantur igitur vasall
in eos, qui in aula vel familia Regi
erant, atque aulica seruitia præstabant
plerumque *Vassi Regii* ac *Dominici* di
cti, ** & illos, qui ad custodiendo
limites atque militiam erant destinati.
Ist

* Prout THOMASIVS iamdum monuit d
Origg. Feud. §. XI. not. b.

** Horum fit mentio in ANNALIBVS BERTI
NIANIS ad annum 868. *Vasalli autem Dominic
Comitum beneficia & Comites Vasallorum be
neficia inbreuiarent.* CAPITVLARE PIPINI, Regi
Italiæ, de anno 793. cap. IV. *Episcopis, Pres
byteris, Abbatibus, vel Vassis Dominicis, se
ceteris hominibus, qui ad palatium veniunt
vel inde vadunt*, & *Capit. IV.* incerti anni apuc
BALVTZIVM *Tom. I. p. 530. cap. IX. de vassi
regalibus, vt honorem habeant, & per se aut a
nos aut ad filium nostrum caput degant.*

* Distinguuntur isti ab iis, qui adsidue sunt i
palatio. CAPIT. *lib. IV. cap. IV. de Vassis nostris
qui ad marcham nostram constituti sunt custo
diendam, aut in longinquis regionibus sua ha
bent beneficia, vel res proprias, vel etiam nobi
assidue in palatio nostro seruiunt, & ideo no
possunt assidua custodire placita, quam ob ren
volumus, vt missi nostri vel comes nobis notun
faciant, & nos faciemus, vt ad eorum placit.
veniant.* Vtrosque vero a Ducibus & Comiti

Isti vero, qui a Rege quidem dependebant, verum Officia Regni gerebant, dicebantur Officiales Imperii, *Dienst-Herren*,* quales erant Duces & Comites, qui simul de Ducatu, Comitatu & de certo officio inuestiebantur, quibus reditus Ducatus vel Comitatus loco salarii adsignabantur. **

Bene

bus distingui in *Historia Iuris pag. 694.* vberius demonstraui.

* EYBEN *El. Iur. Feud. cap. IX.* §. *X.* GLAFEY *de Ministerialibus pag. 230.*

** Dicebantur etiam *Ministri publici.* CAPITVL. LVDOVICI II. *cap. I. Si autem vnusquisque Comes & quilibet publicus minister huiusmodi malefactoribus aut assensum praebuerit.* Hinc ALBERICVS ad a. 1104. *Henricus Imperator Natale Domini Ratisbonae egit, vbi orta seditione, Sigebardus Comes a familia* PRINCIPVM, *qui* MINISTERIALES *dicuntur, eo quod Iustitiam eorum confringere diceretur, occisus est.* Eadem ratione Ministeriales & comprouinciales Stitiae in Rudolphi Habsburgici priuilegio de a. 1272. nulli alii erant ac *die Land-Herren*, apud LVDEVVIG *Reliqu. Tom. IV. p. 258.* Adde Praefationem *Tom. IV. p. 11.* In Curia Aquisgranensi a. 1222. ab Henrico VII. Romanorum decretum est: *Inuentum igitur & sententiatum est ibi, quod in iure feudali, omnis Ministerialis Feudatarius aeque iudicare possit,*

Bene tamen ab inuicem sunt disti-
guendi * *Nobiles*, qui libera possid-
bant allodia, distincti a *liberis domini*
Freyen Herren, qui dynastias possid
ba

*super feudis Nobilium & Ministerialium; e-
ceptis tamen feudis Principum. Ad hæc se-
tentiatum est ibi, quod quilibet Nobilis si-
Ministerialis feudatarius, a Domino suo iu-
feudali prima citatione ad quindenam pote-
citari*, apud BVTKENS *Trophées de Braba-
Tom. I. Opp. p. 68.* Etiam ipsa officia dic-
bantur *Ministeria.* MONACHVS VVEINGARTEN-
SIS *sub initium Historiæ de Gvelphis*, de Franc
dicit: *Domum quoque suam Regio more ord-
nabant, vt ita, quæ officia in eis, id est, min-
steria Dapiferi, Marschalci, Camerarii, Sign-
feri per Comites vel eis æquipollentes regentu-*
LVDEVVIG in *Scriptoribus Bambergensibus Tom.
I. pag. 290.* diploma Friderici Imperatoris Iu-
Bambergensium describens, adducit: *si vero a-
duo ex illis tertio dent impensas beneficium h-
bentes a Domino suo, non constringantur, n-
ad quinque ministeria, hoc est, vt aut Dapife-
sint, aut Pincernæ, aut Cubicularii, aut Ma-
schalci, aut Venatores.*

* Distinguit IO. RHODE *Chron. Bremens.*
apud LEIBNITIVM *Tom. II. pag. 265. nam tem-
pore, quo ibidem* (in Castro Langvvedel) *Ar-
chiepiscopi residere solebant cum Nobilibus Va-
sallis & Ministerialibus.*

bant* plane liberas, *vasallos*, qui prædia possidebant feudalia, & seruitia præstabant militaria, ** & *Ministeriales* proprie sic dictos, *** *Dienst-Mannen*, qui

* Tale exemplum Baronis de Krenchingen ex FELICE MALLEOLO adducit MARTINVS CRVSIVS *Annal. Svev. Part. II. lib. XI. c. vlt. fin.*

** *Vita Godehardi cap. III. Clericus noster cum militia, id est, cum vasallis aduenit.* Inde in Diplomatibus distinguuntur sæpius Nobiles, Milites & famuli, prout plures adduxi in *Historia Iuris pag. 696. Et pag. 705.*

*** Dnus de PLOENIES equidem singulari dissertatione de Ministerialibus, illos tali ratione definit, quod Ministerialis *fit seruus anomalus, seu homo proprius, qui præstitit principibus reliquisque viris nobilibus, v. gr. Comitibus & liberis Dominis vt & Ecclesiis & Cænobiis Ministeria siue militaria siue palatina.* Verum, ADAMVS FRIDERICVS GLAFEY in Commentatione Historica *de vera quondam Ministerialium indole*, plurimum contradixit, atque Ministerialium indolem in fauorem Nobilitatis immediatæ, nimium euehere fuit conatus. Idem etiam *pag. 136.* demonstrauit, Ministeriales quoque fuisse milites. Præstant vero IO. GEORGII ESTOR, Collegæ honoratissimi, *Commentarii de Ministerialibus*, quibus Appendicem, siue Specimen Obseruationum ad dictam Glafey commentationem subiunxit. Sic etiam,

qui officia præſtabant ciuilia, licet negandum non ſit, ſub voce Miniſterialis illos etiam intelligi, qui ſeruitia præſtarent militaria, ideoque promiſcui fuiſſe vſus. Iure Germanico tamen feuda diſtinguebantur in ea, quæ cum ſeruitiis militaribus, *mit Manſchafft*,* con-

dum STEPHANVS BVRGERMEISTER ſingulari libello, quem inſcripſit *Graffen-und Ritter-Saal*, Iura Nobilitatis immediatæ nimium eueheret, ipſi opponebatur *Bericht vom Adel in Teutſchland*, atque *Adeliches Ritter-Feld*, iisdemque Tractatibus materia de Miniſterialibus fuit pertractata: Singularia de miniſterialibus videmus in Conradi Lützenburgenſis diplomate de anno 1135. in ZYLLESII *defenſione Abbatiæ S. Maximini Part. III. pag. 52.* LVDEWIG *Tomo IV. Reliquiarum pag. 190.*

* IVRE FEVDALI SAXONICO *Cap. LXIII. Wilch Gut dem Manne ane ſine Mannſchafft geligen wird, daz en heizet noch ein rechten Len. alſe daz gut daz de Herre ſime Dinſtmanne libet. ane Mannſchafft zu Hoverechte ſal aber ieglich Dinſtmann geborn Truchtſeze ſin oder Schencke oder Marſchalk oder Kemerer durch die manikvalde Zweiunge ires Rechtes ſo en ſprech ich von irme rechte nicht vorbaz. Wenn unter ieglichen Biſchoffe und Abte und Abtiſchen ſegen in die Dinſtmanne ſunderliche Rechte an.* Et Cap. LXIV. *Der Man ſal ieclicher Gutes mit*

conferebantur, & illa, de quibus vasalli *ohne Mannschafft, zu Hofrecht* inuestiebantur, quæ erant feuda Palatina quæ ob officia Palatina concedebantur, & non semper cum vasallagio concedebantur. * Vocantur alias in Iure Longobardico *fideles* ** idque a fide, quam præstare tenentur domino, *clientuli*, *** *feudatarii*, **** *milites*, *****, *Homines*, ****** vel etiam

Manschafft sinen. alsi her doch, des Herren Man. Explicat hæc SCHILTERVS *in Comment. ad cap. XC. §. III. p. 362. Vox Mannschafft non infrequens in nostro iure v. g. cap. VI. dicitur de vasallo refutante solenniter, quod tergiuersante licet domino, ipsum tamen esse liberum a sua Mannschafft, i. e. obligatione vasallitica, a vasallagio. Mannschafft enim significat obligationem fidei & seruitiorum, vermannen dicitur dominus vasallum recipiens, & ad seruitia sibi obligans.*

* Vide supra *Cap. V. §. XXI.*

** *I. F. 4. 5. pr. 10. II. F. 6. 55. 107.* Licet negandum non sit, sub nomine fideles etiam subditos, famulos sæpe intelligi. Vide THOMASIVM *Origg. Feud. §. XI. not. c.*

*** *I. F. 10. 13.*

**** *I. F. 5.*

***** *I. F. 19. 21. II. F. 16.*

****** Etiam Homines Ligii. EYBEN *El. Feud. Cap. IX. §. I. seqq.* Vide DV FRESNE

etiam *Litones Militares*, * *Homologi*, *
Lehn-Leute, *vel Mannen.* ***

§. IX

Gloſſario. Inde Hominium dicitur pro homa
gio, vaſallagio.

* GERHARDVS STEDERNBVRG. *pag. 850.* d
Frederunda, Oldenburgici Comitis filia: *Omne*
quoque, quos iure hæreditatis poſſederat, litone
Feudales, Officiales noſtro Domino ſubiugauit
& quod ad huiusmodi gloriam pertinet, ſecun
dum ritum Principis, Dapiferis, Pincerni
Marſcalcis, militibus, miniſterialibus noſtram
Eccleſiam glorioſiſſime decorauit. Hinc etian
in vita Meinwerci cap. CXXII. Miniſterialis &
lito ſibi inuicem opponuntur.

** In diplomate Friderici II. Imperatori
Auſtriacæ domui anno 1245. conceſſo, apu
CVSPINIANVM *Auſtria pag. 33.* dicitur: *ſed ſ*
voluerit vnum (iudicem) *locare, poterit de va*
ſallis ſeu homologiis, & coram illo ſecundum
terminos præfixos parere poteſt, & debet iuſtiti
complemento. Homologum autem & vaſal-
lum hic eſſe Synonima, non ſolum particul
ſeu notat, ſed etiam confirmatio Priuilegiorum
Caroli V, vbi hæc ita effert: *mag er eine*
ſeiner Lehnmann ſetzen. Neque tamen cun
his homologi coloni, ſiue adſcriptitii, quorun
mentio fit in *l. vlt. C. Theod. de Patrociniis*
vicorum, erunt confundendi, prout CVIACIV
ad. IV. F. 99. vult, notante ipſum IACOB
GOTHOFREDO *ad d. l.* quin potius in priuilegi

§. IX.

Varie autem Vasalli distinguuntur. Iure Longobardico feudali tres statuuntur Ordines. * Qui enim a Principe vel

Vasallorum distinctio secundrm Ius Longobardicum.

Austriaco homologus pro homo ligius corruptum. Adde RVDOLPHVM FRIDERICVM TELGMANN *de genuina significatione vasalli, eiusque iure exinde fluente*, *Brunsuigæ 1728. 4.* quo synomina, requisita & iura vasallorum declarat.

*** IVS FEVDALE SAXONICVM, *c. II. III. IV.* ALEMANNICVM *cap. LXXV. LXXVI.* inde sæpius in litteris Inuestituræ *Unser getreuer Mann*, inde Iudicium Feudale *Mannen Gericht.* EYBEN *Elect. Feud. cap. IX. §. IV.* vel *Lehn-Mann, I. F. Sax. cap. I. belehnter Mann, cap. VI.*

* *II. F. 10.* Eadem distinctio occurrit *I. F. 15.* etiam *I. F. 17. 19.* occurrunt Capitanei, vel Valuasores, atque singulis his textibus a Ducibus & Marchionibus distinguuntur, *II. F. 53.* dicitur: *Duces, Marchiones, Comites, Capitanei, Valuasores.* Valuasorum etiam facit mentionem OTTO FRISINGENSIS *de Gestis Friderici lib. I. cap. III.* dum ait: *Robertus iste, ex mediocri stirpe in Nortmannia, ex eorum militum ordine, quos vauassores ibi dicere solent.* Quartus etiam ordo additur *plebeiorum* secundum *II. F. 10. c. Caterum.* Verum, dum de iis dicatur, quod beneficium non teneant, ad vasallos istos haut referimus. Tres etiam saltim ordi-

N

vel ab aliqua poteſtate de plebe aliqua vel plebis parte per feudum erant inueſtiti, *Capitanei* adpellabantur. Olim dicebantur *Valuaſores maiores*, quod nomen a valuis ſubortum videtur, vel *Domini plebis*, * atque erant, qui de Ducatu, Principatu, Comitatu & Dynaſtia erant inueſtiti. ** Qui vero a capitaneis

nes facit OTTO FRISINGENSIS *de Geſtis Friderici I. lib. II. cap. XII.* ſcribens: *cum tres inter eos* (Longobardos) *ordines, id eſt, Capitaneorum Valuaſorum, plebis eſſe noſcuntur*, vbi ſub plebe valuaſini intelliguntur.

* *I. F. 6.*

** *II. F. 10.* equidem diſtingui videntur Capitanei a Ducibus, Marchionibus, Comibus. Verum explicatur *I. F. 1. Dux, Marchio & Comes ſimiliter feudum dare poſſunt, qui proprie regni vel regis Capitanei dicuntur. Sunt & alii, qui ab iſtis feuda accipiunt; qui proprie regis vel regni valuaſores dicuntur, ſed hodie Capitanei dicuntur, ſeu appellantur, qui & ipſi feuda dare poſſunt. Ipſi vero, qui ab eis accipiunt feudum, minores valuaſores dicuntur.* Adde EYBEN *El. Iur. Feud. cap. IX. §. XVII. XVIII. I. F. 7.* Agit hac de re SPELMANNVS *voce Capitaneus pag. 140.* dicens: *plebi terras olim non diuidebant reges, ſed vel pagos integros vel amplas ruris portiones Capitaneis conferebant; qui acceptas itidem ſuis dispertiebantur*

neis antiquitus beneficium tenebant, *valuasores* dicebantur, siue, qui a dynastis prædia feudalia tenebant, *Nobiles* & *Landsassii*. Tertius ordo *Valuasinorum*, siue *minorum Valuasorum*,* qui a nobilibus feuda tenent & Capitaneorum sunt subuasalli. Verum hæc distinctio hodie plane cessat.

§. X.

Iure Feudali Germanico, secundum clypeos militares, *nach denen Heerschilden*, septem statuuntur gradus Nobilitatis. ** Horum primum gerit Rex Romanorum, secundum Principes Ecclesiastici, *die Pfaffen-Fürsten*, tertium Principes laici, *die Layen Fürsten*, quartum Domini liberi, *die Freyen Herren*, quintum Medioxumi, *die Mittel-Freyen*, *** sextum Ministeriales, *die Dienst-* Distinctio nobilium secundum clypeos militares.

N 2 *Man-*

clientibus. Idem *voce Feudum pag. 256.* *Exinde originem traxisse videtur, vt Frisiæ Orientalis Dynastæ dicerentur Hœftlinge, Hauptlinge*, vid. BRENNEYSEN *Ost-Fris. Historie Tom. I. lib. I. cap. IV. §. 3.*

* Dicti etiam minimi *I. F. 7. 15. 16.*

** LANDRECHT *lib. I. art. III.* IVRE FEVD. SAXONICO *cap. I.* ALEMANNICO *cap. I.* CYRIAC. SPANGENBERG *im Adel-Spiegel.* MICH. PRAVN *Adelichen Europa. Part. III. cap. II. pag. 370.* ANT. MATTHAEI *de Nobilitate.*

*** Distinguit *Semperfreyen* & *Mittel Frey-*

Mannen, septimum *die Semper-Lüte*, * qui origine quidem nobiles non erant, verum per officium quoddam Palatinum, vel feudum, quod fuerunt adepti, tales fiebant. Licet hæ saltim Nobilitatis classes essent, ninime vasallorum, dum Rex Romanorum inter vasallos reputari haud potuisset, etiam Liberi Domini saltim liberas possedissent dynastias, sine nexu tamen feudali. Ipsæ quoque Leges dubium moueant, *an die Semper-Lüte* feudorum sint capaces.

§. XI.

Distinctio Vasallorum hodierna.

Hodie vero Vasalli distinguuntur in immediatos & mediatos. Illi dicuntur, qui Imperio nostro Romano-Germanico sine medio subsunt, atque si Duces & Principes fuerint, vel Ducalis & Principalis dignitatis, ab ipso Imp. Prælati vero, Comites, Nobiles immediati, etiam

en SPEC. SVEC. *c. XLIX. c. CCXCV.* §. *2. c. CCCXVI.* §. *3.*

* Has classes explicat SCHILTERVS *in Commentario ad Cap. I. Historia Iuris Cap. VIII.* §. *X.* IO. EHRENFRIED ZSCHACKWITZ *Meditationes circa materiam de septem Clypeis militaribus.* Adde EVCH. GOTTLIEB RINCKII diss. *de clypeorum ratione habenda in feudis alienandis.*

etiam Duces & vasalli Italiæ ratione Comitatuum, dynastiarum vel feudorum minorum, a Iudicio Aulico inuestiuntur, dicti *Reichs-Vasallen*, horum feuda *Reichs-Lehn.* Alii vero sunt mediati, qui immediate quidem a Principe vel Comite inuestiuntur, mediate vero subsunt Imperio. Ab his iterum distinguuntur *subuasalli*, qui ab his vasallis immediatis feuda tenent.

§. XII.

Admittuntur igitur ad Feuda omnis conditionis homines, quibus non est interdictum rerum commercium, etiamsi ad seruitia non sint habiles, * Masculi & Fœminæ, ** etiam Iure Germanico, *** potissimum moribus hodiernis, maxime, dum per substitutum hodie seruitia præstentur. Superior etiam ab Inferiore feuda accipit. **** Quinam feudorum sunt capaces.

N 3 Nec

* *II. F. 3. c. Personam. Personam vero inuestituram accipientis non distinguimus.*

** *I. F. 8. c. Filia vero II. F. 17. 30. 104.*

*** Ius Saxonicum *cap. II.* fœminas quidem excludit : *Pfaffen, Wib, Dorffere, Kauf-Leute soln Len-Rechts darben.* Admittuntur tamen, si fœmina nobilis fuerit, Iure Saxonico *cap. III.* Alemannico *cap. III. Pfaff und die Frawe von Ritterlicher Art sind.*

**** Vid. LVDOVICI *de domino vasalli vasallo* §. *VI.*

Nec enim dignitas vel alia conditio attenditur. Inde Nobiles & Ignobiles, etiam Rustici, * & homines proprii, si

* Iure Saxonico Feudali *cap. III.* & Alemannico *cap. I.* §. 2. excluduntur ignobiles. Quod si vero dominus feudi alicui ex illis feudum conferat, is idem ius in eo adquirit, quod is, qui sextum gerit clypeum & transmittit feudum in liberos suos. Sed hi non possunt (vt Pares Curiae) sententias ferre, in quibuslibet caussis feudalibus nisi coram ipsorum domino, a quo feudum possident. Testimonia ipsorum reiiciuntur vtique in caussis feudalibus coram aliis Dominis, & in praesentia Parium, non vero coram Dominis suis. Iure Saxonico *cap. II.* ignobiles, licet de feudis fuerint inuestiti, ista tamen ad haeredes transferre nequeunt. *Welcher Herr aber dieser einen ein Guth zu Lehn leihet, von dem haben sie wohl Lehn-Recht an dem Guthe, sie erben es aber nicht auf ihre Kinder.* Immo etiam feuda non nobilia, Burgensia, & rustica, *Bürger- und Bauer-Lehn* rusticis possunt conferri, secundum *Ius Saxonicum cap. II. Ius Alemann. cap. CLI.* Obiicitur quidem constitutio Friderici II. Imp. *II. F. 27.* qua prohibetur, ne rustici arma, lanceam vel gladium portent, verum vsus armorum saltim pacis tempore cessat. Dantur etiam feuda Franca, conditionata. Hodie cessat plane haec ratio, dum etiam rustici armen-

ſi Domino inde nullum exiſtat præiu-

N 4 dici-

tur, quod ex delectu & milite Prouinciali patet, de quo IO. SAM. STRYKIVS. Talia Ruſticorum feuda, etiam maſcula in diuerſis Germaniæ prouinciis reperiuntur, vtpote in Marchionatu Brandenburgico, Franconia, Sueuia. Tales ſunt in terris Miſnenſibus, potiſſimum præfectura Dœlitſch *die Freymanns-Lehnhufen*, de quibus COCCEIVS *de eo, quod iuſtum eſt circa ruſticos, Cap. III. §. XIII.* Licet iſte eo etiam referat *die Chur-Miede-Güter* & *Hub-Güter*, quæ tamen potius feudorum ſunt adfinia. Eiusmodi feuda plebeia & ruſtica reperiuntur etiam in Ducatu Svidnicenſi & Iaurauienſi apud Sileſios, de quibns STRYK *in Differt. de Feudis Svidnic. Sect. II. cap. I. §. VI.* quæ vocantur *Kœnigliche Lehn-Güther*, quæ tamen hodie ab horum Ducatuum Capitaneo conferuntur, & qui inueſtituram impetrant, præter ſportulas ordinarias, centeſimam partem pretii, loco Laudemii, *zur Lehn-Wahr*, Regi Bohemiæ, tanquam Domino directo, nec non ipſi Capitaneo certam adhuc ſummam *die zehende Marck des Kauf-Geldes* præſtare tenentur. Sic etiam *§. VII.* docet, in iisdem Ducatibus conferri Scultetias hæreditarias, *die Erbſ. holzereyen.* Huc faciunt *Oeſterreichiſche Beutel-Lehn*, de de quibus Oeſt. Landtafel Tit. II. *welches Lehn man ungeadelten Leuten gibt* (feuda enim nobilia in Auſtria non niſi homini nobili conferuntur) *das nent man Beutel-Lehn.*

dicium,* Clerici & Laici, Paterfamilias & Filiusfamilias, minores etiam, hi tamen seruitia præstant per substitutum, & iuramentum fidelitatis differtur, vsque dum ad illud præstandum fiant habiles.** Serui etiam feuda possunt

Weil mann darvon keinen Ritterdienst erwarten kan: sondern solches Lehn mit Beutelgab oder Geld verdienet wird. LVDEWIG *Germ. Principe p. 415.* Sic etiam in Sueuia vsitata erunt bona Vitalitia, *Fall und Schupf-Lehn*, quæ sunt certum genus bonorum immobilium, quæ Dominus cum dominio vtili concedit, ad dies vitæ, vel ad certum tempus, vel post mortem, vel tempore elapso, ad dominum redeunt. Vide WOLFGANG ADAM SCHOEPFF *de bonis vitalitiis Sueuiæ.* Vasallos tamen rusticos Stylo Curiæ Saxonico saltim vocari *unsere Getreue*, dum alias vasalli salutentur *unsere liebe Getreue*, adserunt LYNCKER & SCHILTER *ad Struv. Cap. IV. §. 5.* Licet etiam in terris Electoralibus rusticos vasallos salutari *Liebe Getreue* tradat HORNIVS *Cap. V. §. XXVIII.*

* HARTM. PISTORIS *Part. I. Poster. XXXII. n. 13. pr.* Adde Responsum in FABRI *Staats-Canzelley Tom. IV. p. 412.* DARPAEVS *Praiud. Feud. III.* CARPZOV. *Part. III. Constit. XXVIII. d. VII.*

** *II. F. 36. c. Si minori.* Adde B. PARENTEM *Cap. IV. apb. XIII.* HORN *Cap. V. §. XXXI.*

funt adquirere. * Furiofi per Curatorem, Prodigi vero, muti, furdi & cœci etiam fine curatoris auctoritate, feuda adquirunt. ** Hoc tamen bene notandum, Fœminas, quantum ad feuda mafcula, Clericos, mutos, furdos, cœcos, claudos, furiofos in feudis non poffe fuccedere, quia ad feruitia funt inhabiles, alia vero ratio eft adquifitionis, cum Dominus tales inhabiles inueftiens, conceffiffe præfumitur, vt per fubftitutum præftent feruitia, nifi fiat in præiudicium agnatorum vel fimultanee inueftitorum.

§. XIII.

Eadem ratio eft cum Clericis, qui feuda equidem poffunt adquirere, non æque in iisdem fuccedere. *** Exclu- Clerici qua ratione feuda poffint adquirere.

N 5 dun-

* *II. F. 3. c. Perfonam. Nam etiam feruus inueftiri poterit, nifi ignorantia prætendatur.* VVLTEIVS *Iure Feudali IV. cap. LXXI.* HORN *Cap. V. §. XXVIII.*

** ROSENTHAL *Cap. III. concluf. VIII.* VVLTEIVS *Cap. IV. n. 11.* B. PARENS *Cap. V. §. 14.* Adde FABRI *Staats-Canzelley Tom. IV. pag. 410.*

*** *II. F. 3. c. Si Clericus 26. 30. 109.* In Silefia tamen, fi Clericus feudum velit adquirere, fpecialis R. Bohemiæ confenfus requiritur. STRYK *de Feudis Svidnic. & Iaurau. Sect. II. cap. II. §. IV.*

duntur tamen Monachi, qui nihil proprii possident, nisi ita concessum fuerit feudum, vt monasterio adquiratur, quod in dubio præsumitur, si monasterium adquisitionis sit capax, * secus si ordinis Mendicantium fuerit. ** Sic etiam feuda adquirunt, licet diuersæ religioni sint addicti, quam isti, quæ in prouincia obtinet, nisi forte annus decretorius obstet, vel per leges prouinciales ista adquisitio sit prohibita, tunc tamen secundum leges Imperii Beneficium emigrandi haut erit denegandum.***

Hæretici, Excommunicati, infames a feudorum adquisitione excluduntur.

§. XIV.

Excluduntur etiam Hæretici, **** quales sunt, qui sectæ non toleratæ sunt

* ROSENTHAL *III. concl. IV. Nou. V. c. V.* HORN *Cap. V.* §. *XXIX.*

** Licet etiam per obliquos modos Mendicantes bona adquirant. Sic Guilielmus Misnensis Marchio Syluam, quam Franciscanorum monasterio donauerat, Monialibus Seuselicensibus ea lege dedit, vt Franciscani Freibergenses eadem vterentur. MOLLER Chron. Freyberg. *Part. I. cap. XII.*

*** I. P. *art. V.* §. *XXX.*

**** Quinam in Iure Ciuili sint hæretici, declarat *l. 2.* §. *1. l. 12. C. de Hæreticis.* Adde IVSTI MEYERI *Quæstionem capitalem vtrum Protestantes Iure Cæsareo sint hæretici.*

sunt addicti, * vtpote, quibus omnium rerum commercium est interdictum.** Excommunicatis tamen, qui saltim a consortio fidelium arcentur, ideo feudorum adquisitio non est denegata *** Banniti & Proscripti Imperii, dum Iuribus, Honoribus & emolumentis in Imperio priuentur.**** Infames autem ab adquisitione & successione feudorum non remouentur, dum præscriptio equidem adficiat personam & bona, infamia solam ***** personam. Immo etiam

* I. P. *Artic. V.* §. *35. 42.* *Artic. VII.* §. *1.*

** *L. 4. C. de Hæreticis l. 4. c. de Apost.* CARPZ. *Disp. Feud. III.* §. *XLV.*

*** Excommunicatio equidem ex mente Pontificiorum æque effectus habet ciuiles, quare etiam excommunicatos excludit ROSENTHAL *Cap. III. concl. XXIII.* Verum, alia mens est Protestantium, apud quos excommunicati iuribus ciuilibus gaudent. Adde FECHTIVM de *Excommunicatione* §. *XII.*

**** SYNT. IVRIS PVBLICI *Cap. XXIV.* §. *XII.*

***** Compara MARQVARDVM FREHERVM de *Fama & existimatione.* Iure Ciuili equidem infames nec in Curia Domini stare, nec milites esse possunt, *l. 2.* §. *3. & 4. ff. de his, qui not. infam.* Verum, dum infamia adficiat sal-

iam videmus, infames de feudis ignobilibus inuestiri, vtpote excoriatores *mit der Cavillerey*, *Meisterey.* *

§. XV.

Collegia, Vniuersitates feuda adquirunt, Superiores ab inferioribus.

Personæ Morales, siue Mysticæ, quales sunt Vniuersitates & Collegia, feuda possident & constituunt prouasallum, *einen Lehntræger*, vnum vel plures, qui tanquam vasallum se gerit, inuestituræ renouationem debitis casibus petit & accipit. ** Feudum etiam a se ipso quis poterit accipere. Exemplum præbent Imperatores Austriaci, qui plurima possident Imperii Feuda, hi vero vel per Procuratorem renouationem Inuestituræ petere possunt, vel si commode hoc fieri nequeat, Reuersales Electoribus exhibent, ne vergat in præ-

tim personam, videmus etiam infames a successione non excludi ROSENTHAL *Cap. III. concl. XXIII.* SCHRADER *Part. IV. cap. III.* B. DE LYNCKER *ad Struv. c. IX. aph. I. n. 8.* HORN *Cap. V.* §. *XXXVI.* Inde etiam milites, vasallos, factos infames, feuda nihilominus retinuisse, videmus.

* SCHILTER *ad Ius Feud. Alemannicum cap. XLI.* HORN *Cap. II.* §. *XXXIII.*

** HORN *Cap. V.* §. *XXXIII.*

præiudicium. * Sic etiam inferior superiori feudum poteſt concedere, inde fit, vt domini dirigentes quandoque vaſallos ſuos vocent *Gnædige Herren*, & ſubſtitutos admittant, qui manu ſaltim ſtipulata fidem promittant. ** Exemplum præbent Electores ſeculares, qui ab Epiſcopo Bambergenſi feudum *** tenent. Rex Daniæ de terra Budtiadin-

* CAPITVL. FERDINANDI II. *art. XXIX.* FERDINANDI III. *art. XXXIII.* FERDINANDI IV. *art. XXXI.* LEOPOLDI *art. XXXI.* IOSEPHI *art. XX.* CAROLI VI. *art. X.* MÜLLER *Reichs-Tags-Theatro unter K. Maximilian Part. IV. cap. LII.* SYNTAGMA IVRIS PVBLICI *Cap. XI. §. XXXI.*

** RHETIVS *I. F. I. pag. 124. num. 2. ſeqq.* LYNCKER *cap. V. ad Struv. §. 15.* HORN *cap. V. §. XXXIII.* EYBEN *cap. XI. §. 9.*

*** SYNT. IVR. PVBL. *Cap. XVI. §. XXII.* Promittunt vero *dem Capitel und Stifft Gn. Willen zu erzeigen.* EYBEN *Elect. Iuris Feud. cap. VIII. num. 13.* Hinc Decanus & Capitulum S. Bartholomæi vocant El. Moguntinum in litteris Inueſtituræ anno 1575. *Ihren Gnædigſten Herren*, vide *Docum. XXXIII. Stolbergenſis Deductionis ratione Kœnigſtein adiectum, §. 1.* BERCHELMANN *de fide vaſall. th. III. §. 4.* Sic etiam Imperator & Rex ab inferiore feudum poteſt tenere *II. F. C.*

dingica ab Electore Brunsuicensi inuestitur.* Exinde facile patet, Statum Imperii alterius Status posse esse vasallum.** Immo, Dominus dirigens vasalli

* Litteras Inuestiturae exhibet STRYK *Exam. Iuris Feud. in Appendice num. XVIII.* LYSER *de Feudis Brunsuic. cap. I. sect. II. §. LXII.* & potissimum in epistola adiecta *n. XXII.*

** Exemplum praebent tot Germaniae Principes, qui R. Bohemiae, Archiepiscopi Moguntini, Episcopi Bambergensis, Principis Hirschfeldensis sunt vasalli, Comites VValdecciae Landgrauii Hasso - Cassellani, Principes Schwartzburgici, Comites Stolbergenses, Schoenbergii Electorum & Ducum Saxoniae sunt vasalli. Ab Electore Palatino duos magnos & potentes Duces, decem ac octo Comites immo plures dependere, dicebat Legatus Palatinus, Ludouico, Ruperti filio, Ducis Subaudiae filiam confecturus. MARQ. FREHERVS *de Electoratu S. Rom. Imp. Comit. Palatin. Rheni p. 19.* Ab Episcopo Würtzburgensi Magister Ordin. Teutonici, Hassiae Landgrauii, El. Bauariae, ratione Landgrav. Leuchtenbergensis, Principes & Comites Hennebergico-Schvvartzburgici, Comites Mansfeldici, Castellenses, Stolbergenses, Ysenburgenses, Hanouienses, Hoenloici, Glichenses, Limburgenses & Heideccenses feuda recognoscunt, KNICHEN *de Saxon. non prouoc. iure verb. Ducum c. VI. n. 8.*

vaſalli ſui poterit eſſe vaſallus. * De eo tamen diſputatur quam plurimum, an talis Status ratione fundi ſui, Domini dirigentis ſit Landſaſſius, id quod omnino adſerendum eſſe putamus, ſi feudum in Territorio concedentis ſit ſitum, dum vis & effectus Superioritatis ** Territorialis hoc ſecum ferat. Idem dicendum de Nobilibus Immediatis, qui feuda in territorio Status poſſidentes, horum fiant Landſaſſii & ſubditi.***

ſqq. HERTIVS *de Special. Rom. Germ. Imp. Rebus publ.* §. *XXXIII.* Sic Wenceslaus, Bohemiæ Rex adgnoſcit, ſe ab Alberto, Miſnenſi Epiſcopo de variis locis per ſuum Capucium fuiſſe inueſtitum, adhibitis ſolennibus aliis, in talibus conſuetis, prout diploma exhibet VVECKIVS *Chron. Dresdenſi p. 61.*

* Prout ſingulari diſſertatione docuit LVDOVICI *de domini vaſalli ſui vaſallo.*

** SYNTAGM. IVRIS PVBLICI *Cap. XXVI.* §. *LXXVIII.*

*** SYNT. IVR. PVBL. *Cap. V.* §. *V.*

CAP.

CAPVT SEPTIMVM
DE
NVPTIIS ET TVTELA FEVDALI.

§. I.

Matrimonium ad Morganaticam.

Circa vasallorum nuptias, idem equidem, quod alias Iure Ecclesiastico est statutum, obtinet, dum nec leges nec mores Feudales aliquid præscribant. Vnicum, quod Legibus Feudalibus introductum, est *Matrimonium Morganaticum*, * siue ad Legem Salicam,

* ANDR. ab ISERNIA aliique, quasi mortis caussa capionem dictum esse volunt. B. SCHENCKIVS testatur, se vidisse codicem antiquissimum, in quo *ad Morgengabicum* legitur, exinde HORNIVS *Cap. VI. §. I.* concludit, a *Morgengaba* hoc matrimonium fuisse dictum, siue matutinali dono, prout explicat GREGORIVS TVRONENSIS *lib. IX. cap. XX.* Apud MINCVCCIVM *lib. II. cap. VI.* dicitur *ad Morgicaptum*, licet locus corruptus esse videatur, cum rubrica capitis sic habeat *de filiis natis ad Morganicum contractum.* Inde patet, ab antiqua voce *Morgen* dictum fuisse contractum Morganicum. COCCEIVS in dissertatione *de Lege Morganatica sect. I. §. IV.* dicit, legem Morganaticam idem

licam * contractum ; vulgo, dum maritus

esse, quod hodie Germaniæ Inferioris vrbibus dicitur *Morgensprach*, siue Decretum in Collegiis & Conuentibus Opificum. Legem itaque Morganaticam dicit, quæ in publico conuentu ac curia edita, dum talia matrimonia in publicis conuentibus fuerint contracta. *Morgan* vero originem ducere a *Mor*, quod terra, Germanis olim *Mar* dicta, & *gan* quod communionem notet, vt idem sit, ac terra communis. Dicebantur tamen etiam placita Regis *Morgensprach*; vide SPELMANN *Glossario pag. 422.* Licet autem Morgengaba donum sit matutinum, quod altero post nuptias mane, nouæ nuptæ fieri solebat; prout in conuentu apud Andelaum; apud GREGORIVM TVRONENSEM *lib. IX. c. XX.* & BALVTZIVM *not. ad Capit. Tom. II. pag. 993.* nihilominus ab illa matrimonium hocce locum habere putauerim, dum apud Longobardos etiam sub eodem gratuita intelligatur donatio. Patet hoc ex Legibus Longobardorum *lib. II. tit. I. l. VIII. Si quis ancillam suam propriam matrimoniare voluerit sibi ad vxorem, sit ei licentia, tamen debeat eam liberam thingare, & sic facere liberam, quod est Widerboram & legitimam per garathinx, id est, per libertatis donationem, vel per gratuitam donationem, id est morgengaba; tunc intelligatur esse libera & legitima vxor, & filii,*

O

ritus finiſtram vxori præbet *zur lincken Hand.* qui ex ea nati fuerint, legitimi hæredes efficiantur. In editione Heroldi in Edicto Rotharis *Tit. LXXX.* reperitur. Idem dicitur *II. F. 29.* quod filii ſint legitimi, verum in feudo non ſuccedant. Nomen autem hocce oritur, vel ex voce *Morgage*, quæ, ſecundum STEPH. SKINNERVM *Etym. vocum Forenſium*, eſt Hypotheca Creditori ſic oppignorata, vt fructus, quos durante tempore oppignorationis producit, omnes fiant creditori, quaſi *Mortgaige*, *Pignus ſeu vadimonium mortuum.* Quandoque tamen ius Morganiticum dicitur, pro Vitalitio, Dotalitio, prout apud ALBERTVM ARGENTORATENSEM *pag. 111. ipſe Vngarus* (Andreas) *Viennam in omni parte obſedit, & ad dandam ſibi filiam Ducem* (Albertum Auſtriæ) *coegit, dans filiæ Presburg & multas alias munitiones iure morganitico* & *pag. 113. Ioannes autem Dux fratruelis Regis, quem Rex in Curia ſua cum filiis ſuis nutriuit, aſſerens, munitiones Domini de Kiburg ad ſe ſpectare, tanquam matri ſuæ per Rudolfum Regem olim morganitico iure donatum.* Hoc autem KRANTZIVS *Dania lib. VII. cap. XXXV.* & *lib. VIII. cap. XXXVI.* vocat vitalitium. Hic vero dicitur Matrimonium ad Morganaticam, quod ſola Morgengaba, tempore deſponſationis promiſſa, ſiue donatione gratuita, pro ſe & liberis ſuis contenta eſſe debeat mulier.

* COCCEIVS equidem *ſect. II. §. VII.* dicit:

Hund. Tale autem eſt Matrimonium, quod quis eo pacto cum fœmina inferioris conditionis contrahit, vt neciſta de dignitate mariti participet, nec liberi ex eadem nati ad ſucceſſionem admittantur, verum certis reditibus debeant eſſe contenti, atque Iure Feudali Longobardico eſt fundatum.*

O 2 §. II.

Lex morganatica vel ſalica eſt Lex publice ſeu in publico conuentu ac curia vel ſaal edita. Verum, licet Lege Salica de Morgengaba nihil ſit expreſſum, apud Francos tamen vſitatam fuiſſe Morgengabam, patet ex pace inter Guntramum & Childebertum Reges, in conuentu apud Andelaum anno 587. concluſa, in qua: *de ciuitatibus vero, hoc eſt, Burdegala, Lemouica, Cadurco, Benarno, & Begorra, quas Gaileſuindam Germanam Domnæ Brunichildis, tam in dote, quam in morganegiba, hoc eſt, matutinali dono, in Franciam venientem certum eſt adquiſiſſe.* Sic etiam in Lege Ripuariorum *tit. XXXVII. num. 2.* Morgengaba occurrit, vt ideo hoc ipſo innuatur, tale matrimonium apud Francos fuiſſe receptum.

* *II. F. 29.* Contradicere equidem videtur *II. F. 26. c. filii nati ex ea vxore, cum qua matrimonium tali ratione contractum eſt, ne filii ex ea nati patri ab inteſtato ſuccedant: in feudo ſuccedunt, nam quamuis ratione improbetur talis conditio, ex vſu tamen admittitur.*

§. II.

Hoc matrimonium effectibus ciuilibus destituitur.

Licet autem tale Matrimonium ad Morganaticam sit verum, & licitum, * effectibus tamen Iure Ciuili introductis destituitur, vt filii ex tali matrimonio nati, ex pacto a successione in terras & feuda Germaniæ excludantur, id

Negatiuam tamen, *in feudo non succedunt*, hic rectius legi, Glossa, Codices MSpti & Doctores docent, vide BITSCHIVM *ad h. l.* Confirmat negatiuam MINCVCCIVS *Lib. II. Tit. VII. cap. VI.* COCCEIVS tamen *de Lege Morganatica, sect. IX.* hunc textum non de Lege Morganatica, sed coniugio æquali agere contendit, vbi filii ex pacto in successione in feudo excludantur.

* Auctor equidem *des Unmasgeblichen Gutachtens über die Ehen nach Morganatischen Recht*, apud LÜNIGIVM *Staats-Consiliis Tom. II. pag. 1558.* hoc matrimonium, tanquam Iuri diuino, naturali contrarium reiicit, verum argumentis vtitur satis infirmis. Defendunt illud MYLER ab EHRENBACH *Gamologia cap. V.* HERTIVS *de Spec. Rebuspublicis §. V.* HENRIC. LINCK *de Matrimonio ad Legem Salicam contracto*, potissimum *Cap. II.* HENR. COCCEIVS *de Lege Morganatica.* GABR. SCHWEDER *de Matrimonio Morganatico.* ITTERVS *de feudis Imperii cap. XIV.* HORN *Resp. VI. §. IX.*

id quidem moribus Germaniæ continuis. * Neque tamen Principes ſaltim eiusmodi contrahunt matrimonia, ſed nobiles etiam immo & ignobiles, hi tamen, quia Legibus ſubſunt Eccleſiaſticis, cum Domini Territorii conceſſione, ** horumque ex tali matrimonio procreati filii a ſucceſſione Feudali excluduntur. Quod ſi etiam inter pares tale matrimonium cum pacto Morganatico fuerit initum, hoc inter priuatos, ſi Dominus Territorii in pactum conſenſerit, omnino valebit, dum pactum & conſenſus ſuperioris liberos a ſucceſſione excludat. ***

O 3 §. III.

* MYLER ab EHRENBACH *cit. loc.*

** Priuato quidem auſu hoc nobilibus haut licet. LYNCKER *ad Struv. cap. IX. aph. V. n. 8.* STRYK *ad Brunnemanni Ius Eccleſiaſticum lib. II. cap. XVI. pag. 588.* exemplum nobilis adducit, qui ciuici ordinis fœminam cum conſenſu Electoris ſub hoc pacto duxerat, idemque *de diſſenſu ſponſalitio Sect. V. §. LXXII.* magis adhuc declarat. Auctor dicti Conſilii *pag. 1563.* etiam exemplum Superintendentis adducit, qui tale inìuerit. Adde IO. CAR. NAEVIVM *diſſertatione ſingulari.*

*** STRYKIVS equidem *de Diſſenſu Sponſalitio Sect. V. §. LXXIII.* præiudicium adfert,

§. III.

Liberi ex matrimonio inæquali nati an in feudis illustrium succedant.

Eadem est ratio liberorum, ex matrimonio inæquali procreatorum, quod Princeps vel Comes Imperii cum Nobili vel ignobili vxore contraxit. Licet enim Dd. Iuris Ciuilis adferant, quod vxor de mariti dignitate participet, * atque

quod tale pactum inter priuatos fuerit reprobatum, verum potior ratio reprobandi erat, quod sine Domini Territorii consensu fuerit contractum. Hoc vero inter priuatos valere, decidunt HENR. LINCK *de Matrim. ad L. Salicam contracto pag. 46.* HORN *Cap. VI. §. IV.* Sic etiam in Constitutione Friderici III. Elect. Brandenburgici renouata, *von Verlœbnissen und Ehe-Sachen* §. 13. disponitur: *Nachdem auch zwischen Adel und Bürger Stands-Personen die Verlobung zuweilen Lege Salica oder sub Pacto Morganatico abgehandelt wird, so soll dasselbe hinführe anderer Gestalt, dann mit unsern darob gesuchten und erhaltenen Consens nicht verstattet und zugelassen seyn, und in dessen Verbleibung dergleichen desponsationes und matrimonia zwar bestehen, ratione conditionum adiectarum ad Morganaticam aber keinen effectum Iuris haben.*

* CARPZOV *Iurisprud. Consist. lib. II. Tit. I. def. XI.* STRYK *de dissensu Sponsalit. Sect. V. §. LXXIV. vsu moderno Pandect. lib. I. tit. IX. §. VI.* BERGER *Oeconomia Iuris lib. I. tit. II.*

atque Legibus Iustinianeis * omnis plane natalium macula sit sublata, liberos successionis paternæ capaces esse velint, excludit tamen Ius Saxonicum ** æque ac Alemanni-

 cum

pag. 64. CASPAR ZIEGLER *de Iure Maiestatis lib. I. cap. XXVIII. §. XXVIII.* ANDR. TIRAQVELLVS *de Nobilitate cap. XVIII.* CONS. MARPVRG. *Vol. III. conf. XVII. quæst. II. num. 38.* HORN *Cap. III. §. X.* VVILLENBERG *Sel. Iuris Matrim. Cap. VII.* HENR. SALMVTH *Tract. de Matrim. Principis cum virgine nobili.* Inter Dd. Iuris Publici, MYLER *Gamologia Princ. Imperii Cap. V. §. XII.* COCCEIVS *de Lege Morganatica Sect. II. §. 1. 2.* DVLSSECKER *de Matrim. Illustr. qu. II.* THOMASIVS etiam *Iurist. Hændel p. 210.* Facultatis Halensis Responsum adfert, in quo tale matrimonium fuit adprobatum, & filii successionis capaces habentur, quia diuinis legibus & ciuilibus non sit prohibitum.

* *L. 23. C. de nuptiis.*

** SAECHSISCH LEHN-RECHT *Cap. XX. Wo aber ein Sohn seinem Vater nicht ebenbürtig ist, so mœgen des Vatters Lehnmann zu Recht wohl wegern, von dem Sohne ir Gut zu empfahen, und auch so gleich ein solcher Sohn lebete, nach seines Vatters Tode, ihnen doch denen, die an des Vaters Gut Gedinge haben, nicht nemen* ibi Glossa habet. *Ebenbürtig ist nicht anders,*

cum *** filios, si non æqualis sint natiuitatis cum patre, *nicht ebenbürtig*. Exempla quoque docent, quod Principes vel Comites inæquale Matrimonium cum Ministerialis filia ineuntes, eiusdem prius confirmationem & filiorum ex eorum natorum legitimationem olim ab Imperatore petere necessum habuerint. * Immo, in plerisque Matrimoniis inæqualibus filii a successione fuerunt exclusi, ** nisi quod inter turbas belli Tri-

denn daß der Sohn seinem Vater gleich eben gebohren seyn soll.

*** SCHVVAEBISCH LEHN-RECHT *Cap. XL. Wo der Sun dem Vater nit ebenbürtig ist, da geweygernt die sins Vater worent wol sich ir Lehn von Son zu entphohende*, ibi SCHILTERVS.

* Prout exemplum Henrici illustris Misniæ Marchionis docet, qui matrimonium cum Elisabetha Maltitia a Rudolpho Habsburgico anno 1278. fecit confirmari, natus ex eadem saltim in præfectura Dresdensi successit, vid. VVECK *Chron. Dresd. fol. 159.* Idem Imp. matrimonium Reinhardi, Hanouiensis Comitis, cum Ministerialis filia anno 1273. confirmauit, prout litteras Legitimationis exhibet LÜNIG *VI. Abth. pag. 519.*

** Exempla vide in *Syntagmate Iuris Pu-*

Tricennalis ob fauorem Religionis Catholicæ, Eduardi Fortunati Marchionis Badensis filii, ex Maria ab Eicken nati, ex decreto Iudicii Aulici a. 1622. ad successionem fuerint admissi. * Sic etiam Io. Caroli, Palatini Comitis in Birckenfeld filii, qui ex Esther Maria Witzlebia progeniti, ex decreto Iudicii Aulici d. 11. Aprilis 1715. ad dignitatem & successionem paternam fuerunt admissi. ** Hoc autem certum, quod si vxor Principis vel Comitis, siue nobilis fuerit siue ignobilis, in maiorem dignitatem fuerit euecta, atque adgnati in successionem filiorum ex tali matrimonio prognatorum consenserint, tunc demum istam locum habere, prout in gente Anhaltina, lineæ Dessauiensis at-

O 5 que

blici, *cap. XXVII.* §. *XVI.* Adde LVDEVVIG *Erlæuterung der Gülldenen Bull*, *P. II. p. 1359.* Eadem in causa Meinungensi definiunt THOMASIVS *Iurist. Handel P. II. p. 116.* Adde *Gründliche Vorstellung und Deduction die Sachsen-Meinungische Landes-Erbœhungs Sache betreffend.*

* CAR. CARAFA *German. sacra restaur. pag. 127.*

** ELECTA IVRIS PVBLICI *Tom. III. p. 347.*

que Cœthenſis videmus. * Eiusmodi etiam Matrimonia in certis illuſtrium familiis pacto prohibentur, vel liberi ex eodem nati ad ſucceſſionem inhabiles declarantur. Quale pactum anno 1695. in domo Brandenburgica & Zollerana fuit erectum, idemque 30. Ianuarii 1707. confirmatum. Simile pactum anno 1607. in familia Comitum Yſenburgicorum factum. **

§. IV.

Fœminæ ſine conſenſu matrimonium ineunt.

Fœminæ Illuſtri in feudo Imperii ſuccedenti maritum eligendi poteſtas etiam ſine Imperatoris & Ordinum Imperii conſenſu competit, niſi conſuetudo aliud exigat.*** Sic etiam fœminæ in

* BECMANNVS *Anhalt. Hiſtorie Part. V. lib. III. cap. III. n. 5. 6. c. IX. §. XIV.*

** FELTMANN *de impari Matrimonio Part. I. Cap. II. pag. 53.* Improbant etiam eiusmodi matrimonia FRID. SCHENCK *Comment. ad II. F. XXIX. num. 10.* P. de ANDLO *de Imperio Rom. lib. I. cap. XI.* ANDLER *Iurisprud. Publ. & Priuat. lib. II. cap. XXX. num. 16.* SPRINGSFELD *de Apanagio cap. III. num. 306.* NICOL. BETSIVS *de Pactis Illuſtrium cap. VI. §. XXIV.* SECKENDORF *Fürſten - Staat Part. II. cap. V. num. 26.* SCHILTER *ad Ius Feud. Alemann. cap. XL.*

*** BETSIVS equidem *de Pactis Familiarum*

in Principum Territorio viuentes, matrimonium ſine Domini dirigentis conſenſu libere contrahunt. Neque tamen ideo maritus in feudum vxoris ſuccedit, niſi pacto hoc fiat, & domino con-

cap. VI. §. *152.* MYLERVS *Gamologia cap. V. num. 68.* & *de Principibus & Statibus Imperii cap. XXIV.* §. *3. 4.* negatiuam tenent. Immo Ordinum Prouincialium conſenſum requirunt, ne ipſis inuitis Princeps obtrudatur. ITTERVS *de feudis Imperii cap. XIV.* §. *XVIII.* fœminas equidem non obligat, conſultius tamen eſſe dicit, ſi Ordinum Prouincialium conſenſus adhibeatur. CONRINGIVS etiam *not. ad Lampadium P. III. cap. V. pag. 201.* adſerit: Cæſares olim haut facile permiſiſſe, vt Fœminæ ſine ipſorum conſenſu nuberent. Hinc male habebat Henricum IV. Imp. quod Beatrix ipſo inconſulto, Godefridum duxiſſet maritum. LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad a. 1055.* Verum, contrariam ſententiam praxi fundatam cum RHETIO tenet HORN *Cap. VI.* §. *XII.* Id quod etiam exempla docent recentiora Principis Culmbacenſis, Daniæ; Rheinfelſenſis, Sardiniæ Regi; Badenſis Aurelianenſi Duci, Gothanæ Walliæ Principi, Cæſare inconſulto nuptarum. In Galliæ tamen Principes atque Fœminæ illuſtres ad Regis conſenſum obligantur, de quo IO. LAVNOIVS *de Regia in matrimonium poteſtate.*

consentiente, sine præiudicio alterius, qui ius succedendi habet.*

§. V.

Quid circa Impuberes & Minores olim iuris.

Quod si etiam vasalli sint impuberes vel minorennes, tutela vel cura locum habét. Iure Longobardico equidem pupillis tempus petendæ inuestituræ non currebat.** Licet tutor, si talem habuerit pupillus, ad eandem petendam fuerit obligatus,*** ita tamen, vt iuramentum fidelitatis vsque **** ad annos pubertatis fuerit delatum. Licet alii, pupillum ad feudum recognoscendum, præstandamque fidelitatem etiam inuitum posse compelli, tradant. *****

§. IV.

Distinguuntur Gerichtsmündigkeit, Eydesmündigkeit & Lehnsmündigkeit.

Definiendum autem, quænam hic intelligatur pubertas, atque feudalis a Ciuili probe est distinguenda. Iure Longobardico equidem de annis puber-

* *I. F. 15. II. F. 15.*

** *I. F. 22.*

*** RHETIVS *ad h. l. pag. 459.*

**** *II. F. 26. c. 1. si minori,* B. PARENS *Cap. X. aph. IX. num. 2.*

***** ROSENTHAL *Cap. VI. conclus. XLI.* CARPZOV *Part. II. concl. XLV. §. XIX.* Adde ITTERVM *Cap. IX. §. XVIII.* LVDOVICI *Lehns-Procefs cap. XI. §. X.*

bertatis nihil alias eſt ſtatutum, quam quod vaſallus anno decimo quarto ætatis ad inueſtituram fiat habilis, * *Lehnsmündigkeit:* Ius Germanicum antiquum diſtinguit inter *Gerichtsmündigkeit*, ſiue pubertatem ciuilem, *Eydesmündigkeit* ad teſtimonium ferendum, & *Lehnsmündigkeit*, ſiue habilitatem ad inueſtituram feudalem. Iſta anno ætatis XXI. altera anno XIV. feudalis vero anno XIII & 6. ſeptimanis dicitur. **

§. VII.

* Sunt equidem, qui velint, decimum octauum ætatis annum *II. F. 53.* determinari maiorem ætatem. Cum tamen textus ille hanc ſaltem requirat ad neceſſitatem præſtandi iuramenti. Verum, *II. F. 55. c. præterea ſi quis* ad inueſtituram annum decimum quartum definit. Scilicet, etiam Iure Longobardico diſcrimen erat inter tutelam ciuilem & feudalem. Illa anno ætatis XVIII. erat definita, prout in LL. Longobardorum *lib. II. tit. XXIX.* videmus, hæc vero ſecundum textum noſtrum anno XIV. Ideoque Dno de LVDEVVIG plane non adſentior, qui *de ætate legitima puberum cap. IV.* textum Legis Longobardicæ etiam ad feudalem tutelam trahit, cum iſtæ Leges antiquæ Longobardicæ plane ad ſtatum ciuilem ſint directæ, ne verbum quidem de feudis habeant.

** Sic enim ciuilem & feudalem curam diſtinguit IVS SAX. FEVDALE *Cap. XXII. Kindere*

§. VII.

Quænam tutela & cura circa vasallos locum habeat.

Circa feuda olim Dominus tutor erat, qui feudi custodiam vsque ad vasalli pubertatem tenebat, * vel prouasallum con-

Jarztale ist drizen Jahr und sechs Wochen von ihrer Geburt, doch bedurfen sie ez darnach ab sie ieman beteidingen wil umbe hir Leben, dieweile sie zu ihren Tagen nicht kommen sin daz ist zu eine Jare und zu zwentigen so mutzen sie wol Vormynden nemen eines ihres Herren Man. Idem IVRE FEVDALI ALEMANNICO *Cap. LII.* dicitur, atque expletis *XIII. Jahr und 6. Wochen* dicitur *Lehnbar*. De maiori ætate vero ad iuramentum dicitur *Cap. LI. VVer ein Kind anspricht umbe Lehnrecht, das sol sin Vormund verantworten. Und get es dem Kinde zu Eide das es schweren sol. Ist es denne unter vierzehen Taren so sol es nüt schweren (als hievor gesprochen ist.) Als es über vierzehen Jare kumbt, so mag es wol Eide sweren. Wyll aber sin Vormunt, er sweret dennoch wol für es untz es kumbt zu achtzehen Taren, und das ist recht in allen Lantrechten und Lehnrechten.*

* IVRE FEVDALI SAXONICO *Cap. XXVI. Der Herr sol auch stet des Kindes Vormunde seyn an dem Gute das das Kind von ihm hat, darum, das er das Angefelle, so an das Kind stirbet zu verliehen hat, und sol die Gelder und die Nutzung aufheben bis das Kind zu*

ſtituebat, qui fructus percipiendo, *die Anfælle*, ſeruitia interea militaria præſtabat, quod tamen hodie non amplius proce-

ſeinen Jahren kœmmt. Vocabatur hoc cuſtodia feudalis, de qua THOMAS CRAGIVS *Lib. II. cap. XX. pag.* 287. *Quoties vaſallus in feudo militari decedit, ita, vt in eo feudo ſucceſſio ad eius heredem pertineat immediate, isque hæres minor & infra ætatem ſit, cuſtodia tam ipſius pupilli, quam ipſius feudi, ad dominum ſuperiorem pertinet, donec hæres ad legitimam ætatem peruenerit. Et hæc cuſtodia apud nos* (Scotos) *VVarda dicitur, apud Gallos Guardia, nam tum feudum domino aperitur ad tempus lege conſtitutum.* Et paullo poſt, Cragius eam non ad leges Malcolmi refert vel Edgari, verum ad feudorum naturam, ſcribens: *nam cum hæc vera & natiua ſit omnium feudorum conditio, vt vaſallus domino militares operas præbeat, eique in rebus omnibus gerendis conſilio & auxilio adſit, nec huic debito officio minor ſiue ſit mas ſiue fœmina poterit reſpondere, dominus interea fructus feudi ſui percipit, vt vicarium pro ſui vaſalli adhuc inidoneo hærede ſubſtituat, donec ipſe hæres ad ſeruiendum domino ſufficiat.* SCHILTER *ad Ius Feud. Alemann c. LV.* COCCEIVS *de Tutelis Illuſtr.* §. *IV.* agit de Tutela feudali. De Britannia minore ſcribit IMHOF *Geneal. Gall. p.* 21. *quoties aliquem Ducatus vaſallum mori contigit, relicto hærede*

procedit, nisi quod quilibet dominus dirigens vasallorum sit Tutor supremus.* Alias obtinet *tutela Testamentaria*, quæ nec Iure Germanico plane fuit ignota **, ad eandem non solum alii

minorenni, omnium eius bonorum feudalium dominium non tantum directum, sed etiam vtile, ad Principem veteri lege pertinebat, vsque dum hæres vicesimum ætatis annum attingerit. Id quod Dux Ioannes temperauit.

* VVESENBECIVS *Lib. I. cons. XLI. num. 52.* addit: si vasallus impubes plura feuda possideat, cuiuslibet dominum dirigentem esse tutorem.

** Sic enim *im* SCHVVABEN SPIEGEL *Cap. CCCXVII.* §. 2. dicitur, quod pater viuus adhuc filiis suis dare possit tutores. *Es mag ein Vatter bey seinem lebendigen Leib, ob er will seinen Kindern mit Recht einen Pfleger geben, wer der ist, dem er dann wohl gebrauchet, demselben befihlet er sein Kinde und ihr Guth. VVenn er denn stirbet so soll sich der Pfleger des Kindes und ihres Guths unterwinden, und mag ihm des mit Recht niemandes gewehren.* Ius Saxonicum vero nihil definit, nisi quod in Glossa Iuris Saxonici *Lib. I. art. XXIII. n. 3.* quidpiam contineatur. Tale exemplum, quod pater viuus adhuc filio constituerit tutorem, adlegat SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1009. scribens: *Dux Moselanorum Deodoritus post fra-*

alii vasalli, sed etiam extranei possunt constitui. Potissimum vero Iure Saxonico *legitima tutela* proximioris adgnati, *des nechsten Schwerdmagens* obtinet.* Licet cum Iure Iustinianeo etiam tutela Testamentaria fuerit introducta. Hæc etiam Legitima Tutela inter Saxoniæ

trem suum Alberonem dato episcopatu Metensium filio suo adhuc puero tutorem ei substituit ipsum Deodericum. Adde SCHILTERVM *Exerc. XXXVII. §. 3. 4.* SCHRADER *Part. X. sect. XIX. num. 29.* Licet circa tutelam Testamentariam adhuc dubitetur, an etiam Testamentaria locum habeat, de quo vide SYNTAGMA IVRIS PVBLICI *cap. XII. §. XXIX.*

* SPEC. SAXON. *Lib. I. art. XXIII.* WEICHBILD *Artic. XLIX.* IVS ALEMANNICVM *Cap. CCCXIII. CCCXIV.* Existimat equidem HORNIVS *Cap. VI. §. XV.* quod, tum Iure Ciuili tutela legitima ob successionis commodum adseratur, iure Saxonico vero successio non ex iure adgnationis, verum simultaneæ inuestituræ fiat, simultanee inuestitos, licet etiam sint extranei, esse tutores legitimos. Verum, dum Iure Saxonico tutela semper *dem nechsten Schwerdmagen* deferatur, nulla plane circa tutelam mentione facta *der gesambten Hand*, potius circa eandem agnationis iura esse respicienda crediderim, maxime, dum non semper ius succedendi consideretur, prout in tutela materna videmus.

niæ Principes præualet. Licet Testamentaria etiam quandoque locum inuenerit. * Deficiente vero tutela testamentaria & legitima, tutela *datiua* locum habet, quæ ad feuda a Domino dirigente conceditur. ** In familiis illustrium, quandoque etiam Nobilium,

* Compara *Syntagma Iuris Publici Cap. XXVII.* §. *XXVI.*

** SCHRADER *Tract. Feud. Part. X. sect. XIX. num. 89.* HORN *Cap. VI.* §. *XVIII. XIX.* Neque tamen hæc tutela datiua recentioris saltim est æui, quin potius media iamdum ætate cognita. Sic in constitutione Pipini, Italiæ Regis, inter Leges Longobardorum *Lib. I. tit. XLVIII. cap. I. vt vidua, & orphani, tutores habeant iuxta illorum leges, qui illos defendant, & adiuuent, vt per malorum hominum oppressionem, iustitias suas non perdant. Et si tutor illorum aliquis esse noluerit, iudex prauideat domini timentem hominem, iuxta vt lex illorum est, qui pro nostra praeceptione illorum causam peragere debeat*, BALVTZIVS *Tom. I. pag. 544.* Recentiori ætate Maximilianus II. Imp. per Rec. Spirensem a. 1570. §. *40.* se Io. Friderici II. Ducis Saxoniæ captiui filiis tutorem velle constituere promisit. Hodiernus Imp. Augustissimus per Conclusum Judicii Aulici d. XVII. Iunii 1723. defuncti Ducis Plönensis Ioachimi Ernesti filiabus, ex officio

um, obtinet *tutela gentilitia*, quæ per pacta gentilitia determinata, * licet

P 2 talis

Ducem Brunsuico-Guelferbytanum constituit tutorem. CORPVS HIST. GERM. *Per. X. S. XIII.* §. *LV.*

* Non mouet me controuersia, quæ anno 1716. in Academia Tübingensi de tutela pactitia fuit agitata, dum eam AD. FRIDERICVS CLAFEY in dissertatione epistolica *de tutela pactitia, oder Vormundschafft, so aus Zusagen entstehet*, non tam ex iure Romano, quam Germanico defendere conaretur, cui CHRISTIANVS HENRICVS HILLER *figmentum tutelæ speciei quartæ pactitiæ siue conuentionalis opposuit*, quæ talis est, quando quis patri adhuc viuo promisit, se liberorum tutelam esse suscepturum, quæ omnino ad tres priores species poterit reduci. Verum, nos illam hic notamus, quæ ex pacto gentilitio in familiis illustrium, etiam nobilium obtinet, & regulariter reliquas tres tutelæ species excludit. Exemplum talis tutelæ latet in dispositione Friderici I. Electoris Brandenburgici de anno 1437. *Wir haben auch zwischen den obgenanten unsern Sœhnen, Friderichen und Friderichen beredet und bedungen, wenn daß ihr einer stürbe oder abginge und Sœhne hinter Ihm verliese, einen oder mehr, so soll der andere unser Sohn der im Leben bleibet, Derselben Sœhne oder Sohns Herrschafft, Würdigkeit Land und Leute getreuer Vormund seyn,*

talis inter priuatos rarius reperiatur. Nec mater & auia excluduntur, idque ob affectionem singularem, ita tamen, vt SCto Velleiano * & secundis nuptiis renun-

als lang bis Sie zu ihren oder seinen Tagen achtzehen Jahr alt kommen. Idem constitutum in dispositione Achillea anno 1473. a Friderico III. Imperat. confirmata. Ideo confirmatur in dispositione Friderici Marchionis de anno 1507. atque in pacto Gerauiensi de anno 1603. decernitur; *das es mit der Bevormundung bey der dispositione Achillea sein Bewenden haben solle.* Tutela legitima igitur, quae alias in terris Brandenburgicis locum non habet, in Serenissima gente Brandenburgica ex pacto gentilitio fuit introducta. Idemque etiam in contradictoria obtinuisse IO. LEONHARD PÜHEL *de Tutelis Illustrium Cap. XIV.* vberius demonstrauit. Adde AVGVSTINI LEYSERI eruditam dissertationem *de tutela pactitia*, & IO. FRIDERICI HÖPNERI *Schediasmata duo de Tutela pactitia & de tutela naturali*, & Dnum a LVDEWIG *Opusc. III. lib. IV. diss. IV. pag. 1084.*

* Vide SYNTAGMA IVRIS PVPLICI *cit. loc.* SCHRADER *de Feudis Part. X. sect. XIX. n. 26.* ROSENTHAL *Cap. XII. concl. X. n. 21.* RINGLER *de Tutelis Illustr. Cap. I. §. VII.* TORNOVIVS *de Feudis Megapol. Sect. II. §. XL.* qui tamen tradit, hanc renuntiationem saepe omitti. MYLER *de Princip. & Stat. Imperii lib. I. cap. XXIX.*

renuncient. Licet inter personas illustres,* etiam Nobiles,** agnatus soleat adiungi. Eadem, quæ de Tutoribus sunt dicta, etiam ad curatores sunt extendenda. Vtrique vero, & tutores & curatores circa hanc tutelam legibus & obligationi ciuili subiiciuntur, nisi quod hypotheca tacita in bonis ipsorum feudalibus locum non habeat, prout infra dicendum.

§. VIII.

Quantum ad vsum hodiernum, in priuatorum maiori ætate, mores curiæ Feudalis cuiuslibet sunt considerandi, & in terris nostris Saxonicis plerumque annus decimus sextus ætatis ad maiorem **Circa maiorem ætatem priuatorum quid hodie obtineat.**

P 3 ren-

num. 10. VFFENBACH *de Iudicio Aul. c. XI. fol. 137.* STRYK *de tutela materna Principum Imperii*, vbi diuersa inter Principes æque ac priuatos adducit exempla. B. PARENTEM *Obs. cap. VI. §. I. Cons. Feud. II.* EYBEN *Electa p. 347.* Licet non desint, qui matrem inhabilem esse dicant ad tutelam feudalem, HEIGIVS *Part. II. qu. XII. num. 14.* CARPZOV *Part. II. const. XI. def. XI. n. 14. 17.* Adde B. PARENTIS *Cons. Feud. I.*

* SYNT. IVRIS PVBL. *cit. loc.*

** HEIGIVS *Part. II. qu. XII. num. 14.* CARPZOV *Lib. V. Resp. LXXX.* SCHILTER *Exercitat. XXXVII. §. LVII.*

rennitatem feudalem *zur Lehnsmündigkeit*, & præstandum iuramentum feudale, requiritur. Hoc etiam obseruatur, ante hanc ætatem tutor vel curator inuestituram petit & accipit, iuramentum etiam præstat in pupilli vel minoris animam, quod si tamen maiorennitatem feudalem pro cuiuslibet curiæ consuetudine adeptus fuerit vasallus, ipse se sistere atque vasallagium in persona præstare tenetur, * quod atteftato circa inuestituram, *dem Lehn-Schein*, inseri solet.

§. IX.

Quid circa inuestituram impuberum & minorum illustrium obtineat.

Circa personas illustres vero, olim quidem inter tutelam ciuilem & feudalem nulla erat differentia, dum etiam anno ætatis decimo quarto *die Lehns-Mündigkeit* locum haberet, ** postmodum

* *II. F. 26. c. 5.* Minori idem decernit, nisi quod tutoris iuramentum haut requiratur.

** Exemplum exhibet SCHILTERVS *ad Ius Feud. Alemann. Cap. LII.* vbi litteras inuestituræ Leopoldi Imperat. de die 21. Iulii 1610. producit, quibus Ioan. Georgium Saxoniæ Electorem & Mauritium Saxoniæ Ducem tanquam Friderici Wilhelmi tutores de Ducatu Altenburgico per modum indulti inuestit, *das obbenandte Unsere liebe Oheim, Chur-und Für-*

dum introducto Iure Iustinianeo, ad maiorem principum ætatem requisitus fuit annus ætatis XXV. nisi lege vel priuilegio alius annus fuerit definitus, prout Principes Electorales secundum A. B. Principes Bauariæ, Palatini, Brunsuicenses, Anhaltini & Hasso-Darmstadtini ab anno ætatis XVIII. ex speciali

sten Johann Georg und Moritz beeden Hertzogen zu Sachsen L. L. obbestimte Regalia und Lehn an dem Fürstenthum Sachsen-Altenburg, so viel vorbenandtes Hertzog Fridrich Wilhelms zu Sachsen Liebden daran gehabt, und besagten Ihrer L. L. minderiæhrigen Vettern angefallen, mitlerweil von Uns und dem Heyl. Reich erlaubtsweise inhaben, nutzen und genüssen sollen und mægen. Annus etiam exprimitur: *bis Dero minderiæhriger Vetter, Hertzog Fridrich Wilhelm, das vierzehende Jahr vællig erreichet haben wird, Frist und Termin gnædiglich gegeben und mitgetheilet, auch immittelst Ihren L. L. besagte Regalien und Lehn in Vormundschafft Nahmen gnædiglich gegœnnet, und erlaubet haben.* In fine additur: *auch also, das Ihr. L. L. berührte Regalia und Lehn nach Verfliesung obbestimter Zeit von Uns und dem Heil. Reich zu empfahen schuldig.* Idem etiam in causa Comitum de Fürstenberg per Responsum Facultatis Iuridicæ Argentoratensis ab eodem confirmatur.

ciali Priuilegio fiant maiorennes, vel si veniam ætatis ab Imperatore impetrauerint. * Si Impuberes atque minorennes adhuc fuerint Principes, tutores vel curatores eorum inueſtituram petunt atq; accipiunt, vaſallagium etiam per procuratorem præſtant, ** quod tamen finita tutela vel cura, non eſt repetendum, prout fit apud priuatos, neque iterata inueſtitura petenda. ***

Non

* SYNT. IVRIS PVBLICI *Cap. XXVII. §. 25.* SPRENGER *Iurisprud. Publ. pag. 427.* LVDEWIG *de ætate Puberum, Cap. IV. pag. 73.*

** CHIFLETIVS *Comment. Lothar. Cap. XI.* tradit, quod Franciſco I. Lotharingiæ Duce defuncto, cum legati Lotharingici ad Carolum V. Imp. miſſi eſſent, rogaturi, vt Carolus Dux, Franciſci Filius, adhuc pupillus, a præſtatione homagii ad tempus excuſaretur, in Conſilio decretum fuit: *quod tutores eiusdem illuſtriſſimi Caroli Ducis ſecundum morem Imperii debeant pro pupillo præſtare iuramentum & accipere inueſtituram de feudis ab Imperio dependentibus, vbi autem pupillus ad ætatem legitimam peruenerit, ipſemet renouare tenebitur.* Adde MYLERI *Ethologiam cap. III. n. 5.* ITTERVM *cap. X. §. XVIII.*

*** CAPITVL. CAROLI *Artic. XI.* Et licet Dnus KEMMERICH *de maiori Principum ætate §. XVII. & ſeqq.* contendat, Principes Ger-

Non desunt tamen exempla dilatæ vsque ad maiorem ætatem inuestituræ.*

P 5

maniæ ad hunc annum plane non esse obligatos, cum in rebus, regimen Territorii spectantibus, legibus ciuilibus ac priuatis neutiquam sint subiecti secundum I. P. *Artic. VIII.* §. *1.* Adducit etiam varia exempla, quod Germaniæ Principes ante annum XXV. facti fuerint maiorennes. Verum, ista exempla vel sunt Electorum; vel per veniæ ætatis impetrationem, dum dictus annus potius consuetudine obtineat, nisi priuilegium, vel consuetudo contraria, vel venia ætatis contrarium doceat. Idem sentit Dnus a LVDEWIG *ad A. B. art. VII. §. IV. de Puberum ætate c. II.*

* Prout inuestitura Christiani Brandenburgici Marchionis a tutore equidem petita, vsque ad maiorem Principis ætatem fuit dilata. STRYK *App. Exam. Iur. Feud. pag. 438.*

CAP.

CAPVT OCTAVVM
DE
REBVS IN FEVDVM DANDIS.

§. I.

Quænam res in feudum dari possint.

IN feudum dari possunt omnes res, quæ sunt in commercio, * potissimum vero immobiles, & quæ harum instar habentur, vtpote res incorporales. ** Excluduntur igitur res Sacræ & Religiosæ, quæ vsibus sacris sunt dicatæ, & extra commercium sunt, *** vulgo dicta bona

* *II. F. 3. c. sed etiam res, cuius alienatio prohibetur, nec per beneficium dari conceditur.*

** *II. F. 1. c. vlt. Sciendum est autem, feudum siue beneficium non nisi in rebus soli aut solo cohærentibus, aut in iis, quæ inter immobilia connumerantur (veluti cum de camera aut de cauena feudum datur,) posse consistere.*

*** *§. 8. I. de rer. diuis. l. 21. C. de SS. Ecclesiis Nou. 46. Nou. 67. c. 4.* Hinc Bambergensis Episcopus in scripto contra Albertum, Brandenburgensem Marchionem, apud THVANVM *lib. XII. p. 354. non licuisse sibi res sacras, quæ in commercio non sint, alienare.* vide IACOBVM GVTHERIVM *de Iure Manium.*

bona Ecclesiæ spiritualia. * Quod si vero tota Vniuersitas in feudum concedatur, omnia etiam bona sacra & religiosa sub eadem comprehensa insimul conceduntur, non quidem vt vasallus eorum dominio vtili vtatur, sed tanquam ipsius dominio seculari subiecta. Quibus etiam in casibus res sacræ alienari possunt, iisdem quoque in feudum dari. ** Hinc Monasteria, *** Ecclesias,

* Distinguuntur enim a quibusdam DD. bona Ecclesiæ in spiritualia & temporalia. STRYK *Part. I. consf. XVI. pag. 650. num. 58.* GEORG EVERHARD *Vol. II. consf. XVII. n. 43.*

** *c. Aurum 70. c. 12. qu. 2. l. 21. C. de SS. Eccles. Rec. Imp. Spiræ 1542. §. 42.* nempe in casu summæ necessitatis.

*** Renuit quidem Otto M. Imp. apud LVITPRANDVM *Lib. IV. cap. XV.* atque Comiti Abbatiam Laurissensem adpetenti respondit: *Nolite sanctum dare canibus. Quod, quamuis a Doctoribus spiritualibus intelligendum esse prædicetur, ego tamen satis me dare canibus sanctum censeo, si Monasteriorum prædia, quæ a religiosis viris Deo sunt militantibus tradita tulero, & seculo militantibus dedero:* WIPPO *vita Conradi pag. 432. Ernestus Dux Alemanniæ, aliquantulum Regi militans, Campidonensem Abbatiam, licet contra fas & ius esset, liberam rem nisi liberaliter seruire, in beneficium accepit a Rege.* Hinc non defuerunt Monaste-

ſias, * Altaria,** in feudum videmus conceſſa.

§. II.

ria, quæ contra infeudationes, priuilegia impetrarunt. Sic in priuilegio Innocentii III. Monaſterio Gandersheimenſi conceſſo, apud LEVCKFELD *pag. 81. vt nullus Rex habeat licentiam noſtrum Monaſterium aliquibus hominibus in beneficium dare.* In Priuilegio Hermanni Lützelburgici, Abbatiæ Corbeienſi anno 1082. conceſſo, apud LÜNIG *Specil. Eccleſ. Tom. III. pag. 88.* idem continetur.

* Sic Carolus IV. profitetur apud BROWERVM *Ann. Treuir. Tom. II. pag. 218. quod a Balduino Archiepiſcopo Treuirenſi præter alia in feudum recognoſcat ſeptuaginta duas Eccleſias matrices cum iuribus Patronatus, decimis & aliis eorum pertinentiis.* Eiusmodi exempla etiam reperiuntur in LEVCKFELDS *Antiquitatibus Walckenriedenſibus p. 148. 150.* Vide etiam du FRESNE *voce Eccleſia.* Idem tamen Concilio Romano an. 1004. fuit prohibitum, *vt plebes Eccleſiæ*, (parochiales Eccleſiæ) *nullatenus aut Comitibus, aut Epiſcoporum vaſallis aut vllis Laicis in beneficia tribuantur*, vide ZIEGLER *de dote Eccleſiæ cap. XIII. §. IX.*

** Exemplum apud LEVCKFELD *Antiquit. Walckenried.* vbi: *das VVir gelieben haben und verleiben mit Krafft dieſes Briefes dem Geſtrengen Berlde von VVerter, unſerm beſondern guten Freunde, ſeinen Erben, Vorfaren und*

§. II.

A rebus ſacris & religioſis bene diſtinguendæ ſunt res Eccleſiaſticæ, quæ in domi- Res eccleſiaſticæ quatenus in feudum dari poſſunt.

Nachkommen unſer lieben Frauen Altar. CHRONICON MONASTERII S. IOHANNIS de Vineis apud du FRESNE; *ſed poſtmodum mors, quæ intrauit in orbem terrarum, quam plurimos laicos & pſeudo-Chriſtianos in totum excæcauit, vt quidam altaria vel decimas in beneficium extorquerent.* Vide etiam MABILLONIVM *Ann. Bened. ſec. XI. pag. 201.* Hinc Clerici altaria ſæpe ex laicorum manibus extorſerunt, ZIEGLER *de dote Eccleſiæ Cap. XIII. §. XIII. ſeqq.* Alia exempla adducit AVGVST. LYSERVS *de Feudis Brunſuicenſibus Cap. II. ſect. II. num. 7.* dum dominus de Neindorf anno 1716. præter alia, inueſtiretur *mit dem Kirch-Lehn zu Groſen und Lütgen Drucksberge, zu Brunstorff, mit der Capellen und einem Altar auf dem Hauſe zu Neindorf, und dem Kirchen-Lehn zu Podelitz, zu Lütgen VVaddenſted, zu Groſen VVeddenſted, zu Bexem, zu Rüningen.* Et in litteris Dominorum de Veltheim ſuper officio Dapiferatus anno 1715. inueſtiuntur *mit der Pfarr zu VVerla und einem Altar in der Kirchen, mit alle ihrer Zubehœrung, zu Deſted mit der Pfarr und ihrer Zubehœrung, mit der Kirche zu dem Rohde und der Papenſted, mit der Lehnwaar der beyden Kirchen zu Strunsrode und zu Hardorff und derſelbigen Kirchen.*

dominio & patrimonio ſunt Eccleſiæ vel Monaſterii, vel aliorum Collegiorum ad pios vſus fundatorum. Tales enim res, dum non ad vſus ſacros, verum ad conſeruationem Eccleſiarum, ſuſtentationem perſonarum Eccleſiaſticarum, harumque vſum ſint deſtinatæ, non æque, vt aliæ res ſacræ hominum commerciis ſunt exemptæ, verum vtilitate Eccleſiæ & monaſterii ſuadente, & certis requiſitis interuenientibus,* non ſolum plene alienari, ** verum etiam

* Hæc requiſita in Wichmanni Archiepiſcopi Magdeburgenſis diplomate occurrunt, apud Dom. de LVDEVVIG *Reliqu. MStorum Tom. II. p. 353.* in quo: *domini quoque pape & noſtra auctoritate celebri largitione confirmauimus. Quin vero nec conſilio & aſſenſu primatum eccleſie noſtre, rationabiliter & iuſte facta ſunt, actionem hanc conſcribi & ſigillo noſtro inſigniri fecimus.* Sic etiam Fridericus II. Imp. Hagenouiæ conſtituit: *preterea omnia, que anteceſſor alienauerit, ſine conſilio Eccleſie, & autoritate Imperii, libera redibunt, & ſine contradictione, ad ſucceſſoris poteſtatem & ordinationem.* Idem patet ex eiusdem Imp. Diplomate, Abbatiæ Murbacenſi a. 1335. conceſſo, apud LÜNIGIVM *Contin. Spicil. Eccleſ. p. 973.*

** Hæc enim regula obtinet: quæ requiſita

etiam in feudum de nouo dari possunt. Quod si tamen debita requisita non fuerint obseruata, irrita erat infeudatio,* & si res iam fuerint infeudari solitæ, absque solennitate, ab Episcopo vel Abbate, rursus in feudum conceduntur. **

§. III.

Vocantur ista *feuda Ecclesiastica, feuda Cambocæ, die Krumstabs-Lehne*, a Cambocis, siue curuis Episcoporum atque Abbatum baculis, *** & diuersæ horum erant origines. Dum enim Reges primis temporibus bona Ecclesiæ in liberiori haberent dominio, easdem etiam vt ad necessitates publicas & militiam quidpiam conferrent, adigebant, **** ideoque laicis Ecclesias & Mo- Origo feudorum Ecclesiasticorum,

ad feudi alienationem sunt necessaria, eadem etiam ad infeudationem de nouo adhibenda. Vid. supra *Cap. VI. §. IV.*

* Constat hoc ex Friderici II. Imp. A. B. Ecclesiæ Frisingensi a. 1220. concessa, apud HVNDIVM *Metrop. Salisburgensi Tom. I. p. 110.*

** Vide supra *Cap. VI. §. IV.* Adde EYBEN *Elect. I. Feud. cap. X. §. 1. 2. 3. 4.*

*** Vide SPELMANN, du FRESNE.

**** Hæc enim ratio habetur in CAPITVL. *Lib. V. Cap. CXI.* propter imminentia bella, & persecutiones cæterarum gentium, quæ in nostro circuitu sunt.

Monasteria vel bona Ecclesiastica in feudum dabant, * vt vel eorum loco stipendia facerent, vel ecclesias sartas tectas conseruarent, ** licet Episcopi saepius

* Quare in CAPIT. *Lib. V. c. CCCXXXIII.* mentio fit laicorum, qui monasteria habent, & quibus loca haec ob aliquam necessitatem concessa sunt, in CAPIT. CAROLI CALVI *a. 877. tit. LII.* dicitur: *de ecclesiis vero quas comites & vasalli dominici habent.* REGINO *de disciplina Eccles. Lib. I. cap. XXXVI. similiter si vassi nostri aut in commune tantum accipiunt operis, quantum rerum Ecclesiasticarum habent, vel vnusquisque per se iuxta quantitatem quam ipse tenet.*

** CAPIT. CAROLI M. *de anno 801. c. XLII. praecipimus etiam Comitibus & omnibus fidelibus nostris, vt quicunque de rebus ecclesiasticis beneficia habent - - - quando necessitas exegerit, dent operas ad ipsas ecclesias restaurandas & adiutorium faciant.* Adde CAPIT. CAROLI CALVI de anno 868. *Cap. III.* Quare THOMASINVS *de disciplina Eccles. P. II. lib. III. cap. XIII. §. 5. agri erant & praedia, quibus ab Imperatore Duces, militesque donabantur, vt suo deinceps sumptu stipendia facerent.* Vbi agros & fundos ecclesiae laici vsurparant, eosque illis Princeps & ecclesia ipsa fruendos concessit, eadem conditione merendi & stipendia faciendi, ad regni & ecclesiae tuitionem, ea dici tum coepere beneficia.

sæpius de eodem conquererentur,* qui hanc concessionem vel ex constitutione Vrbani II. ** plane abolere, vel saltim sibi vindicare fuerunt conati. *** Dum autem turbulentis temporibus, Episcopi & Abbates defensione opus haberent, sæpius pro eadem, Principibus, vel Nobilibus feuda concesserunt, **** idemque sæpius ob officia Ecclesiæ præstanda, vel ob aliam vtilitatem, vel necessitatem ecclesiæ factum. Demum, vel ex superstitione, vel pro impetranda Episcoporum protectione, multi Dynastæ & nobiles bona sua libera Episcopis & Abbatibus in feudum obtulerunt. *****

§. IV.

* Varia exempla refert BOEHMERVS *de Feudis Ecclesiasticis Cap. I. §. VII. VIII.*

** Cuius mentio fit *I. F. 6. pr.*

*** Quare Carolus M. Capitulari III. inc. ann. *cap. III.* iubet: *quapropter præcipimus, vt si quis ex iure ecclesiastico hactenus nostra largitate aliquid possedit, si illa deinceps habere voluerit, ad proprios Episcopos veniat.*

**** Patet hoc ex decreto Concilii Rhemensis de anno 858. apud BALVTZIVM *Tom. II. Capit. pag. 108.*

***** Agendum de eo infra, vbi de feudis oblatis sermo erit.

§. IV.

Tituli & Decimæ in feudum dari prohibentur.

Licet autem de rebus Ecclesiæ fe
concederentur, Vrbanus II. tamen P
in Concilio Claromontano prohibu

* I. F. 6. pr. *item si episcopus, vel ab vel abbatissa, vel dominus plebis feudum d rit de rebus ecclesiarum, quæ eis subiectæ s & tituli vocantur: nullum habet vigorem cundum hoc, quod constitutum est a Papa bano in sancta synodo, hoc est, illud, quod eius decretum fuerit datum; quod autem datum fuerit, firmiter permanere debet.* I. *iuris est, si præpositus, vel abbatissa, vel alia e siastica persona, quæ antiquitus non sit solit feudum dare: scilicet, vt quod dederit, de non valeat.* Videtur innui Concilium Cla montanum sub ipso celebratum, in cuius *XX.* statuitur: *vnde & interdictum est omn laicis, ne amplius altaria vel ecclesias sibi r neant*, in feudum scilicet. In Concilio Bit censi an. 1031. *Cap. XXXI.* statuitur t se lares viri ecclesiastica beneficia, quæ *Fe presbyterales* vocant, non habeant super p byteros, vbi *Feui presbyterales* nihil aliud era quam quod alias vocamus titulos. Licet IA ab ARCEDVRA *Concl. Feud. Cap. I. concl. num. 14.* sub titulis bona mensalia intellig quem sequitur B. de LYNCKER *Resp. II.* A EYBEN *El. Iur. Feud. Cap. X. §. V.* SCHIL RVM *ad Ius Alemann. p. 202.*

ne tituli siue Ecclesiæ parochiales, quæ titulum gerunt certi sancti, cui erant destinatæ, * in feudum concedantur. Deinde

* BARONIVS quidem *Martyrologio ad* §. *26.* dicit: *idem titulus, quod memoria, seu Ecclesia dictus, quod in loco, vbi ecclesia erat, erigenda crux poneretur in titulum*, quem sequitur GRETSER *de Cruce lib. II. cap. VII.* & GONTZALETZ *ad cap. 4. de præbendis & dignitatibus.* Prouocant *ad l. 26. C. de Episcopis & Clericis,* & *l. vlt. C. Theod. de paganis*, vbi tamen potius de consecratione Ecclesiæ Christianæ per plantationem crucis, sermo est. Verum, dum teste AVGVSTINO *in Ps. XXI. & LV. & Tract. VII. in Epistolas Iohannis: tituli domibus insigniebantur, vt cuius essent, dignosceretur, idem factum de templis, vt horum portæ titulus sancti, cui esset dicata, insigeretur.* Quare STRAVCHIVS *Amœnit. Iuris Canonici Ecl. III. cap. XIV.* sic ait: *Tituli nihil aliud sunt, quam templa in memoriam sanctorum erecta, & per vrbis regiones distincta, in quibus animarum cura a Presbyteris, qui ibi commorabantur.* Docet hoc nos PRVDENTIVS *Hymno V. Peristeph. de S. Vincentio*:

Iam nunc & ossa extinxero,
ne sit sepulchrum funeris,
quod plebs gregalis excolat,
Titulumque figat martyris.

Deinde, bona Menſalia, dum nec alienari poterant, nec in feudum concedi. * Vocantur iſta etiam bona Domini-

Et hymno XII. de paſſionibus Apoſtolorum *Parte alia Titulum Pauli via ſeruat Oſtienſis.* Hinc eccleſia erat *S. Pauli*, *S. Hieronymi*, *S. Auguſtini*, & ſic porro, a nomine Sancti, cui erant deſtinatæ, ſic intitulatæ. Neque tamen omnes Eccleſiæ titulum adeptæ, ſed parochiales ſaltim. Quare *Lib. V. Capit. cap. CXXXV.* præſcribit: *vt presbyteri, qui in titulis conſecrantur, ſecundum canones, antequam ordinetur, promiſſionem ſtabilitatis loci illius faciant.* Scilicet, quod parochiam ſuam nolint relinquere. Sic IVO *decreti Part. III. c. CCLXIX.* ex concilio Nannetenſi: *vt ſi quilibet presbyterorum defunctus fuerit vicinus. Presbyter apud ſeniorem ſecularem, nulla precatione vel aliquo xenio eccleſiam illam obtineat; quia titulus per ſe conſtans ante conſtitit.* Hinc etiam Cardinales presbyteri, qui ad certam Eccleſiam parochialem ſunt deſtinati, a certo titulo nomen habent, Cardinalis tituli S. Mariæ, tituli S. Sixti, S. Praxedis, &c. Vide IOAN. DARTES *Comment. ad diſtinct. LXX.* DV FRESNE voce Titulus: Et Clerici ad certam eccleſiam deſtinati dicebantur intitulati. IVO *ep. CCLXXXV.*

* *c. 12. qu. 2. c. 18. c. 8. de reb. Eccleſ. non alien. c. 2. de feudis.* Sic etiam in Priuilegio Alexandri III. Monaſterio Lauriſhamenſi con-

minicalia, iis, quæ in feudum concedi
Q 3 solita,

ceſſo in CHRONICO LAVRISHAMENSI *p. 151. prohibemus inſuper, ne tu fili Abbas, vel alius, poſſeſſiones, decimas, oblationes, ſeu alia bona ipſius monaſterii ad menſam abbatis ſiue ad victualia fratrum, iuſtitias obedientiarum, aut ad præpoſituras pertinentia, inbeneficiare, vendere, locare, vel alio modo quolibet ſine communi fratrum conſenſu vel maioris & ſanioris partis alienare præſumat: quod ſi factum fuerit, iuribus carere ſancimus.* Adde Friderici I. Imp. præceptum Arnoldo Colonienſi de bonis Menſæ perperam in feudum conceſſis, apud SCHANNAT *Vindemiis Tom. II. p. 113.* L. B. DE LYNCKER *Reſp. II. n. 71. ſeqq. LXXX.* hoc plenius declarat, niſi præter reliqua requiſita ad alienationem bonorum eccleſiæ neceſſaria, accedat conſenſus Cæſaris aut Papæ. Licet enim titulus primum ſaltim eccleſiam parochialem notet, poſtea tamen vox hæc ad bona, quæ ad neceſſariam clericorum ſuſtentationem deſtinata fuerunt, tracta, prout *c. 4. X. de præbendis. Epiſcopus ſi aliquem ſine certo titulo, de quo neceſſaria vita percipiat, in Diaconum vel Presbyterum ordinauerit.* Eadem vox circa Epiſcoporum & Prælatorum bona menſalia locum inuenit, prout LYNCKER *cit. loc.* OCKEL *de Præſcript. Immemoriali Cap. IV. §. VIII.* ERN. PIRHING *Comm. ad Decret. Lib. I. tit. XI. ſect. I. §. IV.* BERNHARD ab ESPEN *Iure Eccleſ. Part. I. tit. II.*

ſolita, oppoſita. * Et licet Decimas Eccle-

cap. VI. vberius demonſtrarunt. Talem autem alienationem LYNCKERVS *num. 130.* inualidam eſſe dicit, vt nec per præſcriptionem immemorialem firma fieri poſſit, cui tamen contradicit ANDR. OCKELIVS *§. XXVII.* præſcriptionem immemorialem locum habere adſerens. RHETIVS vero *I. F. I. p. 280.* Eccleſiæ Prælatum de beneficiis, quæ ſunt de menſa Eccleſiæ, libere poſſe diſponere, adſerit. Vide KRESIVM *in diſſert. proœm. ad Thummermuth num. LI. & potiſſimum cognati ſuauiſſimi*, IO. ERNESTI FLOERCKII diſſ. *de origine bonorum menſæ Epiſcopalis.*

* Sic enim in diplomate Alexandri III. Conrado Salisburgenſi Epiſcopo conceſſo, apud HVNDIVM *Tom. I. pag. 49.* *Et quicunque Dominicalia Saltzburgenſis Epiſcopatus quolibet titulo a tempore bonæ memoriæ Eberhardi quondam Archiepiſcopi veſtri occupata detinent, memorato Chonrado vel nunciis eius, omni occaſione & excuſatione ceſſante, debitam obedientiam & reuerentiam impendatis, & eius ſalubribus monitis & mandatis humiliter & deuote parere curetis. Et hi, qui ex vobis conſueuerunt, & debent Archiepiſcopo fidelitatem iurare, ei fidelitatem facere non poſtponant. Et quicunque Dominicalia Saltzburgenſis Epiſcopatus quolibet titulo a tempore bonæ memoriæ Eberhardi quondam Archiepiſcopi veſtri occupata detinent, memorato Chunrado, vel nunciis*

Ecclesiarum vsibus olim solummodo dicatas, laicis concedere Iure Canonico prohibeatur,* hoc tamen postmo-

eius, omni occasione & excusatione cessante, sine difficultate restituant, & feuda, quæ de nouo sunt data, quicunque ea detineant, libera & absoluta relinquant. Sic Petrus Episcopus Patauiensis feuda, quæ Austriæ Duces ab Episcopatu possederant, in Patauiensem Ecclesiam iure pleno & collatione perpetua, transtulit, volens & statuens, vt eadem bona feudalia esse desinant, & de cæteris dominicalibus Patauiensis Ecclesiæ, cum omnibus suis vtilitatibus & vsibus, Iuribus & pertinentiis, sint coniuncta, apud HVNDIVM *Tom. I. p. 259.* Sic in diplomate Conradi I. apud SCHATENIVM *Annal. Paderborn. Lib. III. pag. 245.* occurrunt *mansi dominicales*, & in Diplomate Ottonis M. *Lib. II. p. 278.*

* *c. 15. 16. 17. 19. & vlt. de Decimis.* Hanc prohibitionem sub Alexandro III. in Concilio Lateranensi demum fuisse factam, tradit COVARRVVIAS *Lib. II. var. Resol. c. XVII. num. 5.* Verum, AVGVSTINVS BARBOSA *Iure Ecclesiastico Lib. III. cap. XXVI.* §. *3. num. 61.* iam longe hoc prohibitum fuisse tradit, idque potissimum ex ea ratione, quod desuper clamauerint Episcopi, prout B. RHENANVS *Rer. German. Lib. II. pag. 90.* scribit. Quare etiam Henricus II. Imp. in donatione, Fuldensi Abbatiæ concessa,

dum fuit immutatum. Carolus M. equidem decimas in Saxonia Regiæ menſæ reſeruaſſe dicitur, vt inde in laicorum manus venirent. * Verum, potius Epiſcopi & Abbates territoria obtinentes, decimas, tanquam viliores, laicis pro defenſione conceſſerunt.

apud BROWERVM *pag. 252.* dicit: *Deo collata patrimonia & decimationes Eccleſiarum, laicorum manibus tradita polluuntur.* Et in diplomate Conradi II. *p. 264.* *Liceat Abbati decimas ſibi auctoritate Apoſtolica conceſſas accipere, nec laicis earum beneficium præſtare.* Add. ALTESERRA *de Orig. Feud. Cap. V.* HORN *Cap. VII.* §. *III. IV.*

* GOBEL. PERSONA *Cosmodrom. æt. VI. cap. XXXVIII.* *Et licet decimæ de Iure diuino ſpectare noſcantur ad ſacerdotes, Carolus tamen Magnus decimas in his partibus menſæ Regis reſeruauit. Et inde eſt, quod laici in partibus iſtis decimas obtineant. Et quia nondum omnes Saxones fidem Chriſtianam ſuſceperunt, non erat tutum adhuc, in locis prædicatis Epiſcopos ordinare.* Sequitur RHETIVS *Inſtit. Iur. Publ. lib. II. tit. II.* §. *LXXXV.* & IO. GRYPHIANDER *de Weichbildis Cap. XXX. n. 13.* quos tamen MEINDERS *de Origine Decimarum in veteri Weſtphalia pag. 449.* ſatis confutauit. Maxime, dum Carolus M. decimas Eccleſiis dare, ſæpius inculcet.

runt. * Licet poſtmodum Epiſcopi Romani decimas laicis ſubducere ſæpius tentauerint. In Conuentione inter Henricum V. Imp. & Paſchalem II. Romæ an. 1110. inita, decernebatur, Epiſcopos decimis & oblationibus contentos eſſe debere. ** Sub Friderico I. Imp. Vrbanus Papa decimas repetebat, cauſſam etiam in Comitiis Gelnhuſenſibus an. 1186. proponebat Imperator, verum, ad antiquam poſſeſſionem prouocabatur, *** vt

Q 5 plures

* KRANTZIVS *Metrop. Lib. I. c. II.* Hinc etiam ALBERTVS STADENSIS *anno* 1066. de feudis Bremenſibus dicit: *nam & curtes Epiſcopii, & decimæ Eccleſiarum omnes ceſſerunt in vſum laicorum.*

** DODECHINVS *ad annum 1110.* CORPVS HIST. GERM. *Per. VI. S. IV. §. IV.*

*** ARNOLDVS LVBECENSIS *Lib. III. c. XVIII.* hoc negotium deſcribit, atque Imp. ita inducit loquentem: *Compertum forte habetis, quantis aduerſitatibus impetar a Domino Papa, iniuſtum eſſe, aliquam laicam perſonam decimas poſſidere, quas manifeſte dominus his, qui altari deſeruiunt, deputauerit. Scimus autem decimas & oblationes Sacerdotibus & Leuitis primitus deputatas, ſed, cum tempore Chriſtianitatis ab aduerſariis infeſtarentur Eccleſiæ, easdem decimas Præpotentes & Nobiles*

plures decimæ adhuc ſint in laicorum manibus.*

§. V.

Cuius naturæ & indolis ſint feuda Eccleſiaſtica.

De eo tamen adhuc diſputatur, cuius naturæ atque indolis ſint feuda Eccleſiaſtica. Referri iſta vtplurimum ſolent ad feuda impropria, eo quod eſſe ſoleant oblata, in quibus circa oblationem meliores conditiones ſtipulati fuerunt offerentes, ideoque etiam ſeruitia militaria deſunt in quampluri-mis.** Inde etiam Feuda Eccleſiaſtica ple-

viri ab Eccleſiis in Beneficio ſtabili acceperunt, vt ipſi Defenſores Eccleſiarum fierent, quæ per ſe obtinere non valerent. Adde LEHMANNVM *Chron. Spir. Lib. V. cap. LXVII.* KRANTZIVM *Saxonia Lib. VI. cap. LII.*

* Hinc in Bulla Pii II. de anno 1459. inter DOCVM. VVÜRTENB. *pag.* 188. diſtinguitur in decimas laicas & eccleſiaſticas. Adde EYBEN *Elect. Feud. cap. X. §. V. VI.*

** Demonſtrauit illud BOEHMERVS *de feudis Eccleſiaſticis cap. IV. §. IX. ſeqq.* atque illud exemplis feudorum Fuldenſium, Colonienſium, Hirſchfeldenſium, Monaſterienſium, Oſnabrügenſium, Treuirenſium, Metenſium, Coruefienſium, Traiectenſium, declarat. Adde FRID. a SANDE *Tit. III. cap. I. §. VII.* De natura Feudorum Epiſcopatus Herbipolenſis in Franconia, idem teſtatur LVDOLFF *Symphor. Conſult.*

plerumque esse solent fœminea, nisi inuestitura facta *zu rechten Mann-Lehn*, prout in Archiepiscopatu Coloniensi * & Abbatia Fuldensi talia feuda repe-

VIII. p. 191. De feudis Coloniensibus id plenius deduxit VVERN. THVMMERMVTH in *Votiua relatione Compromissi Feudalis*, *Krumbstab schleust niemand aus.* De Fuldensibus COCCEIVS & potissimum IO. FRID. SCHANNAT in Tractatu *de Curia Feudali Fuldensi.* Licet THVMMERMVTHO responsum fuerit singulari scripto *Cœllnischer Krumbstab schleust die Weiber aus 1686.* Aliud scriptum in contrarium exhibet LÜNIG *Scriptis Selectis p. 387.* Vtraque scripta CAROLVM PAVLVM ZIMMERMANNVM, antea Cancellarium Hildesiensem, postmodum consiliarium aulicum adgnoscunt auctorem. Hinc, dum melioris plerumque conditionis esse soleant vasalli, ac subditi Ecclesiasticorum exortum fuit prouerbium: *Unter dem Krumbstab ist gut wohnen*, item *mit St. Peter ist gut handeln*, quod singulari dissertatione illustrauit IOAN. PAVLVS KRESSIVS. Qui tamen dissert. prælim. ad Thummermuth §. *LXI. LXII.* vberius demonstrauit, dari in dictis Episcopatibus & Abbatiis etiam feuda mascula, & §. *LXIII.* declarat, in aliis Episcopatibus, Franconicis potissimum, & Suenico plura dari feuda mascula.

* Patet hoc ex transactione inter Ferdinan-

reperiuntur, * quæ omnino ad ſolos maſculos deuoluuntur, & maſcula manent, ** licet ex pacto, vel ſingulari gratia ad fœminas poſſint deuolui.

§. VI.

Quid iuris circa feuda Eccleſiaſtica.

Circa feuda Eccleſiaſtica vero, præter conſuetudines cuiuslibet Epiſcopatus vel Abbatiæ, obtinet in ſubſidium etiam Ius Longobardicum, *** atque Con-

dum Colonienſem Electorem & vaſallos ipſius a. 1659. inita, ſupra p. 126. Adde LÜNIGIVM *Corpore Iuris Feud. Tom. I. p. 402.* KETTNERIVM *Antiquit. Quedlinburg. pag. 163.* Apud HVNDIVM *Metrop. Salisburg. Tom. II. p. 202.* Friderici II. Imp. Priuilegium exhibetur, in quo: *vbi tandem ex Principum ſententia Domino fauente, comperimus, quod Eccleſia Pontificalis in Ratisbona, & Eccleſia S. Hemmerami, quæ pariter vno eodemque conditionis iure fungi noſcuntur, haredibus fœminei ſexus nunquam beneficium de iure concedere deberet.*

* Patet hoc ex atteſtato Curiæ Feudalis apud BOEHMERVM *Cap. IV. §. VIII. daß Fuldiſche Lehn ſo nicht zu Mannlehn gelieben.*

** Vide ſupra *Cap. IV. §. XIII.* BOEHMER *Cap. I. §. IX.*

*** Olim quidem de eodem plurimum diſputabatur, de quo ROSENTHAL *Cap. I. concluſ. IX. lit. c. in not.* atque ratio dubitandi ex eo ſuborta, quod eccleſiam & clericos non li-

Constitutiones Imperatoriæ, ita tamen, vt Iuri Canonico * etiam ſit locus, prout potiſſimum videmus in alienationibus.

§. VII.

Vulgo ad feuda Eccleſiaſtica ſolent referri *Pfarr-Lehn*, quæ in triplici ſunt differentia, vel enim ſub eodem intelligitur Ius Patronatus, quod tamen feudum eſt ſeculare, ** vel certa bona, quæ parochis vel clericis, ſuſtentationis cauſſa, loco ſalarii conceduntur, quæ tamen vel allodialia ſunt, vel etiam, ſi *Pfarrlehn quid ſit.*

gari legibus ciuilibus Pontificii velint. Ideoque diſtinguunt, an clericus a laico teneat, tunc omnino locum habeat ius commune, ſecus, ſi laicus ab Eccleſia, prout THVMMERMVTH *pag. 26. num. 12.* iuris communis vſum plane excludit, dum e contrario SCHRADER *de Feudis Part. I. qu. II.* leges Longobardicas obligare eccleſiam generatim dicat. Certiora tradit BOEHMER *Cap. II. §. XII. & Cap. IV. §. VI. ſeqq.*

* Extat in Decretalibus ſingularis titulus de feudis.

** Iure Canonico equidem Ius Patronatus rebus Spiritualibus accenſetur, *c. 3. X. de Iudiciis*, adde CARPZOV *Iurisprud. Conſiſt. Lib. I. def. XIII.* FINCKELTHAVS *de Iure Patronatus Cap. VIII.* Verum, BOEHMER *Cap. I. §. VII.* non ſine ratione contradicit.

ſi ex feudo ſeculari conceduntur, ſecularia, & potius Eccleſiaſticorum ſunt, quam Eccleſiaſtica. Alia ſunt, quæ de bonis Eccleſiæ conceduntur, *Kirchen-Lehn*, *Altar-Lehn*, quæ naturam habent feudorum Eccleſiaſticorum. Licet bona Eccleſiæ in Emphyteuſin potius concedantur, quam feudum.*

§. VIII.

Res communes, publicæ & vniuerſitatis, qua ratione in feudum posſint concedi.

Res communes, quæ alias ſunt nullius, quarum vſus tamen omnibus & ſingulis patet, vtpote aer, lumen, mare, aqua profluens, ventus ** in commercio non ſunt, ideoque in feudum concedi nequeunt, niſi emolumenta exinde capiantur, quæ tanquam res incorporales aque in feudum poſſunt concedi. *** Idem dicendum de *rebus publicis*, quæ equidem in nullius priuati ſunt patrimonio, verum ad certum populum, gentem vel rempublicam ſpectant, vtpote flumina, viæ publicæ, quæ æque concedi nequeunt, iurisdictio tamen

* NAEVII *Prieſterrecht Cap. V.* §. *XXVI.* *pag. 281.* HORN *Cap. III.* §. *XIV.*

** §. *I. de Rer. diuiſ. l. 51. ff. de contrah. empt.*

*** Vtpote, ſi quis inueſtiatur cum Iure legendi margaritas, ſuccinum, *mit einer Schiff-oder Wind-Mühle.*

men in vtrisque, ius piſcandi in flumine, riuo, lacu, molendinum, ſæpius in feudum conceditur. *Vniuerſitatis* etiam *res* cum eiusdem conſenſu recte in feudum conceduntur, prout ſubinde vaſallos de iure paſcendi in paſcuis publicis, ligna cædendi in ſyluis publicis inueſtiri videmus. *

§. IX.

Bona domanialia quatenus in feudum poſſint concedi.

Aliæ tamen res ſunt iure Gentium publicæ, alia bona Imperii propria. Hæc iterum diuerſi ſunt generis, vel enim ad ærarium & fiſcum Imperii atque reditus ciuitatis publicos ſunt deſtinata, vel ſunt peculiaria Imperii, Principum, Comitum vel dynaſtarum, ad ipſorum vſum & ſuſtentationem ab antiquo deſtinata, quæ vulgo vocari ſolent *bona domanialia*, *die Domain- und Cammer-Güter.*** Iſta nonniſi conſenſu totius Imperii, Regni vel Reipublicæ atque in reip. ſalutem in feudum poſſunt concedi, dum aliter alienari nequeant. Hæc vero, niſi pacta cum Statibus obſtent, in regnis & prouinciis, quæ ſunt in patrimonio imperantium, niſi

* B. PARENS *Cap. VI. aph. V.* HORN *Cap. VII. §. V. VI.*

** Siue, prout apud PROCOPIVM vocantur, *lib. I. p. 155. regalis domus prædia.*

nisi fideicommisso sint subiecta, libere in feudum conceduntur. * Eadem est ratio, si domanialia consistant in bonis Allodialibus, & Patrimonialibus, secus si consistant in terris feudalibus, tunc in feudum æque possunt concedi, vt subfeuda fiant Imperii, ad quæ tamen successor particularis non obligatur. ** Sic etiam res Vniuersitatis vtpote *Gemeine Güter*, *Gemeine Trifften* & similia, a bonis Reipublicæ propriis sunt distinguendæ. Ista, non nisi in salutem Reipublicæ cum consensu Vniuersitatis in feudum possunt concedi.

§. X.

Quædam bona Legibus alienari & infeudari prohibentur.

Sic etiam quædam bona, licet sint in commercio, legibus alienari prohibentur, vtpote *fundus dotalis*, *** dum maritus eiusdem non habeat dominium naturale, nisi hoc fiat cum vxoris consensu

* Vide tit. C. *de vendendis rebus ciuit.*

** GEORG HENR. BRÜCKNER *de Domaniis Regni Germanici cap. X. §. XIV. XV.* RINGLER *de Domaniis Germaniæ lib. II. c. X. lib. III. §. XXIV.* STRYK *Vol. II. Diss. pag. 525.* COCCEIVS *Conf. XV.* ERN. IMMAN. TENTZEL *de Domaniis Principum inalienabilibus §. XXIII.*

*** *pr. I. quib. alienare licet vel non l. 1. §. 1. l. 4. de fundo dotali.* Adde HORNII *differt. de fundo dotali.*

ſenſu, interueniente Curatoris auctoritate, vel ſi fundus æſtimato, venditionis cauſſa in feudum fuerit datus, vel alias alienationi obnoxius. Hinc res per teſtatorem alienari prohibitæ vel fideicommiſſo ſubiectæ, in feudum dari nequeunt. * Concedi etiam debet res propria, quod ſi tamen res aliena in feudum fuerit conceſſa, concedens tenetur vaſallo, ſi ignorauerit rem eſſe alienam, de euictione, ita, vt vel aliud feudum eiusdem bonitatis, vel nummos in feudum aliud erogandos præſtet. ** Requiritur tamen, vt vaſallus interpellatus

* KNIPSCHILD *de fideicomm. fam. Nobil. cap. VI. num. 332.*

** *II. F. 8. 25. ſi in eo iudicio vaſallus fuerit victus, de re aliena inueſtitum fuiſſe, vt dominus vaſallo eiusdem æſtimationis, quod erat tempore rei iudicatæ, feudum reſtituat, vel nummos in feudum dandos numeret. II. F. 80. 86. 89.* B. PARENS *Cap. VI. aph. IX.* Obſtare equidem videtur, quod feudum ſit beneficium atque donatio *II. F. 23.* ad rei donatæ euictionem autem donator non tenetur, *l. 2. C. de Euict. l. 18. §. vltim. de Donat.* Verum, non ſolum feuda quandoque titulo oneroſo conceduntur, ſed etiam vaſallus per contractum feudalem obligatur ad fidem, inueſtituram & ſeruitia.

latus dominum vocauerit, siue ipsi litem denuntiauerit, atque vt res per sententiam iudicio fuerit euicta. Ad præstationem tamen eius, quod interest, Ius Feudale dominum non adstringit, ne beneficium collatum ipsi fiat onerosum,* nisi titulo oneroso ex emto fuerit adquisitum. Tunc etiam ad interesse dominus obligabitur. Nec ratione feudi oblati dominus ad euictionem tenetur, quia id saltim dedit, quod a vasallo accepit. Nec domino vasallus tenetur, quia per modum donationis res allodialis in feudum fuit data.**

§. XI.

Vniuersitates & Territoria in feudum conceduntur.

Conferuntur etiam in feudum *Vniuersitates*, siue integra *Territoria*, non solum immediata, quæ vna cum Regalibus, iure Territorii & Superioritatis, *mit allen Regalien, Herrlichkeiten, Hohen Landes-Obrigkeiten, Ehre, Würde, Freyheiten, Gerechtigkeiten und Eingehœrungen* *** ab Imp. conferri solent, sed etiam

* MODEST. PISTOR *Vol. I. cap. V. n. 26. Vol. II. cap. XLVI. n. 75.*

** HORN *Cap. VII. §. IX.* LYNCKER, SCHILTER *ad Struv. Cap. VI. §. I. n. 5.*

*** Neque tamen omnes Status cum Superioritate Territoriali inuestiuntur, sed illa

etiam a Statibus iterum Feuda vexillaria *Fahnen-Lehn*,* Territoria, Comitatus, Dynastiæ in feudum conferri solent, quæ vocantur *Territoria subinfeudata*, quæ vel ratione iuris sunt immediata, & possessores, saluo tamen dominio directo, omnibus Iuribus Imperii & Territorii gaudent,** vel etiam Iuri Land-
R 2 sassia-

libero vsu fuit adquisita, per pacem Westphalicam *art. VII.* §. *I.* & Capitulationes Leopoldinam, Iosephinam *art. III.* Carolinam *art. I.* confirmata, licet in recentioribus Inuestituræ litteris plerumque adiiciatur *mit aller Regalischen Landes - Fürstlichen Obrigkeit.* Status tamen, qui terras allodiales tenent immediatas, & Ciuitates Imperiales, Superioritatem Iure allodiali possident. Immo Iura Belli, Pacis, Legationum, Fœderum, Imperii Status Iure Gentium obtinent. Adde *Synt. Iur. Publ. Cap. XXVI.* §. *LXXXI.*

* Sic Fridericus II. Imp. per litteras anno 1216. Vlrico Passauiensi confert feudum vexilli, vulgo *Vanlehn*, quod Ludouicus Palatinus Imp. resignauerat, hoc modo, vt illud dicto Ludouico titulo legalis successionis iterum conferat, apud LÜNIGIVM *Spicil. Eccles. Part. II. pag. 781.*

** Sic Electores Seculares ab Episcopo Bambergensi de certis terris inuestiuntur, in quibus tamen omnia Imperii Iura exercent. Duces

ſaſſiatus ſubſunt, & ſaltim tanquam mediata conſiderantur.*

§. XII.

Quid ſub pertinentiis Feudalibus intelligatur.

Sæpius tamen nobiles cum prædiis & caſtris, cum variis Iuribus, emolumen-

Saxoniæ feuda Bohemiæ poſſident, atque in Comitatu Hennebergico feuda Herbipolenſia & Fuldenſia, in quibus tamen plenum ius Territorii exercent. Sereniſſimi Duces Brunſuico-Lüneburgenſes de ciuitate Helmſtadienſi inueſtiuntur ab Abbate Werthinenſi, de præfecturis Collingen, Lutter, Weſthoff ab Epiſcopo Hildeſienſi. El. Saxoniæ ab Abbatiſſa Quedlinburgenſi de Hoym & Rosla. HILLIGER *de vaſallo ſibi propria auctoritate ius dicente* §. *XXIII.* Sic etiam quædam feuda ab Abbatia Quedlinburgenſi tenent, vide AVG. LYSERI *Diſſert. de Feudis Brunſuic. & Lüneburg Regalibus Cap. I. Part. II.* §. *76. ſeqq.* Plura exempla refert KNICHEN *de Sax. non prouoc. Iure Cap. VI.* §. *4.* atque vberius de eodem egit GEORG HENRICVS BRÜCKNER *de particulari Territorio ſubinfeudato von der Affterverlehnten Landes Herrlichkeit.* GRIBNERVS *de Territorio ſubordinato.* LVDEVVIG *de primo foro ſubfeudorum Imperii cap. II.*

* Tali ratione Saxoniæ Electoris feuda ſunt Comitatus Beuchlingen, Dynaſtiæ Ranis, Oppurg, Tautenburg. Ducum Saxoniæ Comitatus Kæfernburg, Dynaſtia Plauen, Dynaſtia

mentis & pertinentis *mit allen Ein- und Zubehœrungen* inueſtiuntur. Subinde fit, vt caſtrum alium dominium adgnoſcat, alium bona feudalia. Quod ſi tamen quis cum Caſtro vel Pago fuerit inueſtitus, non ſtatim ipſi conceſſa fuit iurisdictio, niſi hoc in litteris inueſtituræ exprimatur, quod omnino procedit in bonis de nouo in feudum conceſſis vel feudis oblatis. Quod ſi tamen feudum antiquum vel alias infeudari ſolitum, cui alias annexa eſt iurisdictio, cum omnibus pertinentiis in alium transferatur, omnia translata eſſe iudicantur, quæ feudo alias inhærent.* Sub pertinentiis enim intelliguntur omnia, quæ vel lege vel conſuetudine loci vel deſtinatione domini & vaſalli feudo fuerunt innexa, quæ priſtinis temporibus in litteris feudalibus exprimi ſolebant. ** Quod ſi vero de iis-

Farnrode, Ordruf, quæ tamen ſingulæ Iuri Landſaſſiatus ſubſunt.

* ROSENTHAL *Cap. V. Concl. VI.* B. PARENS *Cap. VI. aphor. X.*

** De litteris Inueſtituræ Statuum Imperii dixi in SYNT. IVR. PVBL. *Cap. XXVI. §. XVI.* Quo faciunt Conradi II. Imp. litteræ Inueſtituræ, Hugoni de Chranichberg a. 1142. conceſſæ, apud Dnum de LVDEWIG Reliqu.

dem sit controuersia, & vasallus est in possessione, pro se habet præsumptionem secus probare debet, res illas, quas petit, esse pertinentias. *

§. XIII.

Feudales non funt res allodiales feudo nexæ

Quod si etiam vasallus feudo iunxerit res quasdam allodiales, istæ feudales non fiunt, nisi vasallus tales vt feudales a domino recognouerit. ** Secus est

Tom. IV. p. 242. quibus dicitur: *cum omnibus vtilitatibus ad idem prædium pertinentibus, libertatibus, iudicio, vinculo, patibulo in medio Danubii vsque ad medietatem fluminis litaba: id est, cum insulis, agris, pratis, pascuis, piscationibus, venationibus molendinis, quæsitis & inquirendis, exitibus & reditibus.*

* KNICHEN *de sublimi Territorii Iure Cap. I. num. 226. de Vestit. Paction. Part. II. cap. IV.* HARTMANN PISTORIS *Part. II. quæst. XLII. §. IX.* BESOLDVS *V. Cons. CCXII. n. 2.* THVMMERMVTH *Fund. Par. Cur. V. n. 373. seqq.* GOEDDEVS *Volum. IV. Conf. Marp. XXXVII.* TORNOVIVS *de Feudis Megapol. cap. V.* GOTFRID. LVDOV. MENCKENII *Differt. de Probatione Pertinentiarum Feudalium.* GABR. SCHWEDER *de Clausula Inuestituræ feudalis cum pertinentiis*, Tract. *de Allodiis Imperii cap. IV. §. XXIII.*

** KNICHEN *de Vestit. Paction. P. II. c. IV. n. 23. seqq.* LYNCKER Differt. *de Bonorum Al-*

eſt in Principatibus & Comitatibus Germaniæ, quibus multæ terræ allodiales ſunt intermixtæ. Hæ vero ratione ſucceſſionis, feudorum inſtar habentur, atque ad ſolos hæredes feudales moribus Germaniæ deuoluuntur, vsque dum extincta plane familia Ducali vel Comitum, ſeparatio Allodialium terrarum a Feudalibus procedat, prout circa terras Limburgenſes fuit factum,* niſi aliud quid in pactis ſucceſſoriis fuerit definitum, prout in confraternitate Saxo-Haſſiaca videmus.

§. XIV.

Præter prædia, omnes res immobiles in feudum poſſunt concedi, vtpote agri cum fructibus pendentibus ** *Lehn-Aecker,* *** prata, *Lehn-Wieſen,* Vi- Omnes res immobiles in feudum poſſunt concedi.

R 4 neæ

lod. in feudalia incorporatione. CAROLVS OTTO RECHENBERG *de Incorporatione Allodii in feudum Regale.*

* SYNTAG. IVR. PVBL. *Cap. VII. §. VIII.* prout SCHILTER *ad Struv. p. 90.* Comitatus Saynenſis exemplum adducit.

** *arg. l. 44. ff. de R. V.* ROSENTHAL *Cap. IV. concl. II.* KNICHEN *de Veſtit. Pact. Part. II. cap. II. num. 6.*

*** Sic Comites Mansfeldici inueſtiuntur ab Imp. *mit denen Gerichten und Dærffern Quenſtadt und Helffte, dem Schultheiſſen-Ambt*

si ex feudo seculari conceduntur, sec
laria, & potius Ecclesiasticorum su
quam Ecclesiastica. Alia sunt, quæ
bonis Ecclesiæ conceduntur, *Kirch*
Lehn, *Altar-Lehn*, quæ naturam habe
feudorum Ecclesiasticorum. Licet bo
Ecclesiæ in Emphyteusin potius conc
dantur, quam feudum.*

§. VIII.

Res communes, publicæ & vniuersitatis, qua ratione in feudum possint concedi.

Res communes, quæ alias sunt nulli
quarum vsus tamen omnibus & sing
lis patet, vtpote aer, lumen, mare, aq
profluens, ventus ** in commercio n
sunt, ideoque in feudum concedi n
queunt, nisi emolumenta exinde c
piantur, quæ tanquam res incorpor
les aque in feudum possunt conced
*** Idem dicendum de *rebus publici*
quæ equidem in nullius priuati sun
patrimonio, verum ad certum popu
lum, gentem vel rempublicam sp
ctant, vtpote flumina, viæ publicæ, qu
æque concedi nequeunt, iurisdictio ta
me

* NAEVII *Priesterrecht Cap. V.* §. *XXV.* *pag. 281.* HORN *Cap. III.* §. *XIV.*

** §. *I. de Rer. diuis. l. 51.* ϖ. *de contrah* *empt.*

*** Vtpote, si quis inuestiatur cum Iure le gendi margaritas, succinum, *mit einer Schiff-oder* *Wind-Mühle.*

men in vtrisque, ius piſcandi in flumine, riuo, lacu, molendinum, ſæpius in feudum conceditur. *Vniuerſitatis* etiam *res* cum eiusdem conſenſu recte in feudum conceduntur, prout ſubinde vaſallos de iure paſcendi in paſcuis publicis, ligna cædendi in ſyluis publicis inueſtiri videmus. *

§. IX.

Bona domanialia quatenus in feudum poſſint concedi.

Aliæ tamen res ſunt iure Gentium publicæ, alia bona Imperii propria. Hæc iterum diuerſi ſunt generis, vel enim ad ærarium & fiſcum Imperii atque reditus ciuitatis publicos ſunt deſtinata, vel ſunt peculiaria Imperii, Principum, Comitum vel dynaſtarum, ad ipſorum vſum & ſuſtentationem ab antiquo deſtinata, quæ vulgo vocari ſolent *bona domanialia*, *die Domain- und Cammer-Güter.*** Iſta nonniſi conſenſu totius Imperii, Regni vel Reipublicæ atque in reip. ſalutem in feudum poſſunt concedi, dum aliter alienari nequeant. Hæc vero, niſi pacta cum Statibus obſtent, in regnis & prouinciis, quæ ſunt in patrimonio imperantium, niſi

* B. PARENS *Cap. VI. aph. V.* HORN *Cap. VII. §. V. VI.*

** Siue, prout apud PROCOPIVM vocantur, *lib. I. p. 155. regalis domus prædia.*

nisi fideicommisso sint subiecta, libere in feudum conceduntur. * Eadem est ratio, si domanialia consistant in bonis Allodialibus, & Patrimonialibus, secus si consistant in terris feudalibus, tunc in feudum æque possunt concedi, vt subfeuda fiant Imperii, ad quæ tamen successor particularis non obligatur. ** Sic etiam res Vniuersitatis vtpote *Gemeine Güter, Gemeine Trifften* & similia, a bonis Reipublicæ propriis sunt distinguendæ. Ista, non nisi in salutem Reipublicæ cum consensu Vniuersitatis in feudum possunt concedi.

§. X.

Quædam bona Legibus alienari & infeudari prohibentur.

Sic etiam quædam bona, licet sint in commercio, legibus alienari prohibentur, vtpote *fundus dotalis*, *** dum maritus eiusdem non habeat dominium naturale, nisi hoc fiat cum vxoris consensu

* Vide tit. C. *de vendendis rebus ciuit.*

** GEORG HENR. BRÜCKNER *de Domaniis Regni Germanici cap. X.* §. *XIV. XV.* RINGLER *de Domaniis Germaniæ lib. II. c. X. lib. III.* §. *XXIV.* STRYK *Vol. II. Differt. pag. 525.* COCCEIVS *Conf. XV.* ERN. IMMAN. TENTZEL *de Domaniis Principum inalienabilibus* §. *XXIII.*

*** *pr. I. quib. alienare licet vel non l. 1.* §. *1. l. 4. de fundo dotali.* Adde HORNII *differt. de fundo dotali.*

ſenſu, interueniente Curatoris auctoritate, vel ſi fundus æſtimato, venditionis cauſſa in feudum fuerit datus, vel alias alienationi obnoxius. Hinc res per teſtatorem alienari prohibitæ vel fideicommiſſo ſubiectæ, in feudum dari nequeunt. * Concedi etiam debet res propria, quod ſi tamen res aliena in feudum fuerit conceſſa, concedens tenetur vaſallo, ſi ignorauerit rem eſſe alienam, de euictione, ita, vt vel aliud feudum eiusdem bonitatis, vel nummos in feudum aliud erogandos præſtet. ** Requiritur tamen, vt vaſallus interpellatus

* KNIPSCHILD *de fideicomm. fam. Nobil. cap. VI. num. 332.*

** *II. F. 8. 25. ſi in eo iudicio vaſallus fuerit victus, de re aliena inueſtitum fuiſſe, vt dominus vaſallo eiusdem æſtimationis, quod erat tempore rei iudicatæ, feudum reſtituat, vel nummos in feudum dandos numeret. II. F. 80. 86. 89.* B. PARENS *Cap. VI. aph. IX.* Obſtare equidem videtur, quod feudum ſit beneficium atque donatio *II. F. 23.* ad rei donatæ euictionem autem donator non tenetur, *l. 2. C. de Euict. l. 18. §. vltim. de Donat.* Verum, non ſolum feuda quandoque titulo oneroſo conceduntur, ſed etiam vaſallus per contractum feudalem obligatur ad fidem, inueſtituram & ſeruitia.

latus dominum vocauerit, siue ipsi litem denuntiauerit, atque vt res per sententiam iudicio fuerit euicta. Ad præstationem tamen eius, quod interest, Ius Feudale dominum non adstringit, ne beneficium collatum ipsi fiat onerosum,* nisi titulo oneroso ex emto fuerit adquisitum. Tunc etiam ad interesse dominus obligabitur. Nec ratione feudi oblati dominus ad euictionem tenetur, quia id saltim dedit, quod a vasallo accepit. Nec domino vasallus tenetur, quia per modum donationis res allodialis in feudum fuit data.**

§. XI.

Vniuersitates & Territoria in feudum conceduntur.

Conferuntur etiam in feudum *Vniuersitates*, siue integra *Territoria*, non solum immediata, quæ vna cum Regalibus, iure Territorii & Superioritatis, *mit allen Regalien, Herrlichkeiten, Hohen Landes-Obrigkeiten, Ehre, Würde, Freyheiten, Gerechtigkeiten und Eingehœrungen* *** ab Imp. conferri solent, sed etiam

* MODEST. PISTOR *Vol. I. cap. V. n. 26. Vol. II. cap. XLVI. n. 75.*

** HORN *Cap. VII. §. IX.* LYNCKER, SCHILTER *ad Struv. Cap. VI. §. I. n. 5.*

*** Neque tamen omnes Status cum Superioritate Territoriali inuestiuntur, sed illa

etiam a Statibus iterum Feuda vexillaria *Fahnen-Lehn*, * Territoria, Comitatus, Dynastiæ in feudum conferri solent, quæ vocantur *Territoria subinfeudata*, quæ vel ratione iuris sunt immediata, & possessores, saluo tamen dominio directo, omnibus Iuribus Imperii & Territorii gaudent, ** vel etiam Iuri Land-

libero vsu fuit adquisita, per pacem Westphalicam *art. VII.* §. *I.* & Capitulationes Leopoldinam, Iosephinam *art. III.* Carolinam *art. I.* confirmata, licet in recentioribus Inuestituræ litteris plerumque adiiciatur *mit aller Regalischen Landes - Fürstlichen Obrigkeit.* Status tamen, qui terras allodiales tenent immediatas, & Ciuitates Imperiales, Superioritatem Iure allodiali possident. Immo Iura Belli, Pacis, Legationum, Fœderum, Imperii Status Iure Gentium obtinent. Adde *Synt. Iur. Publ. Cap. XXVI.* §. *LXXXI.*

* Sic Fridericus II. Imp. per litteras anno 1216. Vlrico Passauiensi confert feudum vexilli, vulgo *Vanlehn*, quod Ludouicus Palatinus Imp. resignauerat, hoc modo, vt illud dicto Ludouico titulo legalis successionis iterum conferat, apud LÜNIGIVM *Spicil. Eccles. Part. II. pag. 781.*

** Sic Electores Seculares ab Episcopo Bambergensi de certis terris inuestiuntur, in quibus tamen omnia Imperii Iura exerceant. Duces

fassiatus subsunt, & saltim tanquam mediata considerantur.*

§. XII.

Quid sub pertinentiis Feudalibus intelligatur.

Sæpius tamen nobiles cum prædiis & castris, cum variis Iuribus, emolumen-

Saxoniæ feuda Bohemiæ possident, atque in Comitatu Hennebergico feuda Herbipolensia & Fuldensia, in quibus tamen plenum ius Territorii exercent. Serenissimi Duces Brunsuico-Lüneburgenses de ciuitate Helmstadiensi inuestiuntur ab Abbate Werthinensi, de præfecturis Collingen, Lutter, Westhoff ab Episcopo Hildesiensi. El. Saxoniæ ab Abbatissa Quedlinburgensi de Hoym & Rosla. HILLIGER *de vasallo sibi propria auctoritate ius dicente* §. *XXIII.* Sic etiam quædam feuda ab Abbatia Quedlinburgensi tenent, vide AVG. LYSERI *Dissert. de Feudis Brunsuic. & Lüneburg Regalibus Cap. I. Part. II.* §. *76. seqq.* Plura exempla refert KNICHEN *de Sax. non prouoc. Iure Cap. VI.* §. *4.* atque vberius de eodem egit GEORG HENRICVS BRÜCKNER *de particulari Territorio subinfeudato von der Affterverlehnten Landes Herrlichkeit.* GRIBNERVS *de Territorio subordinato.* LVDEVVIG *de primo foro subfeudorum Imperii cap. II.*

* Tali ratione Saxoniæ Electoris feuda sunt Comitatus Beuchlingen, Dynastiæ Ranis, Oppurg, Tautenburg. Ducum Saxoniæ Comitatus Kæfernburg, Dynastia Plauen, Dynastia

mentis & pertinentis *mit allen Ein- und Zubehœrungen* inueſtiuntur. Subinde fit, vt caſtrum alium dominium adgnoſcat, alium bona feudalia. Quod ſi tamen quis cum Caſtro vel Pago fuerit inueſtitus, non ſtatim ipſi conceſſa fuit iurisdictio, niſi hoc in litteris inueſtituræ exprimatur, quod omnino procedit in bonis de nouo in feudum conceſſis vel feudis oblatis. Quod ſi tamen feudum antiquum vel alias infeudari ſolitum, cui alias annexa eſt iurisdictio, cum omnibus pertinentiis in alium transferatur, omnia translata eſſe iudicantur, quæ feudo alias inhærent. * Sub pertinentiis enim intelliguntur omnia, quæ vel lege vel conſuetudine loci vel deſtinatione domini & vaſalli feudo fuerunt innexa, quæ priſtinis temporibus in litteris feudalibus exprimi ſolebant. ** Quod ſi vero de iis-

 dem

Farnrode, Ordruf, quæ tamen ſingulæ Iuri Landſaſſiatus ſubſunt.

* ROSENTHAL *Cap. V. Concl. VI.* B. PARENS *Cap. VI. aphor. X.*

** De litteris Inueſtituræ Statuum Imperii dixi in SYNT. IVR. PVBL. *Cap. XXVI. §. XVI.* Quo faciunt Conradi II. Imp. litteræ Inueſtituræ, Hugoni de Chranichberg a. 1142. conceſſæ, apud Dnum de LVDEWIG Reliqu.

dem sit controuersia, & vasallus est in possessione, pro se habet præsumptionem secus probare debet, res illas, quas petit, esse pertinentias. *

§. XIII.

Feudales non funtres allodiales feudo nexæ

Quod si etiam vasallus feudo iunxerit res quasdam allodiales, istæ feudales non fiunt, nisi vasallus tales vt feudales a domino recognouerit. ** Secus est

Tom. IV. p. 242. quibus dicitur: *cum omnibus vtilitatibus ad idem prædium pertinentibus, libertatibus, iudicio, vinculo, patibulo in medio Danubii vsque ad medietatem fluminis litabæ: id est, cum insulis, agris, pratis, pascuis, piscationibus, venationibus molendinis, quæsitis & inquirendis, exitibus & reditibus.*

* KNICHEN *de sublimi Territorii Iure Cap. I. num. 226. de Vestit. Paction. Part. II. cap. IV.* HARTMANN PISTORIS *Part. II. quæst. XLII. §. IX.* BESOLDVS *V. Conf. CCXII. n. 2.* THVMMERMVTH *Fund. Par. Cur. V. n. 373. seqq.* GOEDDEVS *Volum. IV. Conf. Marp. XXXVII.* TORNOVIVS *de Feudis Megapol. cap. V.* GOTFRID. LVDOV. MENCKENII *Differt. de Probatione Pertinentiarum Feudalium.* GABR. SCHWEDER *de Clausula Inuestituræ feudalis cum pertinentiis*, Tract. *de Allodiis Imperii cap. IV. §. XXIII.*

** KNICHEN *de Vestit. Paction. P. II. c. IV. n. 23. seqq.* LYNCKER Differt. *de Bonorum Al-*

eſt in Principatibus & Comitatibus Germaniæ, quibus multæ terræ allodiales ſunt intermixtæ. Hæ vero ratione ſucceſſionis, feudorum inſtar habentur, atque ad ſolos hæredes feudales moribus Germaniæ deuoluuntur, vsque dum extincta plane familia Ducali vel Comitum, ſeparatio Allodialium terrarum a Feudalibus procedat, prout circa terras Limburgenſes fuit factum,* niſi aliud quid in pactis ſucceſſoriis fuerit definitum, prout in confraternitate Saxo-Haſſiaca videmus.

§. XIV.

Præter prædia, omnes res immobiles in feudum poſſunt concedi, vtpote agri cum fructibus pendentibus ** *Lehn-Aecker*, *** prata, *Lehn-Wieſen*, Vi- Omnes res immobiles in feudum poſſunt concedi.

R 4 neæ

lod. in feudalia incorporatione. CAROLVS OTTO RSCHENBERG *de Incorporatione Allodii in feudum Regale.*

* SYNTAG. IVR. PVBL. *Cap. VII. §. VIII.* prout SCHILTER *ad Struv. p. 90.* Comitatus Saynenſis exemplum adducit.

** *arg. l. 44. ff. de R. V.* ROSENTHAL *Cap. IV. concl. II.* KNICHEN *de Veſtit. Pact. Part. II. cap. II. num. 6.*

*** Sic Comites Mansfeldici inueſtiuntur ab Imp. *mit denen Gerichten und Dœrffern Quenſtadt und Helffte, dem Schultheiſſen-Ambt*

neæ, *Lehn - Weinberge*, Syluæ, ſub quibus tamen ſaltim ſylua cædua, ſiue ius Foreſtale intelligitur, * Molendina, ſiue naualia, *Schiff-Mühlen*, ** *Fluß und Bach-Mühlen*,

zu Hedersleben, zwælff Huffen im Felde zu Kloſchwitz, item der Silbernen Münze Groſchen und Pfennig zu ſchlagen, und den Zællen, Glaith und Wildbahn, ſo ferne Ihre Graffſchafft reichet. Sic Domini de VVerther, ratione *des Erb-Cammer-Thürhüter-Ambts*, inueſtiuntur, *mit acht freyen Mænnern im Dorffe Schwerdſtadt geſeſſen, und drey Hufen Landes daſelbſt zwey Acker Gærten und neun Acker VViesen*, prout tabulas inueſtituræ de anno 1698. exhibet HORN *App. pag. 29.*

* Sylua enim in feudum conceſſa, non ſtatim ius venandi conceſſum, quod ſpecialem requirit conceſſionem, SCHRADER *Part. III. cap. IV. n. 47.* de quo infra pluribus.

** Non deſunt equidem, qui eiusmodi molendina ad res mobiles volunt referri, eo quod innitantur ædificio mobili, vtpote ROSENTHAL *Cap. IV. concl. 4. num. 2.* niſi ſint bannalia, *Zwang Mühlen*, quem ſequitur VVLTEIVS *de feudis cap. V. num. 5.* CARPZOV *Part. III. cap. XXIV. n. 51.* ea inter res mobiles refert, ita tamen vt feudum in iis æque poſſit conſiſtere. Verum, rectius ea inter immobilia referunt HERING *de Molendinis qu. VIII. n. 16.* FINCKELTHAVS *Diſp. Feud. III. controu. XX.* B.

Mühlen, siue pneumatica *Wind-Mühlen* fuerint, Domus, *Lehn-Hæuser*, * aliaque eiusmodi immobilia recte in feudum conceduntur.

§. XV.

Sic etiam in feudum conferri possunt res per fictionem Iuris pro immobilibus habitæ, vtpote res corporales mobiles vel incorporales. Res corporalis mobilis pro re immobili habetur illa, quæ ad rem quandam immobilem pertinet, & ab ea separari nequit, atque tanquam accessorium sequitur suum Principale. Hinc vna cum ipso feudo animalia atque instrumenta, quæ ad fundi instructionem pertinent, recte in feudum conceduntur.** Sic etiam cum castro machinæ & tormenta bellica, *Geschütz*, *Artiglerie*, quæ ad castri faci- unt

Res corporales mobiles, tanquam accessoria in feudum conceduntur.

R 5

PARENS *Cap. VI, num. 6.* & *Conf. Feud. X, pag. 138.* ex ea potissimum ratione, quod molendinorum naualium vsus plane nullus sit, nisi funibus aliisque mediis firmiter terræ adligentur, *wenn sie nicht an Brücken, Pfæhle oder Ancker auf dem Wasser fest gemacht werden.*

* Quales in nostris Thüringiæ oppidis, Vinariæ, Gothæ, Rudelstadti, Arnstadti, aliisque reperiuntur.

** ROSENTHAL *Cap. IV. concl. IV. num. vlt.* B. PARENS *Cap. VI. aph. XII.*

unt defensionem, ad hæredes feudales spectant. Quod si vero vasallus ipse post feudum concessum, tales comparauerit, transeunt istæ ad hæredes allodiales. * Sic etiam in feudum conceduntur personæ, siue potius ius in personas, prout principes inuestiuntur, *mit Land, Leuthen, Unterthanen, Lehn und Vasallen, mit der Mannschafft*, siue cum** Vasallis.

§. XVI.

In Ducatibus & Comitatibus Germaniæ qua ratione succedatur.

In Ducatibus & Comitatibus Germaniæ succedunt Hæredes Feudales, vel vbi introductum est, Primogenitus, non solum in Territorio, siue Feudale sit, siue allodiale, sed etiam in reliquis, quæ vel ad Territorium spectant, vel Principalem dignitatem, accessoriis. Spectant huc, præter Territorium, Palatia, subditi, Machinæ & Instrumenta Bellica, *Artiglerie, & Munition*, Æraria & Viuaria, *Magatzinen*, Ornamenta Ducalia vel Comitum, Cimeli-

* Prout Principes Anhaltini anno 1423. inuestiti fuerunt ab Abbatissa Gernodensi *mit der Erbmannschafft*, SAGITTARIUS *Hist. Princip. Anhalt. Cap. XI. §. IV.*

** ROSENTHAL *cit. loc.* KNICHEN *de Vestit. Pact. part. II. cap. IV. num. 8.* B. PARENS *cit. loc.*

meliarchia, Bibliothecæ & omnis adparatus publicus. * Ita tamen, vt Bibliothecæ priuatæ *Hand-Bibliothequen*, & quidquid sibi ad priuatos vsus comparauit Dux vel Comes, ipsius dispositioni & succeſſioni allodiali relinquatur. Circa milites lectos quandoque fuit disputatum, an isti ad succeſſores feudorum Regalium spectent, an vero ad succeſſores allodiales. Distinguendum omnino putauerim, an legiones vel cohortes militum ex Collectis Prouincialibus, ad defensionem Prouinciæ, præsidium castrorum *zur Besatzung*, militem Imperii *zum Reichs-Contingent* fuerint lectæ, an vero Princeps vel Comes Imperii Legiones, cohortes ex Cameræ suæ prouentibus legerit. Isti omni-

* Exprimuntur etiam in pacto Confraternitatis Saxonicæ de anno 1614. *Churfürstenthum, Fürstenthum und Herrschafft, Leben, Angefallen, Anwartungen und Pfandschafften, mit Landen, und Leuthen, Erben, Eigen, Kleinodien, Schulden und Geschütz, und zugehærigen Artillerie, &c.* Idem in domo Brandenburgica dispositum per dispositionem Achilleam de anno 1473. & pactum gentilitium Gerauiense de anno 1603. Adde COCCEIVM *Iurisprud. Publ. Cap. XXVII. §. 20. 21.* Immo, in feudis minoribus locum habes, vt machinæ, quæ

omnino ad hæredes feudales ſpectabunt, hi vero, dum ſunt in commercio, ad hæredes allodiales.*

§. XVII.

Meliorationes feudi. Supereſt de Meliorationibus feudi controuerſia. Quod ſi enim Princeps vel Comes Imperii ex prouentibus Cameræ ſuæ inſignes procurauerit acceſſiones atque incrementa, ipſi omnino tanquam adquirenti liberum erit de iisdem diſponere, ideoque nec hæredes allo-

ad muniendum caſtrum ſunt comparatæ, ſucceſſoribus feudi debeantur. ROSENTHAL *Cap. IV. concl. XLVII. num. 15.* B. PARENS *Obſeru. ad cap. XV. num. 8.* Tract. *de Allodiis Imperii Cap. IV.* §. *XXIX.* PFEFFINGER *lib. III. Tit. XX. Tom. IV. p. 188.*

* Per Receſſum Imperii nouiſſimum ʃ. 180. ſubditi obligantur ad collectas prouinciales pro milite præſidiario. Dnus de LVDOLPH equidem *de iure Fœminarum illuſtrium* §. *II. Cap. I.* §. *XVI.* dicit: *mirum ſane poſtulatum, fœminas a territorio excluſas hæredes copiarum fieri velle.* Verum, ſequitur potius STRYKIVM *de Iure allodiali Cap. IV. num. 55.* dum eiusmodi legiones ſint in commercio, ex Principis patrimonio lectæ. Quare Bernhardus Dux Saxoniæ Sereniſſimis Fratribus legiones ſuas legauit. *Vide Tract. de Allodiis Imperii cap. IV.* §. *XXXI. XXXII.*

allodiales erunt excludendi. Dum enim adgnati vel primi adquirentes ex Iure ſimultaneæ inueſtituræ in Principatu ſuccedant, nihil aliud prætendere poſſunt, quam id, quod per inueſtituram eſt collatum, & id, quod Princeps adquiſiuit, priuato ipſius patrimonio ſit adſcribendum, * niſi pacta obſtent ſucceſſoria.

§. XVIII.

* Patet hoc ex *II. F. 28.* Et licet de Iure Saxonico ædificia fundo feudali inhæreant LANDRECHT *II. art. XXI.* idemque *Conſtitut. Elect. Part. III. cap. I.* repetitum, ipſe tamen CARPZOVIVS *def. 3.* hoc ad alias meliorationes extendi haut debere adſerit, quæ omnino ſint allodiales; idemque adſerunt SCHRADER *de feudis Part. X. ſect. XVIII. num. 127.* MENOCHIVS *Lib. VII. conſ. DCLXXXIX. num. 16.* FICHARDVS *Vol. I. conſ. V. n. 2.* ROSENTHAL *Cap. X. concl. XLIII. num. 174.* HARTM. PISTORIS *Lib. II. qu. XLII. num. 22.* MEVIVS *Conſ. LII. num. 146.* TORNOV *de feudis Megap. p. 316.* STRYK *cit. loc. num. 58.* HORN *Iurisprud. Feud. cap. XXI. num. 4.* SCHOPPIVS *de Allodiis cap. V.* PETR. GVDELINVS *de Feudis Part. II. cap. V.* THVMMERMVTH *Fund. II. num. 179.* HARPRECHT *Conſ. VIII.* Idem videmus diſpoſitum in domo Brandenburgica. Sic enim in diſpoſitione Achillea de anno 1472. *Was Sie aber zu den Landen bringen, oder das Ihnen*

Alia ab his ſunt Regalia, * de quibus Principes ac Status Imperii etiam vaſallos ſuos inueſtiunt. Huc ſpectat potiſſimum Iurisdictio, quæ vna cum feudis, nec cumulatiue nec priuatiue conceditur, ſed ſubordinate, ** ita, vt vaſallus

ſsione Iurium Maieſtaticorum hanc diſtinctionem non admittat.

* Varie diſtingui ſolent Regalia in *maiora* & *minora*, vel, quod idem eſt, in *permanentia* & *transeuntia*. Illa dicuntur, quæ Principum ſunt propria, nec aliis concedi ſolita, vtpote Iura Superioritatis; hæc vero de quibus etiam vaſalli prouinciales inueſtiuntur, vtpote ius Minerarum, Foreſtale, venandi, & eiusmodi, vide IO. THEOD. SCHEFFERVM *de Regalibus*. Verum, dum I. P. Monaſterienſis §. *LXXIV*. Regalia & Superioritatem diſtinguat, rectius etiam nos diſtinguimus. Iſta ſunt Iuris feudalis, de quibus iamdudum Satus Imperii inueſtiti fuerunt ab Imperatoribus, de quibus etiam Status vaſallos ſuos ſolent inueſtire; hæc ſunt Iuris Publici, a Statibus ſenſim adquiſita. Adde *Syntagma Iuris Publici Cap. XXII.* §. *XLIII*. Quænam vero ſint Regalia, deſcribitur in conſtitutione Friderici I. *II. F. 56.*

** FRANTZK. *Lib. I. reſol. XVI.* B. PARENS *Cap. VI. aph. XVIII. num. 5. 6.* B. de LYNCKER *Vol. I. Reſp. XLVII. num. 1. LV. n. 96.* BERLICH *Part. I. concluſ. II.* CARPZOV *Lib. I. Reſp. XI.*

ſallus ratione iurisdictionis ſubſit concedenti, & ab ipſius ſententiis adpellari poſſit ad dominum dirigentem. Prout autem Iurisdictio diſtinguitur in altam & baſſam, conceſſa Iurisdictione, quando quis *mit denen Gerichten und Gerichtbarkeit* fuerit inueſtitus, in dubio inferior ſaltim conceſſa fuiſſe præſumitur, * dum verba inueſtituræ ſtricte ſint interpretanda, & iurisdictio plerum-

MEVIVS equidem *Part. I. Dec. XLIV. Part. II. Dec. CCCXIII.* cumulatiue conceſſam eſſe dicit, ſed hoc *num. 6.* ita explicat, vt ſuperiori magiſtratui ſimul eius exercitium non ademptum vel abdicatum vel præcluſum.

* CARPZOVIVS ſibi ipſi contrarius eſt, dum *P. II. c. XL. d. 6.* etiam criminalem ſubintelligi adſerit, quam tamen ſententiam mutauit *Diſp. Feud. IV.* §. *XXIV.* ſaltim inferiorem intelligi defendens, quod etiam tanquam praxi magis conueniens, tradunt MENOCHIVS *III. Præſumt. XLVII. num. 12.* KNICHEN *de Veſtitur. Pact. Part. II. cap. I. num. 54. & 122.* OBRECHT *Lib. I. de Iurisdictione cap. VII. VIII.* B. de LYNCKER *Dec. MLXX.* B. PARENS *Cap. VI. aph. XVIII.* HORN *Cap. VII.* §. *XII.* FABRI *Staats-Cantzelley Tom. IV. pag. 386.* Licet MEVIVS *Part. IV. Dec. CCXC.* contradicat. In Ducatu Cellenſi per ſingulare Reſcriptum d. 15. Nouemb. 1695. hoc ita fuit definitum, ſub

rumque mero Imperio opponatur. * Hinc iurisdictio alta, siue criminalis specialem requirit concessionem, nisi vasallus demonstrare posset, castro hanc etiam ab antiquo esse adnexam. Immo, olim etiam Iurisdictio Criminalis atque Bannum erant distincta. ** Quod si vero inuestitus fuerit *mit allen und ieden Gerichten*, siue *Ober - und Nieder-Gerichten*, siue, prout in Bauaria & Franconia dicitur, *mit Frais und Vogthey*, vtraque iurisdictio intelligitur concessa. *** Sola tamen tunc intelligitur Iuris-

Gerichten saltim bassam intelligi iurisdictionem, FABER *Staats - Cantzelley Tom. IV. pag. 380.* Vide GABR. SCHWEDERVM *de Iurisdictione per Inuestituram feudalem concessa.*

* *l. 3. π. de Iurisd. l. 1. d. 4. de suspect. tutor.*

** Sic enim Rupertus Imp. Burcardo de Seckendorff a. 1407. primo concessit: *das er und sines Erben in dem Dorffe Ippenstein under der Iustiz Franckenberg gelegen, ein Halsgericht, Stock und Galgen Fürbasse ewecliche haben.* A. 1405. dicitur: *Vnsern L. G. Burck von Seckend. den Bann über das Blut zu Ippestein in den Dorffe unter Franckenb. gelegen, verlüben haben.* apud SCHILTERVM *ad cap. XLII. §. XIII. p. 247. 248.* Adde *p. 263.*

*** KNICHEN *de Vestit. Pact. Part. II. cap. I. n. 48. 49.*

Iurisdictio ſecularis, dum eccleſiaſtica regulariter feudis non ſit nexa, & iterum ſpecialem requirat conceſſionem. * Quod ſi autem quis inueſtitus fuerit *mit allen und ieden Gerichten, Geiſtlichen und Weltlichen*, Iurisdictio ſecularis & eccleſiaſtica ſub his verbis intelligitur, & tunc vaſallo competit *ein Geiſtlich Unter-Gerichte*, ſiue iudicium ſubalternum eccleſiaſticum. Immo, vtraque Iurisdictio etiam ſine prædio conſiſtere poteſt, quod vocatur *feudum Iurisdictionis*. ** Quandoque vaſalli ſaltim inueſtiuntur *mit denen Pfahl- und Zaun-Gerichten*, quæ intra ſepta ſaltim prædii feudalis exercentur. ***

§. XIX.

Ius Foreſtale & Venandi in feudum confertur.

Deinde vaſalli inueſtiuntur *de Iure Foreſtali, dem Forſt-Recht*, & iure venandi *der Wild-Bahn*; quæ probe ab inuicem ſunt diſtinguenda. Qui de illo eſt inueſtitus, habet ſaltim ius ſyluæ cæduæ, ita tamen, vt eodem moderate, *pfleg-*

* STRYK *de Vſu Moderno tit. de Iurisdictione* §. *V.* CARPZOV *Iurisprud. Eccleſ. lib. I. d. XIII.* B. PARENS *aph. XVII.* & ibi LYNCKERVS. HORN *Conſ. Claſſ. I. n. II.*

** MEVIVS *Part. II. dec. CCCXIV.*

*** Vid. STRYK *de Iurisdictione circumſepta.*

pfleglich vtatur, ne feudum deterioretur, vel iuri venandi officiatur. * De hoc vero, qui inuestitus fuerit, saltim iure capiendas feras gaudet, ** atque ligna cædendi facultatem nullam habet, nisi quod frondium incisio ad retia expandenda & opercula conficienda, *die Stallung*, quod dici solet *das Zweigrecht*, ipsi permittatur, *** Ius venandi tamen distinguitur in superius & inferius, *Ober-und Nieder-Iagden*, quibusdam vero in terris, vtpote in Ducatu Altenburgensi, sunt etiam *die Mittel-Iagden*. Licet vlterius exerceri nequeat, quam concessum fuerit vel præscriptum. In Cellensi tamen Ducatu controuersia fuit suborta, an Venandi Ius inferius, *die Nieder-Iagden* ad Regalia sit referendum, **** ita, vt vltra

* SCHRADER *de feudis Part. III. cap. IV. num.* 47. B. PARENS *aph. XI.* HORN *cap. VII. §. XVII.* Adde AHASVERI FRITSCHII *Corpus Iuris Venatorio-Forestalis.*

** Sic Isenburgici Comites in feudum masculum inuestiuntur *mit der Iagd-Gerechtigkeit im Büdingen wird der Reichs-Schirm genandt.* LVDOLPH *Symphor. Consult. Dec. XXXII.*

*** KNICHEN *de Vestit. Pact. Part. II. cap. II. n. 8. 19.*

**** Ex textu *II. F. 27. 56.*

conceſſionem exerceri nequeat, an vero ad feudorum pertinentias, quod vaſalli adſerunt. * De eo quoque plurimum adhuc diſputatur, an ius glandem legendi, *die Eichel-und Buch-Maſt*, ad ius Foreſtale, an vero ad ius venandi ſit referendum. Sunt, qui illud ius illi tribuant, cui ius venandi in ſylua aliena competit, ** alii vero domino fundi & Foreſti illud adſignant, qui tamen eo ita vti debeat, ne iuri venandi noceat. *** Dum igitur vtraque ſententia per præiudicia firmetur, potius ad pacta, mores

* Singulari deductione ſub titulo: *Gründliche Deduction gegen die vermeyntliche Regalitæt derer Jagten und daraus hergeleitete irrige Doctrinen und Folgen 1723. f.* Adde IO. PETRI de LVDEWIG *Differentias Iuris Romani & Germanici de Venatu eiusque Regali*, qui tamen contrariam potius fouet ſententiam.

** NOE MEVRER *von Jagt-und Forſt-Recht Part. II.* GAIL *II. obſeru. LXVIII.* IO. OETTINGER *de Iure & controu. lim. lib. I. cap. XI.* P. FRIDERVS *de Proceſſ. lib. II. cap. XLI. n. 2. 3.* PRÜCKMANN. *conſ. IV. num. 176.* R. PARENS *apb. XI.* idemque præiudicio confirmat.

*** *Was nach nothdürfftigen Unterhalt des Wildprets an denen Früchten, ſo der Menſch mit denen Thieren zugleich genieſſen kan, überbleibt, fællt denen Grund- und Eigenthums-*

mores prouinciales atque obſeruantiam erit recurrendum.* Hinc etiam non deſunt vaſalli, potiſſimum in Marchia Brandenburgenſi, qui de hoc iure *mit der Eichel- und Buch- Maſt* ſigillatim inueſtiuntur.

§. XX.

Ius collectandi, Minerarum & alia in feudum poſſunt concedi.

Porro in feudum concedi poteſt *Ius collectandi ſubditos*, quod Statibus Imperii etiam ſecundum Leges Imperii competit.** Nobiles*** & quandoque alii vaſalli **** immediati ex ſpeciali

S 3 con-

Herren anheim, weil er ſonſt des Eigenthums nicht gebeſſert ſeyn würde, vt loquitur MOHR *de Iure Venandi cap. III. num. 23.* quem ſequitur HORN *Cap. VII. §. XVII.* idemque præiudicio confirmat.

* GAILIVS *Lib. II. obſ. LXVIII. num. 2.* illud etiam adgnoſcit, dicens: *ſin vero nihil in ſpecie conuentum ſit, videndum, quomodo longiſſimo vſu aſſeruatum*; vetuſtas enim vicem legis obtinet. Idemque B. de LYNKER *Reſp. CXIII. num. 30. ſeqq.* vberius declarat.

** Per Rec. Imp. Spirenſem 1543. §. 24. *Synt. Iuris Publ. cap. XXIII. §. XXXVII.*

*** Vide *Synt. Iuris Publ. cap. XXVIII. §. XI. ſeqq.*

**** Vtpote Nobiles Vogtlandici certum quantum quotannis Sereniſſ. Marchioni Baruthino præſtant, idemque a ſubditis ſuis collectant.

conceſſione exercent. Ius monetandi recte in feudum conceditur.* Praeterea *Ius percipiendi annuos reditus*, ** *Ius percipiendi commoda ex mari ac fluminibus publicis*, vtpote *Ius piſcandi*, *** *Ius vectigalium*, **** *metallifodinarum*, ***** quod ſpecialem requirit inue-

* Prout in Caroli IV. Imp. Diplomate a. 1368. Vlrico de Hanau conceſſo, *das Er und ſein Erbherren zu Hanau von Vns und Vnſern Nachkommen Roem. Kayſern und Koenigen, und von dem heiligen Reiche eine Münze haben ſolen, zu rechten Lehn ewiglichen.*

** Talia apud Sileſios vocantur *die Koeniglichen Geſchoeſſer*, STRYK *de Feud. Duc. Suidniz. & Iaurau. Sect. II. cap. L. §. XI.*

*** Regulariter haec iura ad Dominum ſuperiorem ſpectant, KNICHEN *de Superior. cap. V. num. 154.* KLOCK *Tom. I. conſ. V.* BVCHNER *de Iure aquat.* §. 215. Vaſalli non niſi ex Principis conceſſione exercent. Inde dantur *die Lehn-Fiſchereyen.*

**** Sic diuerſi Status Imperii de vectigalibus inueſtiuntur, Florentius Flandriae Comes a Friderico III. Imp. de teloneo in Gerolico fuit inueſtitus, vide MARTENE *Theſ. Anecdotorum Tom. I. pag. 661.* Poſſeſſores dynaſtiae Ranis de vectigali in via publica Salfeldenſi ſunt inueſtiti.

***** *II. F. 56.* argentariae, piſcationum re-

inuestituram, nec sub iurisdictione alta concessa simul concessum, * *Sali-*

S 4 *na-*

ditus & salinarum ad regalia referuntur, vsque dum Impp. sensim hæc iura in feudum conferrent, prout Fridericus II. Imp. a. 1229. Ludouico Palatino hæc concessit, verbis: *ex vera scientia & de mera liberalitate nostra donauimus sibi & haeredibus suis, & in rectum feudum concessimus, omne genus metalli tam in auro & argento, quam in aliis, quod in terris patrimonii & feudi sui fuerit repertum cum omni iure & vtilitate exinde perueniente, & quam nos & Imperium percipere deberemus*, apud TOLNERVM. *Codice Diplomatico n. LXXIX.* Sic etiam Ludouicus Bauarus per singularem A. B. Romæ anno 1328. Friderico Noribergensium Burggrauio ius metallorum in feudum perpetuum concessit. Adde SYNT. IVR. PVBL. *Cap. X.* §. *VI.* Male igitur Dnus a LVDEWIG *Erleut. der Güld. Bulle ad tit. IX.* §. *I. p. 818.* contendit, quod hoc Ius metallorum ad Territorii Iura spectauerit, dum concessiones atque inuestituræ Imperatorum doceant contrarium. Hodie etiam priuatis petentibus, quod vocatur *die Lehn-muthen*, metalla a Principe conceduntur.

* WESENBECIVS equidem *Consil. XLV.* HEIGIVS *Quæst. I. Sax. Part. I. quæst. XIII.* distinguit inter metalla nobiliora & ignobilio-

narum * & *Minerarum*, *paſcendi*, *Hut und*

ra, ſiue perfecta & imperfecta. Illa, aurum & argentum nempe, ad regalia referri, hæc, plumbum, ferrum, cuprum, cum iurisdictione alta conferri. Verum, praxis contrarium docet, omnia metalla & mineralia, a Principis conceſſione dependere. Quare etiam priuato non licet Fabricam ferrariam *einen Eiſen Hammer* inſtituendi, vide LYNCKERVM & EISENHART *de Iure Minerarum*, HORNIVM *de Regali Metallifodinarum iure*. In terris Principum Germaniæ, in quibus Regalia Paragiatis fuerunt conceſſa, Superioritatis vero Iura lineæ Primogeniali reſeruata, adhuc diſputatur, an ius aurum legendi ad Regalia, an vero Iura Superioritatis ſit referendum. De Prunis lapideis *Stein-Kohlen* æque adhuc diſputatur, an ad metalla ſint referenda, vbi potiſſimum conſuetudines Prouinciæ ſunt conſiderandæ. In Comitatu Mansfeldienſi Superioritatis Electoralis Saxoniæ, ſpectant ad Iura Vaſallorum, qui iurisdictione alta gaudent, ſecus in illo tractu, qui ſub Superioritate Magdeburgica eſt ſitus, vbi ad Regalia referuntur, quo etiam refert IO. EISENHART *de Regali Metallifodinarum Iure pag. 16. & 80.* Lapidicinæ vero, *Ziegel- und Kalck Hütten anzulegen* illis competit, qui Iurisdictionem altam habent. HORN *de Metallifodinis* §. *XVII.* eas a Regalibus excludit.

* Vide ANDR. HOHNDORFF & FRID. HOF-

und Trifft in certo diſtrictu, * *Ius lignandi*, *Popinarum*, *Erb- und Lehn-Schencken*, *molendina*, *torcularia* & *furnos bannales*, *Zwang-Mühlen*, *Zwang-Keltern*,** *Zwang-Backofen* habendi, *Ius Poſtarum*,* & quæ ſunt eiusmodi. Officia hæreditaria, prout in ſummis & ſubofficiis Electorum, aliisque ** vide-
S 5 mus,

MANNVM *von Saltzwercken*, GEORG. ENGELBRECHT *de Iure Salinarum*.

* Vide B. PARENTEM *de Iure Paſcendi* & *de Iure Ouium*.

** Vide fratris, GEORGII GOTTLOBII *Diſſertat. de Iure Torcularium*, Argentorati habitam.

* Poſtæ iam olim notæ, prout titulus Codicis de curſu publico docet, ab angariis & parangariis diſtinctæ. Iſtas vero in feudum concedi poſſe, exemplo Principum Taxiorum, qui de Poſtis Imperii, Comitum de Paar, qui de Poſtis Auſtriacis, Comitum Wartenbergicorum, qui de Poſtis Brandenburgicis, Comitum de Platen, qui de Poſtis Lüneburgenſibus fuerunt inueſtiti, Lautenſacciorum, qui poſtas in Ducatu Guelpherbytano a Taxiis in ſubfeudum tenent. Adde Dnum a LVDEVVIG de *Iure Poſtarum hæreditario* §. XIX.

** Imp. d. 5. Septembris 1726. tanquam Auſtriæ Archi-Dux Ratisbonæ inueſtitus fuit

mus, certæ etiam immunitates & iura * recte in feudum conceduntur.

mit dem Obrist-Erb-Marschall-Amt des hohen Stiffts Regenspurg, per Comitem de Lerchenfeld, Capitularem. *Kern-Chronic Sept. 1726. p. 231.*

* Exemplum in litteris inuestituræ Friderici Lotharingici Ducis, ab Alphonso electo Rege Romanorum concessis, apud LEIBNITIVM *Cod. Iur. Gent. diplom. pag. 19.* Isenburgici Comites de diuersis Iuribus inuestiuntur. de LVDOLFF *Symphor. Consult. p. 682.* Sic AVGVST. LEYSERVS in Epistola *Differt. de feudis Brunsuic. Lüneburg.* §. *XLI.* docet, quod gens Kniesteden inuestita fuerit *mit der Baulebung, Bedemund, May-und Herbst-Bede, Rauchhünern, Erben-Schæfferey und Krug, Zinsen und Gerechtigkeiten, auch dritten Pfennig und Hagenstoltzen-Gerechtsamen*, & quod Crammiorum gens inter alia adhuc hodie inuestitur *mit 65. Stücke Saltzes und einer halben Marck schwartzes Silbers.*

CAP.

CAPUT NONUM
DE
PROMISSIONE FEUDI ET EXPECTATIVA.

§. I.

ADquiruntur * feuda vel per promissionem, ** vel per constitutionem, vel per translationem, vel per præscriptionem. Illud fit, quando possessor alicuius prædii allodialis sese obligat ad constituendum per inuestituram feudum, ex quo oritur ius ad rem & actio personalis, vel Dominus rem suam allodialem alicui per testamentum relinquit, vt quis eam iure feudi habeat, idemque Ius legatarius vel heres actionibus

Feuda qua ratione adquirantur.

nibus

* *II. F. 33.* equidem dicitur: *sciendum est itaque feudum adquiri inuestitura, successione, vel eo, quod habeatur pro inuestitura, quod tamen non sufficit.*

** Sic *l. 136. §. 1. de V. O.* seruitus viæ per stipulationem promissa ac constituta disertis verbis distinguitur, licet §. *fin. I. de seruit.* §. *1. de Vsufructu* accipitur pro iuris cuiusdam promissione *l. 11. §. 1. ff. de Publ. in rem actione l. 10. ff. seruit. vind.* & *l. 26. de pignoribus* vsurpetur de adquisito iamdum iure.

nibus conuenientibus persequi poterit, ad idemque hæredes defuncti tenentur.*

§. II.

Expectatiua quid sit.

Promissio hæc non solum circa rem allodialem locum habet, vt allodium in feudum concedatur, sed etiam in re feudali, si Dominus dirigens feudum, quod a vasallo possidetur sub conditione, si ipsi fuerit apertum, promittit, ** vocari solet Exspectatiua, *** vel *eine Anwartschafft*, *Exspectantz*, *Anfall*, *Lehn ohne Gewuhr* sine possessione, vel etiam Iure Germanico feudali *ein Geding*, * *Gnaden - Lehn*. ** Nec iniqua erit ob votum captandæ mortis, cum hoc non ex ipsa re, sed ab accidenti oriatur, quin potius dum nemini vergat in præiudicium, legibus & moribus concessa, *** nec semper noxia est Reipublicæ.

§. III.

* ROSENTHAL *Cap. VI. concl. V.* B. PARENS *cap. VII. aph. III.* HORN *cap. XI.* §. *I.*

** *I. Feud. 3. II. F. 26. 52. II. F. 35.*

*** Apud Autorem veterem de Beneficiis §. *XXV. & XXVII.* dicitur expectatio benefici.

* IVS SAX. FEVD. *Cap. VII.*

** HARTM. PISTOR *Lib. II. quæst. LII. n. I.* STRYK *de Expectantiis Cap. I.*

*** In priuilegio Friderici II. Ducatui Stirensi anno 1237. concesso, dicitur: *in beneficiis*

§. III.

Expectatiua qua ratione concedatur.

Talis autem exspectatiua conceditur vel in certum feudum, quod vocatur *ein genannt Geding*, * vel in genere promittitur feudum, quod primum fuerit apertum & plerumque vocatur *ein Irrlehn.*

autem molestiam, quæ Ansel vulgo vocatur, tanquam bonis & honestis consuetudinibus aduersantem, prorsus amouemus. HIERONYMVS SCHVRFIVS etiam adlegante MODEST. PISTORE *Consil. VIII.* eas pro illicitis habet. Conceditur vero *I. F. 3. 35. c. si Clericus. II. F. 35.* Idem IVRE FEVD. SAX. *cap. XIIX. XX. XLIX. LVI. LXXII.* IVRE ALEM. *cap. XII.* AVCTOR VETVS *de Beneficiis* §. *XIX. beneficio ita possunt inbeneficiari duo, quod vnus possessionem habeat, & alter successor eius exsistat, post mortem illius, in ipsius bonis.* Defendit etiam iustitiam B. PARENS *Cap. VII. aphor. V.* DARPAEVS *Præiud. XI.* HILLIGER *de necess. consensus Vasalli* §. *X.* Nouiter AVGVSTINVS LYSERVS singulari dissert. *de Iniquitate Expectantiarum* non feudales solum, sed etiam ciuiles & ecclesiasticas plane reiicit, ipse tamen §. *XLV.* posse casus emergere dicit, quibus expectantiæ sint iustissimæ.

*. I. F. SAX. *c. VII.* vbi etiam vocatur *Gedinge an eines benameten Mannes Gute.* SCHILTER *ad cap. XII.* IVR. FEVD. ALEMANN.

Irrlehn. * Sic etiam vel in genere promittitur, atque tunc locum habet, quomodo etiam feudum aperiatur, ** vel sub certo modo, vtpote si vasallus sine hæredibus masculis decesserit, *** tum, si

* Vtrumque distinguit IVS FEVD. SAXON. c. VII. *Wilch Herre ein Gut libet sine Manne, wo ez ime erz ledic wirt, ez si wenic oder vil, und darnach libet einem andern ein benemet Gedinge. Mit deme ersten Lebne mag er disme sin benomete Gedinge nicht gebrechen.* Vid. etiam SCHILTER *ad cap. XII.* §. *I.* qui docet, Zobelium legere *mit dem Irrenlehn*, cum tamen potius legendum *ersten Lehn*, feudum antiquius.

** *II. Feud. 35.* IVS FEVD. SAX. *cap. VII.* SCHRADER *de Feudis cit. loc.* BERLICH *Part. II. concl. LIV. num. 50. 62.* B. PARENS *cap. VII. aph. V. n. 4.*

*** Talis erat inuestitura, quam Guilielmus Batauus a. 1252. Brandenburgicis Principibus concesserat, apud Dnum de LVDEVVIG Reliqu. Tom. II. p. 248. *ita, si prædictum ducem sine herede contingat decedere, vel etiamsi heredes habuerit, & eosdem infra annos discretionis, vel sine hæredibus, contingeret exsoluere iura carnis.* Ludouicus Bauarus Imp. a. 1324. inuestit filium suum Ludouicum tali modo: *quod Principatum in Anhalt, quem illustris Bernhardus Princeps noster ibidem*

ſi feudum per feloniam vel refutationem fuerit reuerſum, expectatiua effectum ſortiri haut poterit. * Neque tamen promiſſio pure facta valet, niſi de

kariſſimus in pheodum a ſacro tenet imperio, cum omnibus aliis terris & dominiis, que idem etiam iure pheodali ab eodem, ex quacunque cauſa, tenet Imperio, ſi absque heredibus maſculis & premiſſorum feodorum capacibus ipſum contingit decedere & perſoluere debitum naturale illuſtri Ludouico marchioni Brandenburgenſi - - contulimus c. I. p. 247. Idem Imp. an. 1340. omnia bona Imperii per totam Saxoniam vacantia, per expectatiuam in Marchionem Brandenburgenſem transfert *c. l. pag. 395.*

* Sic enim IVS FEVD. SAXON. *c. V. Zwen Manne mac der Herre ein Gut liben. alſo daz ein die Gewere daran habe* (vaſallus) *und der andere es Gedinge. ob der ane Lenerben ſterbe. der daz Gut in Geweren hat. Anne Gedinge en iſt nich em Folge let ez auch iene der ez in Geweren hat. daz Gedinge iſt gebrochen. ez en ſi daz erz wider entpha der es gelazen hat und daran erſterbe.* SCHRADER *Part. III. c. II. n. 50.* HARTM. PISTORIS *Part. II. qu. XXV. num. 37.* CARPZOV *Part. II. cap. XXV. d. 3.* BERLICH *d. concl. LIV. n. 66.* Hoc etiam obtinet, ſi vaſallus ſine liberis decedat, licet in hoc caſu VVLTEIVS *Lib. I. cap. VII.* diſſentiat, cui

de mente concedentis alias conſtet, in caſum aperturæ ſaltim eam debere intelligi.*

§. IV.

Expectatiua qua ratione concedatur

Conceditur autem hæc exſpectatiua vel per nudas litteras, *eine Angefells-Verſchreibung*, ** vel per inueſtituram con-

tamen D. PARENS *aph. V. num. 8.* reſpondet abunde.

* *I. F. 9. II. F. 35.* Quare etiam quandoque in formulis Expectatiuarum diſerte conditio inſeritur, vtpote in litteris Iohannis, Treuirenſis Archiepiſcopi, Ludouico Witgenſteinenſi Comiti *derer Sayn und Flensburgiſchen Lehn halber*, Confluentiæ d. 10. Octobr. 1598. conceſſis: *Das gleichwohl im Eingang ausdrücklich vorbehalten, das ſolche Euentual-Belehnung Heinrichen, Grafen zu Sayn &c. weder in Zeit Ihr. Gnaden Lebens, noch auch auf den Fall Dieſelbe inskünfftige von Gott dem Allmæchtigen mit Leibes - Lehns - Erben beſeeliget werden mæchten, zu keinem præiudicio oder Nachtheil im geringſten verſtanden, vielweniger gereichen, ſondern auf ſolchen Fall die Belehnung unkræfftig und unbündig ſeyn ſoll*, apud LÜNIG *Reichs-Archiu Part. Spec. Conc. I. III. Fortſ. pag. 64.*

** HARTM. PISTORIS *Part. II. quaſt. XXI.* ROSENTHAL *Cap. VI. concl. VI.* Adde IO. PAVLI KRESSII Diſſ. de *Exſpectatiuis & Inueſtitura feudali.*

conditionalem, * quæ *superinfeudatio* vocari solet, eo quod Dominus priori vasallo quasi alterum addat, vel *inuestitura de successionis caducitate* vel *in casum mortis*, dum futurum saltim casum respiciat, ** vnde etiam *verbalis inuestitura*, vel *euentualis* & *de futuro* a quibusdam dicitur, nec requiritur, vt eædem solennitates, quæ alias in abusiua inuestitura sunt necessariæ, adhibeantur, nec præsentia & testimonio Parium Curiæ opus est, sed sufficit instrumentum, vel litteræ Domini concedentis manu & sigillo corroboratæ, ita tamen, vt solennis inuestitura, casu exsistente petatur, quandoque litteris exspectatiuarum solet inseri. *** Additur quoque euentualis exactio homagii a subditis. **** Illa tamen suboritur differentia,

* *II. F. 26. t. 2.*

** MATTH. de AFFLICTIS *tit. qui succ. feud. dar. ten.* BERLICH *Part. II. concl. LIV. n. 1. 2.* SCHILTER *ad cap. XII.* DARPAEVS *Praelud. Feud. VII.*

*** ROSENTHAL *Cap. I. num. 6.* PISTORIS *Cap. I. n. 6.*

**** Prout *Art. XI. num. 6. 7.* Pacis Osnabrugensis circa expectatiuam Electoris Brandenburgici in Archiepiscopatum Magdeburgensem fuit decretum.

T

rentia, vt ex ſimplici promiſſione oriatur ius ad rem, & obligatio, atque actio perſonalis, vt Expectans, conditione exſiſtente, de feudo aperto inueſtiatur. Quod ſi vero inueſtitura abuſiua acceſſerit, vaſallus, exſiſtente conditione, ſtatim ius reale & dominium vtile obtinet, vt poſſeſſionem feudi poſſit adprehendere. *

§. V.

Expectatiua ſine vaſalli poſſeſſoris conſenſu conceditur.

Neque tamen vaſalli poſſeſſoris conſenſus requiritur, ſed dominus, ipſo etiam ignorante & inuito, exſpectatiuam recte concedit, ** id quod etiam circa

* *II. F. 26.* SCHRADER *de Feudis p. V. c. II.* STRAVCH *diſſ. X. §. XII.* EYBEN *El. I. Feud. cap. V. fin.* SCHILTER *ad cap. XII. Iur. Feud. Alemann. §. I.*

** Obi: *l. fin. C. de Pactis, cum in alienis rebus contra Domini voluntatem aliquid fieri vel paciſci ſecta temporum noſtrorum non patiatur*, quod in rebus allodialibus omnino procedit. Nec obſtat *I. F. 22. c. f. Si quis fecerit inueſtituram vel cambium de beneficio ſui militis, ſine illius conſenſu, cuius eſt beneficium, pro non facto habeatur.* Sed loquitur textus de eo caſu, ſi pure facta fuerit inueſtitura. Deinde prouocatur ad *I. F. 27. Si quis inueſtierit aliquem de feudo ſui militis, Viri Placentini prorſus aſſerunt, hanc inueſtituram non*

circa feuda Imperii obtinet, * dum

nulliter valere, *nisi eo consentiente, cuius erat feudum*. Verum, in dicto textu negatiua præfertur atque tali modo deciditur: *Mediolanenses & Cremonenses asseuerasse, nihil distare, vtrum inuestitura facta sit eo sciente vel ignorante, cuius erat feudum, dummodo eo viuente nullum detrimentum de feudo suo sibi contingat.* Id quod etiam *II. F. 26. c 2. II. F. 35.* vberius adseritur. Idem dicitur IVRE FEVD. SAXON, *c. x. Etelliche Leute sagen, das man kein Gedinge verliben mæge ohn des Willen, der das Gut in Besiz und Gewehren hat, das aber unrecht ist. Denn der, dem ein Ding gelieben ist, darff niemand darum bitten, sondern allein, das er die Leihung beweise an sein Gedingen, ob er es bedarff.* Licet IVS FEVD. ALEMANN. *cap. XIX.* consensum vasalli requirat. Differentiæ rationem in eo collocatam videmus, quod in Saxonia non ex iure adgnationis, sed simultaneæ inuestituræ succedatur, secus iure Alemannico. Vide SCHILTERVM *ad d. c. & Exercit. VIII. §. XXXVII.* SIGISM. GOTTLIEB HILLIGER *Differt. de necessitate consensus vasalli in expectantiam Feudi a Domino concedendam*, Lips. 1717. 4. qui in vtramque partem disputat.

* Rudolphus Habsburgicus a. 1276. Io. de Hannonia expectatiuam in Comitatum Hollandiæ & reliqua Florentii Comitis Feuda Imperii concessit apud MARTENE *Tom. I. pag. 1153.* Dnum Ferdinandus II. Imp. Chri-

nullum inde vaſallo vel eius hæredibus feudalibus adferatur præiudicium. Niſi quandoque ex capite prudentiæ vaſalli poſſeſſoris conſenſus adhibeatur,* vel ſi Dominus hoc vaſallis ſuis promiſerit,tunc ex pactis obligatur. ** Secus eſt in ſimultanea inueſtitura, per quam maius in feudo ius adquiritur,quæ ſine conſenſu vaſalli poſſeſſoris concedi nequit. Sic etiam recte expectatiua conceditur, licet vaſallus habeat liberos & ſuccedendi ſpes adhuc ſit remotior.

§. VI.

Expectatiuas quis concedat.

Concedit exſpectatiuam Dominus feudi dirigens. In Germania equidem noſtra olim Impp. pro lubitu expectatiuam concedebant, *** vsque dum in Capi-

Chriſtiano IV. Daniæ Regi expectatiuam concederet,contradicebat Erneſtus,Comes Schaumburgicus , verum ab Imperatore reiiciebatur; vide LONDORP *Tom. II. lib. VI. cap. XXX. pag. 415.*

* Prout diuerſa exempla adlegat HILLIGER §. *XXVII.*

** Prout Maximilianus I. a. 1510, vaſallis ſuis in Carniolæ Ducatu & Carolus, Auſtriæ Archi-Dux a. 1567. promiſerunt, apud LÜNIGIVM *Contin. VII. Abſ. n. 135. p. 213.*

*** Plura exempla adlegaui in *Synt. Iur. Publ. Cap. XII. §. XLVIII. p. 630.* licet plerique

Capitulatione Ferdinandi II. etiam Expectatiuæ in feuda Regalia inhiberentur, nisi fiat cum Electorum consensu, quod in sequentibus fuit repetitum. * atque in Capitulatione Carolina Imperat. ad reliquorum Statuum consensum fuit obligatus. ** In feuda minora Imperii libere Imp. tales concedit. In

T 3 reli-

sibi de Electorum consensu prospexerint. HILLIGER §. *XXVII.*

* Artic. XXVIII. *Daß auch niemanden einige Expectanz oder Anwartung gegeben werden solle;* id quod in Capitulatione Ferdinandi III. *art. XXXII.* Ferdinandi IV. *art. XXX.* Leopoldi *art. XXX.* Iosephi *art. XXIX.* repetitur. Hinc cum Fridericus Guilielmus Elect. Brandenb. in compensationem damnorum, Exspectatiuam in Frisiam Orientalem peteret, ipsi hoc tunc denegabatur. PVFENDORF *Lib. XVIII. §. VIII.* De eo igitur valde dubitatur, an validæ sint exspectatiuæ post tempora Capitulationis Ferdinandi II. concessæ, atque an Consensus Electorum ex postfacto eas reddat validas, quod circa Expectatiuam in Comitatum Hanouiensem videmus. Vide HENNIGES *ad Capit. Iosephi art. XXIX.* IO. IAC. MASCOVII *Dissertat. de Expectatiuis in feuda Imperii*, qui plura adlegat exempla. ITTER *de feudis Imperii Cap. X. §. 3.*

** *Artic. XI.*

reliquis Germaniæ prouinciis, Duces & Satus Imperii, immo etiam priuati, Exſpectatiuas rite concedunt. Obligatur igitur Dominus, caſu aperturæ exſiſtente, ad ipſum feudum tradendum, nec præſtando intereſſe poterit liberari, idque tanto magis, quando inueſtitura abuſiua interuenerit, * ſi modo tradendi facultatem habeat, quam ſi dolo amiſerit, contra ipſum in litem iurare poterit vaſallus. **

§. VII.

Si pluribus expectatiua conceſſa, quis præferatur.

Quod ſi tamen, prout ſæpe fit, pluribus

* BERLICHIVS equidem *Part. II. concl. LIV. n. 59. 60.* CARPZOV *Part. II. conſt. XLV. def. II.* autumant, extra contractum emtionis venditionis, dominum ex ſola promiſſione ad rem ipſam tradendam haut obligari, ſed præſtando intereſſe liberari. Verum, dum etiam in aliis contractibus natura conuentionis ſecum ferat, vt res ipſa præſtetur, potius Dominus in omnibus caſibus, vbi natura conuentionis rem ipſam tradi iubet, ad hoc erit obligatus, *l. F. 4. pr. II. F. 7. cap. 1.* & potiſſimum *II. F. 26. c. ſi facta* HARTM. PISTORIS *Part. II. qu. XXV. num. 22.* B. PARENS *Cap. VII. aph. VII.* RHETIVS *I. F. III. pag. 92.* HORN *cap. XII. §. XVIII.* DARPAEVS *Praiud. XXIV.*

** ROSENTHAL *Cap. VI. concl. VIII.* ANTONII *Diſp. IV. §. IX.*

bus Expectatiua fuerit concessa, præferendus is, qui feudi aperti possessionem legitime fuerit nactus, dum habens ius in re potior sit illis, qui solummodo ius ad rem atque actionem personalem habent. * Id quod tamen in possessorio locum habet, secus de petitorio, si alter caussam prælationis demonstrauerit. ** Quod si vero neuter possideat, ille, si pluribus Expectatiua in certum vel incertum feudum fuerit concessa, vel vtrique abusiue fuerint inuestiti, præfertur, cui primo fuit promissa. *** Sin vero vni Expectatiua in certum feudum *ein genannt Geding* fuerit concessa, alteri indefinite in feu-

* *l. 15. C. de R. V.* MATTH. DE AFFLICTIS *in c. qui succ. ten.*

** FRID. PRÜCKMANN *Vol. I. conf. XXX.* Id quod præiudiciis confirmat B. PARENS *Obs. Feud. ad Cap. VII. §. VI. num. 3. & seqq.* HARTM. PISTOR *Lib. II. quæst. XXIX. num. 11.* CARPZOV *dict. loc. n. 4.*

*** *arg. d. l. 15. C. de R. V.* IVS SAX. FEVD. *Cap. VII. & XLIX. Libet ein Herre zween Mannen oder drin Gut. Swar ez ime erste ledic wird, der da erst belenet wird, der sal des Ersten Gutes warten.* IVS ALEMANNICVM *Cap. XII. XIII.* & ibi SCHILTER. B. PARENS *Obs. Feud. p. 38.* SCHRADER *Cap. V. Part. II.*

dum, quod primum fuerit apertum, *auf ein Irrlehn*, ille feudo aperto præfertur, licet tempore sit posterior, * dum generi per speciem derogetur, nisi inuestitura de feudo certo tum fuerit concessa, cum mors possessoris instaret. Quod Iure Saxonico vocatur *zu Vluchtsal leiben*, ** atque adeo prope erat, vt feudum ad eum, qui primam generalem inuestituram acceperat, possit peruenire, dum inuestitus fraudis suspicionem vix euitet. *** Quod si vero vnus abusiue sit inuestitus, alter nudam habeat Expectatiuam, ille semper præfertur, qui abusiue fuit inuestitus, quia ius ad rem habet. **** Quod si vero is,

num. 29. ROSENTHAL *Cap. VI. conclus. XI. num. 9.*

* Facit huc IVS FEVDALE SAXONICVM *Cap. XXXVII.*

** IVRE SAXON. *Cap. VII. ez en si ab man Gedinge zu einer Vluchtsale libe binnen ienes Süche der ez in Geweren hat*, & *Cap. LVIII.* quod SCHILTERVS ad *Cap. XII.* explicat ad lectum decumbentis possessoris, HARTM. PISTORIS *Part. II. qu. XXI. num. 9.*

*** CARPZOV *Part. II. const. XLV. def. IV. n. 9.* SCHILTER *cit. loc.* §. *VIII.* HORN *Cap. XII.* §. *X.*

**** HORN *Cap. XII.* §. *X.*

is, qui Expectatiuam habet, cum simultanee inuestito concurrat, hic omnino præfertur, dum Expectatiua aliter non concedatur, quam in casum, si feudum domino aperiatur, qui, si simultanee inuestitus adsit, nondum exsistit, deinde simultanee inuestitus ius potius in feudo habet, tertio ad simultaneam inuestituram etiam vasalli consensus requiritur. Idem dicendum de illis, qui ex pacto successorio a domino dirigente confirmato ius succedendi habent.

§. VIII.

Tenetur tamen Dominus iis, quibus feudum ipsum tradere nequit, ad id, quod interest, * siue ex gratia, siue titulo oneroso concesserit, siue sciuerit, siue ignorauerit, feudum iam ante aliis fuisse promissum. ** Nec heres domini, alteri feudum promittentis, liber est a præstatione interesse, qui ignorauit, antecessorem suum iam alii in eodem expectatiuam concessisse. Nec tamen Dominus tenetur ad Interesse, si secundo inuestitus sciuerit, alteri iam feudum fuisse promissum, vel clau-

Reliquis, quibus feudum præstare nequit dominus, tenetur ad Interesse.

 sula

* *II. F. 7. c. 1. II. F. 8.* IVS FEVD. SAX. *Cap. IX.* ALEMANN. *Cap. XII.*

** *II. F. 8.*

ſula fuerit adiecta : *ſaluo iure alterius.* * Quod ſi vero, mortuo ſine liberis poſſeſſore, quis adprehendat poſſeſſionem, qui ius ſuccedendi in feudo prætendit, dominus cedendo actionem liberatur. Dum illi, qui Expectatiuam impetrauerit, incumbat probare, feudum vere fuiſſe apertum. ** Aliud eſt, ſi ex iure prioris Expectatiuæ quis poſſeſſionem adprehenderit, tunc enim dominus cedendo actiones non liberatur.

§. IX.

Expectatiua ſemel conceſſa reuocari nequit.

Neque tamen Dominus Expectatiuam ſemel conceſſam poterit reuocare. *** Aliam vero Expectatiuam poterit concedere cum clauſula anteferri, hoc caſu tamen tenebitur prioribus ad id, quod intereſt. Iſta clauſula locum non habet, ſi prior iamdum abuſiue fuerit inueſtitus. **** Datur etiam illi, cui Expectatiua fuit conceſſa, contra Dominum actio perſonalis ad rem ipſam, ſiue, ſi hoc fieri nequeat, intereſſe præſtandum. *****

§. X.

* HORN *Cap. XII.* §. *X.*

** B. PARENS *Cap. VII. aphor. VII. num. 4.*

*** CARPZOV *Part. II. conſt. XLV. def. II.*

**** MARTA *de Clauſulis I. concl. CXII. n. 1.* HORN *Cap. XII. n. XI.*

***** B. PARENS *Cap. VII. aph. VII. n. 5.*

§. X.

De eo supereſt Quæſtio, an Expectatiuarius, feudum apertum propria autoritate poſſit occupare. Diſtinguendum eſſe puto, an nudam ſaltim Expectatiuam obtinuerit, an vero abuſiue fuerit inueſtitus. Sin illud, ad tradendum poterit agere, dum ipſi ſaltim actio perſonalis competit; niſi ipſi facultas occupandi feudum, caſu exſiſtente, ſigillatim fuerit conceſſa; * ſin hoc, propria autoritate occupare poterit feudum vacuum, dum a domino ipſi iamdum ius ad feudum accipiendum fuerit conceſſum. ** Præſcribit tamen Ius Feudale Saxonicum & Alemannicum, vt Expectatiuarius indicet domino mortem poſſeſſoris, & petat immiſſionem.

An expectatiuarius feudum apertum propria auctoritate poſſit occupare.

* Prout per PAC. WESTPH. *art. XI.* §. *6.* Electori Brandenburgico Expectatiua in Archi-Epiſcopatum Magdeburgicum conceditur, cum iure, propria autoritate vacantem adprehendendi poſſeſſionem.

** IVS FEVD. SAXON. *Cap. VII. Leihet ein Herr Frauen-oder Mannen Geding am Gute, das eines Andern iſt, ſtirbet denn dieſer, der es beſitzet, und in Gewehren hat, ſo iſt die Gewehr des Gutes erſtorben mit ſampt dem Gute, an dem das Geding gelihen war. Zuvor aber war es nur ſein, unter dem Gedinge und Beſcheid, ob*

nem. Quod si igitur dominus inuesti-
turam abusiuam non neget,* & in mora
sit immittendi, tunc propria autoritate
possessionem poterit adprehendere Ex-
pectatiuarius,** atque intra annum &
diem petere inuestituram. Si vero
alius

der Mann one Erben stürbe, der das Gut zu Leben hatte. Denn nach seinem Todt, so würde es allererst sein recht Lehn. IVS ALEMANNICVM *Cap. XIII.* MATTH. COLER *Dec. CXIII* HARTM. PISTORIS *Quaest. XXV. num. 26.* MOD. PISTORIS *Part. I. quaest. XIX. num. 3.* GAIL *Lib. II. obseru. 152. num. 14.* BERLICH *Part. II. conclus. LIV. num. 62.* CARPZOV *Part. II const. XLV. d. II. n. vlt.* B. PARENS *Cap. VII aphor. VII. num. 6.* HORN *Cap. XII. aphorism. XIII.* HILLIGER *de vasallo propria autoritate sibi ius dicente p. 20. seqq.*

* Pergit Ius SAXONICVM, *Doch mus der Mann des Gedinges, wie Recht ist, erinnern, in rechter Iarzeit, nachdem es ledig ward, ob es ihm der Herr leugnen wolte.*

** Pergit Ius Saxonicum, *Denn wenn der stürbe ohne Lehns-Erben, der das Gut besitzet und in Gewehren hat, so mag sich gleichwohl der Herr des Gutes unterwinden, und dasselbige einnehmen, ob er sich gleich nicht entsinnen kœnte, daß er das Gedinge am Gute einem andern verliehen hatte. Unterwindet sich aber auch der, dem das Gedinge oder Anwartung*

alius iam occupauerit feudum apertum,* idem magistratus opem ad possessionem adprehendendam poterit implorare.**

§. XI.

Is igitur, qui simplicem saltim habet Expectatiuam, Remedio adipiscendæ possessionis vti nequit, saltim actione personali ad rem tradendam, nisi ipsi facultas fuerit concessa feudum adprehendendi. Qui vero in ea abusiue fuerit inuestitus, eodem gaudet. Quod si tamen possessionem semel fuerit adeptus, remedia retinendæ vel recuperandæ possessionis ipsi recte competunt. *** Neque tamen vti poterit Interdicto Quorum Bonorum, quod alias datur Quænam remedia habeat expectatiuarius.

am Gute zuvor gelieben war, eher denn der Herr, er verleuret damit nichts, doch daß er sein Gedinge zu handt beweise, und das Gut mit seinen Rechten daran vertrete, gegen seinen Herrn. SCHILTER *p. 138.*

* Nec incidat in pœnam *l. 7. C. si quis in tantam, Vnde vi* statutam.

** SCHRADER *Part. V. cap. II. num. 36.* D. PARENS *Cap. XIII. aph. X. num. 5.* HORN *Cap. XII. §. XII.*

*** ROSENTHAL *Cap. XII. concl. XII. n. 38. Cap. VII. concl. LI. num. 7.* MENOCHIVS *I.*

datur hæredi contra eum, qui pro hærede possidet, dum Expectatiuarius tanquam tertius considerari debeat, huic vero, cui res a tertio possessa vendita, non competit, nec etiam legatario, in quem alias dominium rei legatæ ipso iure transit. * Quod si vero Expectatiua fuerit legata, tunc ipsi Remedium ex *l. fin. C. de Edicto D. Hadriani toll.* non erit denegandum, vt, exhibitis Expectatiuæ tabulis non vitiosis, in possessionem mittatur, dum possessio feudi etiam ante inuestituram in vasallum possit transire. **

§. XII.

Ad feudi alienationem expectatiuarii consensu opus non est.

Ad feudi alienationem, eius consensu opus non est, qui Expectatiuam in feudum habet, neque is reuocare feudum poterit a possessore rite alienatum. *** Firma etiam manet alienatio, licet

Remed. recup. possess. num. 50. VVLTEIVS *II. F. I. n. 15.*

* *l. 2. C. Comm. de legatis.*

** Vti videmus ex *Art. X.* Pacis Osnabrugensis, dum Suecis diuersa Imperii feuda in possessionem traduntur ante inuestituram. EYBEN *El. I. Feud. cap. V.* §. *VII.* HORN *Cap. XII. aph. XIV.*

*** IVS FEVD. SAX. *Cap. V. LVII.* HARTM. PISTORIS *Lib. II. cap. XXVIII.* B. PARENS

licet possessor, qui alienauit, postea sine hæredibus feudalibus decesserit, quia conditio per alienationem est interuersa, atque in successione feudorum semper status, qui fuit tempore mortis vasalli, est considerandus. Alia tamen est ratio agnatorum vel simultanee inuestitorum, quibus ius succedendi ex lege vel pacto competit.* Dominus autem, qui in alienationem feudi, cuius expectatiuam alteri concessit, consensit, ad interesse præstandum est obligatus, dum alienatio & consensus in istam in caussa est, quo minus conditio exstiterit.**

§. XIII.

Nec etiam solummodo illi, cui Dominus promisit, sed etiam post mortem ipsius, hæredibus, si ad ipsos etiam expectatiua fuerit directa, dominus ad promissionem adimplendam est obligatus.*** Idemque obtinet, etiam si hæredum

Dominus tenetur expectatiuario & ipsius hæredibus.

Cap. VII. aph. VII. num. 7. HORN *Cap. XII. §. XII.*

* CARPZOV *Part. II. const. XLV. d. XVI.*

** SCHVRF *Cent. II. consf. XXXIII.* B. PARENS *cit. loc.* HORN *Obs. Feud. cap. III.*

*** *I. F. 9. inuestitor & inuestitoris haeredes tenentur inuestito vel haeredi veniente tempore vel conditione.* Contrarium equidem definire videtur Ius Sax. Feudale Cap. XI. *welch Gut*

redum nulla facta fuerit mentio, modo non adsit expressa ad certam personam restrictio, * idque siue per conuentionem, siue per vltimam voluntatem, Expectatiua fuerit concessa, dum, licet legatum sit conditionale, si feudum fuerit apertum, conditionalia autem legata, mortuo legatario, ante quam conditio exstiterit, euanescant, ** intrinseca tamen est conditio, ex rei natura proueniens, cum feudum ab alio possessum alteri negari nequeat, ideoque non impedit transmissionem, *** atque successio, si expectatiua pure fuerit concessa, nec ad gradus adgnationis, *nach rechter Sipp-Zal*, directa, prout in descendentium

einem nach der Belehnung nicht angeweiset ist, und es auch in seinem Gewehren nicht hat, mit dem mag er auch nicht folgen an einen andern Herrn (ob der vorige Herr stirbet) er kan es auch nicht erben an seinen Sohn. Prius tamen vsu esse receptum praxis docet, & HARTM. PISTORIS *P. II. qu. XXV. n. 32.* CARPZOV *P. II. const. XL. d. IX. num. 5.* B. PARENS *Cap. VII. aph. VIII. n. 8.* HORN *Cap. XII.* §. *XVII.*

* HARTM. PISTORIS *cit. loc. n. 32.*

** *l. 21. π. quando dies legati. l. 1.* §. *7. de Caduc. toll.*

*** *l. 1.* §. *3. π. de cond. & dem. l. 99. eod. l. 15. π. de Tritico, vino leg.*

um successione moris est, fit in stirpes,* idque ex iure repræsentationis, quæ alias inter descendentes obtinet. **

§. XIV.

Tenentur etiam Domini concedentis hæredes vniuersales, qui ius a defuncto habent, licet illorum in concessione nulla facta fuerit mentio, expectatiuam a maioribus concessam seruare.*** Licet etiam expressum fuerit,

Tenentur etiam domini concedentis hæredes.

* BERLICH *Part. II. concl. LIV. n. 69.*

** VVLTEIVS *de Feudis I. cap. IX. num. 100.* WESENBECIVS *de feudis Cap. VI. n. 14.* HARTM. PISTORIS *Part. II. qu. XXII. n. 1.* B. PARENS *Cap. VII. aph. VIII. n. 3.*

*** *I. F. 3. I. F. 9. II. F. 26. c. moribus.* SCHRADER *Part. III. cap. II. n. 24.* ROSENTHAL *Cap. VI. concl. XV. n. 8.* & licet COLERVS *Dec. LXXXVIII.* contrarium adserat, prouocans ad Brocardicum Iuris Saxonici, *Cap. V. XI. XXV. LVII. Am Geding ist keine Folge*, nisi hæredum expressa mentio fuerit facta, quem sequitur AVGVSTINVS LYSERVS de *iniquitate expectantiarum*, §. *XXXVI.* BEYER *de obligatione successoris illustris*, §. *XLII.* Immo Lyserus autumat, ipsum Dominum Expectatiuam concedentem eam posse reuocare. De contraria tamen consuetudine, quod heredes obligentur, licet illorum nulla facta fuerit mentio, testan-

rit, si mihi feudum aperiatur, hæredes exclusi non censentur, modo non adiiciatur expressa restrictio ad personam, *wenn das Lehn bey meinem Leben erlediget wird*, tunc nec hæredes vniuersales, si feudum viuo concedente non fuerit apertum, amplius non obligantur. * Idem etiam in feudis Imperii obtinet. ** Successores particulares vero, & qui Iure electionis vel ex Iure primi adquirentis succedunt, si ante moriatur promissor, quam conditio exstiterit, & feudum ab eo quis fuerit consecutus, regulariter talem promissionem, si etiam inuestitura abusiua accesserit, ratam habere non tenentur, nisi ad facta defuncti præstanda ex pacto obligentur. ***

§. XV.

tur HARTM. PISTORIS *Lib. II. quæst. XXVI. n. 17.* CARPZOV *Part. II. Constit. XLV. def. V. n. 6.* B. PARENS *Cap. VII. aph. IX. n. 2.* HORN *Cap. XII. §. XV.*

* ROSENTHAL *Cap. VI. concl. XV. num. 2. 5.* SCHEFFER *Part. II. quæst. pract. XLV.* HARTM. PISTORIS *Lib. II. quæst. XXVI. concl. XV. n. 2.* BERLICH *cit. loc. num. 28.* B. PARENS *Cap. VII. aph. IX. n. 3.*

** IO. OTTO TABOR *de oblig. succ. in officio Cap. V. n. 2.* MYLER ab EHRENBACH *Nomol. Cap. XVI.*

*** Sic Carolus Gustauus antecessorum ex-

§. XV.

Hinc Clerici, vtpote Episcopi vel Abbates successores, non tenentur Expectatiuam ab antecessore concessam adimplere, nisi feudum viuo adhuc concedente, fuerit apertum. * Excipiuntur tamen certi casus, quibus etiam successor obligatur, vtpote si Expectatiua totius Capituli consensu fuerit concessa, tunc etiam defuncto licet antecessore, ad factum Capituli praestandum tenetur successor. ** Deinde obligatur successor, si Expectatiua fuerit concessa vtilitate vel necessitate Ecclesiae illud vrgente, vel in remunerationem meritorum vel seruitiorum Ecclesiae praestitorum, feudum alicui fuerit

Ecclesiastici successores qua ratione ad Expectatiuam antecessoris obligentur.

V 2

spectatiuas aboleuit PVFENDORF *Lib. II. cap. VIII.*

* *I. F. 3. 28. II. F. 26. c.* moribus. *nam si ecclesiastica persona talem faciat inuestituram, non aliter valebit, nisi sibi, non etiam successori suo feudum aperiatur, II. F. 30.* Ratio in *c. 2. de donat.* est fundata, quia praelati saltim procuratores rerum Ecclesiasticarum vocantur.

** BORN *de Expectatiua* §. 24. ROSENTHAL *Cap. III. concl. XVI. n. 7.* B. PARENS *Cap. VII. aph. IX. n. 6.* BOEHMER *Iure Eccles. Lib. III. tit. XX.* §. *XLII.* ratio est, quia etiam alienatio cum Capituli consensu sit valida.

rit promiſſum.* Tertio ſucceſſor obligatur, ſi Expectatiuarius inſimul non ſolum abuſiue fuerit inueſtitus, ſed etiam conſenſu vaſalli poſſeſſoris, in poſſeſſionem miſſus. ** Quarto obligatur ſucceſſor, ſi viuo adhuc anteceſſore promittente, feudum fuerit apertum, illud vero nondum traditum, dum promiſſionis conditio, ad quam Expectatiua directa, extiterit. ***

§. XVI.

* Talis enim infeudatio Epiſcopi locum habet, vt ſupra diximus, multo magis expectatiua, CARPZOV *Part. II. Conſtit. XX. §. XXI.* B. PARENS *Cap. VII. apb. 9. n. 7.*

** *I. F. 3. niſi ille, qui inueſtituram acceperit, nomine eius in poſſeſſionem miſſus feudi ſit, eo conſentiente qui detinet.* Et licet Interpretes, ROSENTHAL, BITSCHIVS ſuper hoc textu admodum ſe torqueant, atque hunc caſum ſupponant, quando vaſallus poſſeſſor feudo ſe abdicat in fauorem expectatiuarii, verba tamen ſatis clara mihi videntur, quod expectatiuarius, vaſallo poſſeſſionem detinente, cum ipſius conſenſu in ipſam ſimultanee fuerit admiſſus, ROSENTHAL *Cap. VI. concluſ. XVI. n. 8. ſeqq.* B. PARENS *Cap. VIII. apb. IX. n. 8.* BOEHMER *Iure Eccl. Lib. II. tit. XX. §. XLVIII.*

*** MATT. de AFFLICTIS *in c. 1. qui ſucc. in feud. dar. ten. n. 30.* SCHRADER *Part. III. cap. II. n. 25.* ROSENTHAL *Cap. VI. concluſ. XVII.*

§. XVI.

Circa laicos eadem valet distinctio. Successor enim singularis, qui in regno, Ducatu, prouincia & Dominio directo non iure hæreditario, sed per electionem succedit, expectatiuam ab antecessore concessam seruare haut tenetur, * nisi conditio viuo adhuc antecessore extiterit, prout supra dictum, ** vel consuetudine fuerit introductum, vt successores etiam singulares ad Expectatiuas antecessoris teneantur, prout

Laici successores particulares qua ratione obligentur.

V 3

NIC. EVERHARD *Conf. I.* B. PARENS *Cap. VII. aph. IX. n. 10.*

* SIGISM. FINCKELTHAVS equidem *Disput. feud. VII. contr. XII. lib. 6.* contrarium sentit, fundans se in *I. F. 25. c. vlt.* *Si dominus, qui inuestiuit, forte sit clericus, & contigerit, vt ante moriatur, quam vasallus possessionem feudi nancisceretur, exinanitur feudum. Quod generaliter in omnibus clericis, qui feudum dant, obseruatur* & *II. F. 35.* Verum textus isti de illo casu saltim intelligendi videntur, si feudum viuo promittente non fuerit apertum, dum nostra thesis *I. F. 3.* satis aperte decidatur, *sed si ille, qui feudum possidet, prius decesserit, quam ille, qui inuestituram fecit, iure cogitur* (successor) *eam ratam habere.* Idem dicitur *I. F. 9.* Adde B. PARENTEM *Cap. IX. aph. IX.*

** *Superiori §.*

prout in Imperio noſtro Romano-Germanico videmus, in quo non ſolum priores Expectatiuæ confirmantur, ſed etiam Impp. poſt Capitulationem Ferdinandi II. ad Expectatiuas anteceſſorum cum Electorum conſenſu conceſſas obligantur. * Idem dicendum, ſi feudum ſuperiori fuerit apertum, tunc etiam euaneſcit inueſtitura ab inferiore conceſſa. ** In feudis ex pacto & prouidentia diſtinguendum eſt inter filios & agnatos. Iſti expectatiuam patris ſeruare tenentur, *** qui licet ius ſuum æque a primo adquirente habeant, illud tamen per parentem adquirunt, & hæredes ſunt vniuerſales. Adgnati vero Ius ſuccedendi

* ITTER *de feudis Imperii Cap. X. §. IV. VII. VIII.* MASCOV *de Expectat. in feuda Imperii* §. *XXIII.* HORN *Cap. XII. §. XVI.*

** SCHRADER *Part. III. cap. II. n. 26.* CARPZOV *Part. II. conſt. LXV. def. VIII.* B. PARENS *Cap. VII. aph. IX. n. 6.*

*** *I. F. 3. Laici vero iisdem modis omnibus, quibus ſupra diximus, ſi aliis inueſtituram dederint, hæredes eorum, ſi rationibus claruerint, omnimodo eam adimplere compellantur,* & *I. F. 9.* in quibus textibus ſub hæredum nomine ſoli ſignificantur deſcendentes *I. F. 8. c. 1. I. F. 13. legitimo hærede maſculo*, quod verbum

cedendi nec a defuncto nec per defunctum habent, ſed a ſolo primo adquirente. * Nec qui ex pacto ſuccedunt, tenentur, quia Ius illorum æque eſt ſingulare, niſi in pacto confraternitatis vel ſucceſſorio exprimatur, quod ſucceſſor anteceſſorum facta præſtare teneatur, tunc ex pacto obligatur.

§. XVII.

Sunt tamen certi caſus, quibus ſucceſſor ſingularis ad expectatiuam anteceſſoris, caſu exiſtente, obligatur. Primo, quando ſucceſſor conuentiones & conceſſiones ſub initium conceſſæ adminiſtrationis confirmauit, & ad iſtas ſeruandas ſe obligauerit. Deinde, ſi neceſſitate atque vtilitate exigente, & ob bene merita expectatiua fuerit conceſſa. Tertio obligatur, ſi ſimul hæres ſit in allodio. Quarto, obligatur ex pacto vel proprio vel maiorum, ſi ipſe, vel maiores in Expectatiuam conceſſam conſenſerint, ad eandemque ſe obligauerint.** Succeſſor particularis quando obligetur.

V 4 CAP.

ita intelligendum eſt in feudo, id eſt ſine filio maſculo) *I. F. 18. c. ſi aliquis. II. F. 9. 11. 12. 17. 28. c. bis conſequenter.*

* *arg. II. F. 45.* HARTM. PISTORIS *Lib. II. qu. XXVI. num. 19. 20.* B. PARENS *Cap. VII. aph. IX. n. 12.*

** HIER. SCHVRF *Cent. II. Conſ. LIX. n. 4.*

CAPVT DECIMVM
DE
CONSTITVTIONE FEVDORVM PER COLLATIONEM ET OBLATIONEM.

§. I.

Feuda de nouo qua ratione constituantur.

DE nouo feuda constituuntur, dum ex re antea allodiali atque infeudari non solita fit feudum. Hoc vero fit vel *per Collationem*, vel *per Oblationem*. Collatio locum habet, si princeps de dominio suo terras quasdam antea non feudales vel prædium quoddam Camerale, *ein Cammer-Vorwerck*, alicui in feudum concedit. Vel, si Vniuersitas, vel priuatus etiam, prædium antea allodiale alicui in feudum confert, id quod inde de nouo constituitur. Vel, si Dominus rem antea allodialem mutat in feudalem.* Talis vero vasallus in feudo nouiter concesso iisdem iuribus gaudet, quæ ipsi fuerunt concessa.

§. II.

B. PARENS *Cap. I. num. 14. seqq.* BORNIVS *de Expectatiua.*

* Sic Wilhelmus Iuliacensis anno 1497. Raboroni de Plettenberg prædium Kessenich *aus einem Scheffengut* fecit *ein Adelich Lehn*,

§. II.

Ad feudi vero constitutionem, vt Contractus feudalis præcedat, siue tacitus siue expressus, requiritur. * Contractus feudalis initur, dum dominus dominium vtile promittit, & vel per inuestituram propriam tradit, vel per abusiuam adsignat, vasallus véro ad fidem feudalem se obligat & seruitia. Hic omnino peculiaris est contractus, Iure Ciuili non definitus. ** Consensualis tamen est Contractus, atque sua natura bonæ fidei, licet verba litterarum inuestituræ potissimum stricte sint interpretanda.

Contractus feudalis quid sit.

§. III.

Deinde, feudum constituitur *per oblationem*, dum quis rem suam allodialem & liberam, alteri in feudum offert, *Erb-Gut zu Lehn auftrægt*, quod vocatur feudum oblatum, *ein aufgetragen Lehn.****

Feuda quibus ex caussis offeruntur.

V 5 Variæ

Ritter-und Manngut, THVMMERMVTH *Fund. II. num. 40.*

* Atque hoc est, quod *I. F. 25.* dicitur: *feudum sine inuestitura, nullo modo constitui potest.*

** ERICVS MAVRITIVS *Posit. Feudal. VII. §. IV.* diuersorum adlegat sententias, adde HORNIVM *Cap. XII. §. II.*

*** Vocantur alias etiam *feuda recognita,*

Variæ autem eiusdem oblationis reperiuntur causæ, vel ob metum rei in solidum amittendæ, quam vt conseruarent potentiori terras alias liberas in feudum offerunt, prout Haraldus Daniæ Rex Ottoni M. cui par non erat, anno 948. regnum suum in feudum obtulit. * Liuoniæ Magister Curlandiam ex

quod tamen de omnibus feudis dici potest, vel *appropriata*, qualia tamen sunt allodialia ex feudis transmutata. THVMMERMVTH *II. Fund. Par. Cur. num. 215.* vocat *impostitia.* In Hollandia vocantur *feuda bona*, IOAN. de LAET *descr. Holland. cap. IX.* BESOLDVS tamen voce *aufgetragen Lehn*, testatur, notandum hic, *das die Wort freywillig ungezwungenlich aufgeben, ausser Ihr Gewalt und Gewehr setzend, nicht arguiren, daß es ein aufgetragen Lehn sey. Dann dergleichen Formuln bey der alten Lehn-Empfängnissen, præsertim si vasallus, qui est legitimus successor, iam ante Inuestituram, prout facere potest, rei feudalis possessionem apprehenderit, sehr gemein, und pro Stylo communi observirt worden.*

* ADAMVS BREMENSIS *Lib. II. cap. II.* HELMOLDVS *Lib. I. cap. IX.* ALBERTVS STADENSIS *ad a. 948.* Idem dicendum de Casimiro & Bogislao, Slauorum Principibus, qui Danicarum virium metu, se & prouinciam suam Pomeraniam Friderico I. Imp. in feudum obtu-

ex pacto obtulit, * vel ob deuotionem erga Ecclesias, cuius medio æuo copiosa sunt Exempla, ** vel ob earundem defen-

lerunt SAXO-GRAMMATICVS *Histor. Dan. lib. XVII. p. 375.*

* Extat apud CHYTRAEVM *Saxonia lib. XX. pag. 529.* Idem olim dicendum de Borussia. Sic Comites de Orlamünda iuri allodiali in oppidum Vinariam 1346. renuntiarunt, idemque a Friderico Graui, Thuringiæ Landgrauio in feudum acceperunt. *Histor. Landgr. Thur. cap. 6.* HORTLEDER *Lib. V. cap. XXVI. §. 3.* Grœningenses anno 1504. Georgio Saxoniæ Duci obtulerunt, agri nomine clientelam, & professi sunt eum feudi dominum se inposterum agnituros, apud VBBONEM EMMIVM *Rer. Fris. lib. XI. pag. 443.* Plura exempla suppeditat HERTIVS *de feudis oblatis Part. I. §. IV.*

** Ob redemptionem animæ, *zum Seelenbad.* HELMOLDVS *lib. I. c. LXIX. vbi Dux vel Marchio, vbi in regno principatus quantumlibet magnus, qui Pontificibus manus non offerat; recusatus opportune, importune se non ingerat? Certatim currunt, vt homines fiant bonorum Ecclesiæ.* Sic Conradus de Winsberg ob vtilitatem & honorem ecclesiæ Fuldensis offert quædam bona. LVDEVVIG *Reliqu. Tom. II. p. 267.* Adde *Tom. IV. p. 211.* Vide *Traditiones Fuldenses, Documenta Würtenbergensia,* MIRAEI *Codicem donationum piarum,* HERTIVM *Part. I. §. V.*

defenſionem, * vel ob officium quoddam Epiſcopatus obtinendum. ** Partim etiam ob propriam defenſionem,*** tum vergente apud Germanos iure manuario, poſſeſſores liberorum allodiorum ipſi ſe defendere non poſſent, vt igitur protectione gauderent, potentioribus ſua allodia in feudum obtulerunt, & potiſſimum Epiſcopis & Abbatibus, quorum ſeculo ſuperſtitioſo maior adhuc erat auctoritas, dum ſuos &

* Prout videmus in feudis Electorum Secularium ab Epiſcopo Bambergenſi, a temporibus Henrici II. Imp. vide *Synt. Iur. Publ. Cap. XVI. §. XXII.*

** Qui factum, vt potentiores Epiſcopi haberent ſuos quatuor Officiales hæreditarios, qui etiam vaſalli erant, *Syntagm. Iuris Publici Cap. XVIII. §. XXI.* HERTIVS *Part. I. §. V.*

*** ROSENTHAL *de Feudis Cap. II. concluſ. XXIV. pr.* & *Cap. VI. concl. LXVIII. num. 17.* docet, innumera ſe antiquarum inueſtiturarum monumenta vidiſſe, in quibus nobiles ante annos plus minus ducentos bona ſua in ſinum potentiorum delata in feudum receperint, vt hac ratione tutelam ſibi compararent & ſecuritatem. REINHARDVS GEMMING apud BESOLDVM *voce Reichs Stand*, WEHNER *voce Kreis*, GEORG EVERHARD *I. Conſil. XLIX. ab init.* HERTIVS *Part. I. §. VIII. IX.*

& vasallorum suorum aggressores banno notarent.* Quandoque vrgens æs alienum,** propria vtilitas, *** vel ad restringendam diuisionem, caussæ fuerunt oblationis.****

§. IV.

* Inde tot feuda Ecclesiastica *Krumbstabs-Lehn*, quæ plerumque oblata, vide THVMMERMVTH, BOEHMERVS.

** Ex hoc capite Comitatus Waldeccensis anno 1438. Hassiacæ domui fuit oblatus.

*** Ex hac ratione, Otto Puer patrimonium suum Guelphicum anno 1235. Friderico II. Imp. in feudum obtulit, vide CORPVS HIST. GERM. *Per. VII. S. VI.* §. *XI.* Hinc Vlricus, primus Frisiæ Comes Imperii se beneficiarium agnouit, ne populus colla iugo eriperet, obseruante FELTMANNO *Lib. I. de Tit. Honor. cap. XLV.* §. *XXIII.* Patet hoc ex litteris Inuestituræ, apud BRENNEYSEN *Ost-Friesischer Historie Tom. I. lib. II. n. XXIX.* vbi Fridericus III. Imp. anno 1454. Vlrico in feudum confert terras Frisiæ orientalis, hoc adiecto: *die Uns und dem Heiligen Reich von alten Herkommen rechtlich zugehæren, und zu mannigen Zeiten partheylich und ungehorsam gewest sind, und Er dieselben Lande mit grosser Tugend und Vernunfft vereinigt hat, und fürbaß zu vereinigen gedencket, und Uns und dem Heiligen* Reich *alle und iede zu Lehn gemachet hat.*

**** Prout in Flandria potissimum obtinet.

§. IV.

An iure Longobardico de feudis oblatis quidpiam statutum.

Licet autem hæc exempla satis doceant, feuda oblata Iure Germanico fuisse introducta vel vsitata, nihil tamen Iure Longobardico de iisdem videmus statutum. Licet enim eodem * paterni allodii fiat mentio, potius tamen feudum nouum intelligitur. Nec allodium infeudatum ad feuda oblata poterit referri, vbi dicitur, ** *Si vero contigerit, allodium aliquod etiam infeudatum conferri Ecclesiæ vel pro oblatione fidelium, vel per emtionis & venditionis alteriusue huius modi contractum, infeudatus, nisi per gratiam Ecclesiæ, tanquam de nouo recipere, feudum, quod habeat, retinere non poterit.* Bona enim Ecclesiæ sub allodii nomine olim veniebant, *** & si Dominus directus

HERTIVS *Part. I.* §. *XIV.* qui etiam plures caussas adlegat. Vide plura Exempla apud SCHILTERVM *Comm. ad Ius Feud. p. 458.*

* *II. F. 17. Alii dicunt, per filiam debere recognoscere, cum de paterno allodio esset hoc feudum.* Nullum igitur aliud intelligitur quam tale patris pecunia primum procuratum.

** *II. F. 54.* Vide THOMASIVM *de feudis oblatis* §. *VII.* MÜLLERI *Staats-Cabinet III. Eræffn. Cap. VI.*

*** Prout supra demonstraui *Cap. IV.* §. *IX.*

rectus talia sub feudi lege concesserit, & Ecclesia eadem iterum in feudum contulerit, infeudatus, si feudum retinere velit, illud ab Ecclesia recognoscere tenetur.

§. V.

Offerri autem possunt omnia bona, liberæ adquisitioni relicta, nec fideicommisso vel pacto subiecta, siue præsentia sint siue futura, * & quidem vel per conuentionem vel per vltimam voluntatem. ** Id quidem non offerens solum, sed etiam hæredes eius, vt conuentioni satisfaciant, obligantur. *** Fieri etiam potest oblatio per traditionem, si quis rem suam allodialem sciens ab aliquo in feudum recognoscat, atque inuestituram suscipiat, tunc enim breui manu

Quænam bona possint offerri.

* B. BARENS *Cap. VII. aph. X. num. II.* Exemplum apud MIRAEVM *Donat. Belg. 113. Et quidquid Berthoudus tenet & tenebit ac eius heres & successores a nobis ac nostris successoribus in feudum tanquam homo noster ligius seu nostrorum successorum Episcoporum Leodiensium, qui erunt pro tempore.* Adde PONTANVM *Hist. Geldr. a. 1426.*

** ROSENTHAL *Cap. VI. conclus. LXVIII. §. 18. seqq.*

*** B. PARENS *Cap. I. n. 5.* HERTIVS *Part. II. §. XXXI.*

manu translatum esse dominium directum censetur, nisi error subfuerit, vt quis rem allodialem pro feudali habuerit, qui actum viciat.* Nec sufficit bona allodialia ad œconomiæ commoditates feudalibus iungi, dum oblatio & recognitio siue mutatio allodii in feudum requiratur. ** Neque etiam ista oblatio, quantiuis etiam pretii bona fuerint, iudiciali indiget insinuatione, dum non simplex sit donatio, sed ob patrocinium & defensionem concedatur, *** & plerumque offerentes sint Principes vel Comites, qui eiusmodi insinuatione opus non habent. Et licet Iure Saxonico antiquo rei propriæ oblatio subsistere non possit, nisi dominus proprietatem anno & die possideat, **** idque ad

* ROSENTHAL *cit. loc. n. 17.*

** ROSENTHAL *cit. loc. num. 26.* COLERVS *Dec. CCXIX.* B. PARENS *num. 1.* B. DE LYNCKER *de bon. allod. in feud. incorporat. §. VI.* SANDE *Consuet. Geldr. tit. II. cap. V. §. I. n. I.* HERTIVS *Part. II. §. XXXIV.*

*** ROSENTHAL *cit. loc. num. 25.* qui vberius hac de re disputat. HERTIVS *Part. II. §. XXX.*

**** LANDRECHT *Lib. I. art. XXXIV.* COLER *Dec. LXXX.* MÜLLERI *Staats-Cabinet Part. III. cap. II.*

ad excludendam actionem adgnatorum reuocatoriam, illud tamen hodie non amplius obseruatur.*

§. VI.

Feuda etiam siue pure siue sub conditione oblata, regulariter sunt mascula, ex pacto & prouidentia, propria, cum seruitutibus, nisi per conditiones & pacta adiecta hæc propria feudorum natura immutata fuerit in impropriam. ** Hinc etiam omnes feudorum diuisiones feudis oblatis competunt. Dum autem offerens de certis conditionibus sibi prospicere soleat, inde fit, vt feuda oblata ob pacta adiecta plerumque esse soleant vel mere hæreditaria, prout Silesiaca & Lusatica, vel fœminea, prout ecclesiastica & Fuldensia, vel etiam

Cuius naturæ & indolis sint feuda oblata.

* ANDR. KNICHEN *de Vestit. Pact. Part. I. cap. II. n. 272.*

** Plurimum de eo disputatur. TABOR *Ichnogr. feud. Part. I. §. VII.* RHETIVS *I. F. I.* propriis annumerant. Econtrario ea pro impropriis habent WVRMSER *de feudis impropriis*, atque alii apud EYBEN *Electis feud. Cap. IX. pag. 213.* THOMASIVS *de Feudis oblatis Cap. I. §. LXI.* HERTIVS *Part. II. §. I.* ratione primæ originis & actus constitutionis inter impropria refert, licet pro statu feudorum hodierno inter propria omnino sint computanda.

X

etiam franca, licet noua iſta potius præſumantur, niſi probetur contrarium. * Nec etiam bona per oblationem in feudum, collectis & tributis fiunt immunia, cum iſta prædiis inhæreant, & ſingularem requirant immunitatem atque exemptionem. ** Nec etiam feuda oblata ſemper arguunt, ipſorum poſſeſſores Iuri Landſaſſiatus eſſe ſubiecta, dum a domino directo ad ſuperioritatem non ſemper liceat argumentari, *** niſi ex ſtatu Prouinciæ, **** vel pactis aliud quid poſſit concludi. *****

§. VII.

* HERTIVS *Part. II.* §. *XI.* Sic oppidum in Valckenau Ioanni Boemiæ Regi a. 1339. in feudum fuit oblatum, cum pacto ſucceſſionis fœmineæ, ac liberæ alienationis LVDEWIG *Tom. VI. p. 34. 37.*

** HERTIVS *Part. II.* §. *XVII. XVIII.*

*** Vide SYNT. IVR. PVBL. *Cap. V.* §. *V. Waldeckiſche Ehrenrettung Lib. I. cap. VIII.*

**** Vide VVERNHER *de Landſaſſiatorum probatione ex ſitu terrarum*, SYNT. IVR. PVBLICI *cit. loc.*

***** Prout HERTIVS *Part. II.* §. *XXVI.* exinde Waldeccios Haſſiæ Landgrauiis eſſe ſubiectos arguit, cum ſe obligauerint *als Erb-Männer, Unterthanen und Landſaſſen*, Landgrauios adgnouerint *als Erb-Herren.*

§. VII.

Licet autem cuiuis, qui bona sua habet in dominio, illa liceat in feudum offerre, prohibentur tamen prælati, qui sine consensu Capituli hoc facere nequeunt. * Deinde etiam quandoque lege publica, ** vel pacto prohibentur, prout vel per pacta gentilitia, *** vel etiam per pacta Ganerbinatus hoc fieri

Bona in feudum offerri non licita.

X 2

* Vide supra *Cap. VI. §. IV.*

** Sic CAPITVL. LEOPOLDI *Art. III.* vbi prohibetur, ne subditi sub prætextu dominii directi eximantur. Hinc, cum Fridericus Henricus Arausionensis Princeps Meursensem ditionem in feudum offerret, resistebant Fœderati Belgii Ordines, dicentes, nullum beneficium neque publice neque priuatim a domo Austriaca accipi oportere. FELTMANN *de Titul. Hon. lib. II. cap. X. §. XII.*

*** SPEIDELIVS *voce aufgetragen Lehn* dicit in Solmensi vnione a Rudolpho II. anno 1578. confirmata, contineri, *Ferner sollen und wollen Wir oder Unsere Erben Unsere gegenwærtige oder zukünfftige Graff-Herrschafften, Lande, Leut, Gühter, Zinß, Renthen, wie solche Nahmen haben mægen, gentzlich oder zum Theil nimmermehr zu Lehen machen, noch auftragen, daß geschehe dann mit aller der Zeit lebendigen Graffen zu Sulms guten Wissen und Willen.*

fieri ſolet. * Nec etiam in fraudem Creditorum bona licebit in feudum offerre. ** Nec bona fideicommiſſo ſubiecta, *** eo quod libertas diſponendi de iis eſt reſtricta, nec res alienæ recte in feudum offerri poſſunt, quod ſi tamen fiat, dominus vaſallo aut fundum reſtituere, aut aliud prædium feudale ſubſtituere tenetur, ita vt optio ſit penes vaſallum, **** dum feudi domino

* CARPZOV *lib. I. Reſp. LXXXIII.* HERTIVS *Part. II. §. VIII.*

** DESOLDVS *Part. II. Conſ. XLIX.*

*** KNIPSCHILD *de Fideicomm. Nobilium Cap. VI. n. 332.* HERTIVS *Part. II. §. XVI.*

**** IVS FEVD. ALEMANNIC. *Cap. LXVI. Hatt aber ein Man Ime ſin Gut gegeben das er Ime das libe wie dem Man das Gut usſer Handen get mit Rechte das ſol er Ime ervollen mit eime andern Leben oder er gebe Ime ſin Gut wyder, die Wale iſt des an dem Manne und nit an dem Herren.* Idque etiam ex ratione Iuris Longobardici, dum Dominus inueſtiens vaſallum de re aliena, de euictione tenetur, vide ſupra *Cap. VII. §. IX.* CRAGIVS tamen *II. F. c. IV.* iniquum videri ait, qui ex ſua liberalitate quid conceſſerint, vt in id teneantur, quod non habent. B. PARENS *Cap. VI. aphor. IX. num. 7.* contractum inſpiciendum eſſe putat, ſi enim ex empto, tunc offerentem teneri, ſecus

no imputetur, quod in vasalli conditionem non sollicitius inquisiuerit, nisi offerens sciuerit, rem esse alienam, dum enim in dolo versatur, atque actio de euictione locum non habet. * Nec etiam vasallus feudum, quod iam tenet, alteri offerre potest, sed res libera esse debet & allodialis, dum, si rem feudalem in feudum offerat, vergat hoc in praeiudicium domini prioris, quod multo minus in feudis Regalibus Imperii poterit procedere. ** Dominium tamen directum, quod quis proprietatis iure tenet, in feudum poterit

si per donationem. Verum, contrarium sentit SCHILTERVS *ad dict. cap. LX.* Vid. & HERTIVS *Part. II. §. XIII.* THOMASIVS *de Feudis oblatis cap. II. §. III. IV.*

* *L. 4. §. 5. de doli mali & metus exc. l. 27. C. de euictionibus.*

** Exemplum quidem habemus in contrarium, dum Ducatus Würtenbergensis per transactionem Cadamicam anno 1534. fieret feudum Austriacum, verum, hoc potius inter singularia Exempla, quae vrgente necessitate procedunt, erit referendum. Vide STRAVCHIVM *Dissertat. Exot. X.* HERTIVM *Part. II. §. XV.* Nec obstat, quod vasallus feudum suum in subfeudum dare possit, dum nullum inde domino superiori accrescat praeiudicium.

offerri, * nisi vasalli singulare præiudicium inde possint demonstrare. Neque tamen Imperii feuda post Carolingorum tempora, inter feuda oblata erunt reputanda, quin potius propria sint habenda. **

§. VIII.

* SCHRADER *Part. III. cap. II. num.* 12. ROSENTHAL *Cap. IX. concl. LXII. num. 34. 35.* OBRECHT *de feudis cap. XV. num. 6.* EYBEN *El. Feud. cap. X. num. 14.* HERTIVS *Part. II. §. XIV.* qui illud exemplo Comitatus VValdecciæ illustrat, Hassiæ Landgrauiis oblati, quem isti ab Imp. & Imperio iterum in feudum recognouerunt. Anterius exemplum de Henrici, Guelphonis nepote profert MONACHVS WEINGARTENSIS, dum de Henrico, Guelphonis nepote *cap. III. p. 782.* refert: *consilio Principum, & maxime ipsius Imperatoris instinctu, homagium ei & subiectionem (de propriis bonis fecit, & in beneficio quatuor millia mansuum in superioribus partibus Bauariæ ab eo suscepit.* Aliud refert AVCTOR VITÆ MEINWERCI *cap. LXVIII. p. 530.* scribens: *Curtem* (Hammonstide) *quidam Comes, nomine Godiza, proprietario iure possidens, cum omnibus appendiciis ad eundem locum pertinentibus, - - - ipsi Imperatori in proprium, ea ratione tradiderat, vt prædictus locus in beneficii vsum; & insuper centum mansi cum familiis, quamdiu viuerent, sibi concederetur.*

** Primus hoc adseruit MONTZAMBANO *cap.*

§. VIII.

Nec Status Imperii terras suas vel allodiales vel feudales extero in feudum rite offeret, dum secundum edictum prohibitorium Caroli V. Imperat. de anno 1548. Status Imperii, exterorum protectionem haut possint sumere,* eo quod vergat in præiudicium Imp. & Imperii. Licet olim non defuerint exempla, dum Otto Comes Ascaniæ anno 1315. Erico Danorum Regi se vasallum obstringeret,** Henricus Megapolitanus Rostochium cum territorio adnexo anno 1323. a Christophoro Danorum Rege in feudum acciperet. *** Wilhelmus Dux Geldriæ ratione terræ Renderode anno 1401. Aurelia-

An Status Imperii extero terras in feudum possint offerre.

III. §. IV. quem secutus fuit Dnus de LVDEVVIG *ad A. B. Tit. VII. §. 3. p. 696. 700. 751. Germ. Principe cap. IV. §. XXXIII. XXXIV.* hunc tamen ideo IO. VVOLFGANG TEXTOR singulari diss. *de feudis Imperii propriis non oblatis annumeratis Altdorf. 1717.* notauit. Adde SPENERI *Ius Publicum lib. II. c. IX. p. 141. sqq.*

* Extat apud RVDINGER *Centur. I. Obseru. XLV.* MYLER ab EHRENBACH *de Princip. & Statibus Imperii Part. I. cap. XVIII. §. 22.*

** PONTANVS *Hist. Dan. lib. VII. p. 43.*

*** PONTANVS *Lib. VII. p. 433.*

lianensis Ducis factus fuit vasallus. * Pleraque Bohemiæ feuda sunt oblata, quod tamen licitum, dum Rex Bohemiæ æque sit Status Imperii. ** Castro etiam in feudum oblato, non statim iurisdictio & circumiacens territorium simul translata esse censentur, dum verba inuestituræ stricte sint explicanda, nisi ex circumstantiis aliud quid possit

* PONTANVS *Histor. Geldr. lib. VIII. pag. 346.* vbi dicitur: *& pro nobis, heredibus, successoribus nostris & causam a nobis habentibus Ducibus Gelriæ & Iuliacensium, eidem Domino Duci Aurelianensium Principi & suis heredibus fecimus & facimus per præsentes iuramentum fidelitatis & homagium ligium, prout verus vasallus & homo ligius suo domino facere tenetur & debet, videlicet de terra & castro de Renderode cum suis fortalitiis & aliis pertinentiis quibuscunque, quam terram cum prædictis suis pertinentiis nos tenuimus & possedimus, tanquam vnam propriam, tenemusque & possidemus cum omni alia superioritate, obligatione & seruitio liberam & immunem.*

** Prout Schvvartzburgici Comites, Henricus & Güntherus allodia sua Rudelstadt, Cönitz, Carolo IV. vt Regi Bohemiæ in feudum obtulerunt, FRITSCH *de feudo Solari* §. *XI.* Plura de feudis oblatis disserunt B. PARENS, THOMASIVS & potissimum HERTIVS.

possit concludi, vbi tamen adfirmanti probatio incumbit. *

§. IX.

Dantur etiam feuda ex datis & oblatis mixta. Tale est, si possessor rem suam allodialem domino in feudum offert, & vicissim ex camera domini directi certam pecuniæ summam præstandam, *ein Manngeld*, sibi stipulatur. Hoc ratione prædii faudalis est oblatum, ratione præstationis ex camera, datum; quod in eo a feudo de camera differt, quod est hæreditarium, hoc vero etiam ad hæredes poterit deuolui. ** Similis ratio est, si dominus a possessore allodii bona emit, eademque iterum in feudum concedit. *** **Feuda ex datis & oblatis mixta.**

X 5 §. X.

* Vide *supra Cap. VIII. §. XII.*

** Vide HERTIVM singulari dissertatione *de Feudis ex illis, quæ data & oblata dicuntur, mixtis*, qui illud pluribus illustrat exemplis. Huc facit Henrici Palatini Diploma apud SENCKENBERG *Tom. II. p. 609. Auch soll in der vorgenant Gottfried von Eppinstein und sin Erben umb dasselbe Gelt (dusent Pund* Heller) *uns ir Feste zu Hoenburg uffgebin dieselben Vesten sollen sie widder von Vns zu rechten Lehen enphahen.*

*** Exemplo hoc patet dominorum de Frangipanes, aliorumque militum Romanorum, quorum castra & prædia Fridericus II. Imp. re-

§. X.

Qua ratione ex feudo possit fieri allodium.

Neque tamen eadem ratione licebit domino in feudis antiquis dominium directum in vasallum transferre, atque ex re feudali facere allodialem, * quod vocari solet *appropriatio feudorum*, *die Lehns-Vererbung*, ** cum hoc vergat in praeiudicium successorum feudalium, qui ius quaesitum habent a primo adquirente. Diuersa autem ratione Appropriatio procedit. Vel enim feudum a nexu feudali plane soluitur, & libero iure conceditur, *mit aller Souverainitæt*, prout Borussia, feudum olim Polonicum, per pacta Velauiensia de anno 1657. Friderico Guilielmo Branden-bur-

demit, eademque illis statim feudi lege concessit, vt eosdem redderet vasallos Imperii. CONRADVS VRSPERG. ALB. STADENSIS, SIGONIVS *de Regno Italiae ad annum 1227.*

* Talis formula occurrit in AVB. MIRAEI *Codice Donat. piarum Cap. XLII. fideli nostro Theodorico Comiti, quicquid nostro concessu hactenus in beneficium tenuit inter duo flumina, quae vocantur Liora & Hisla, in proprium dedimus, cum omnibus vtensilibus, quae in eodem beneficio regio concessa per fructuarium vsum ante haec possedit.*

** GAILIVS *Lib. II. obseru. CLVIII. n. 4.*

burgico El. fuit conceſſa. *** Alſatia per pacem Monaſterienſem Gallis: * vel Dominus directus vaſallum ſaltim a nexu feudali liberat, vt rem antea feudalem poſſideat in poſterum tanquam allodialem, remiſſo dominio directo, ita tamen, vt ſub dominio vel maneat, ** vel Superiori ſubiiciatur, prout

*** PVFENDORF *Hiſtor. Frid. Guil. lib. VI.* §. *LXXVIII.*

* Quid deſuper in Comitiis actum & Tractatibus Pacis, exponunt PFANNER *in Hiſt. Pac. Weſtphal. lib. V. n. 99.* PVFENDORF *Hiſt. Suec. lib. XX.* §. *175. ſeqq.* LONDORP *Tom. VI. p. 373.* Ipſa vero ceſſio facta per I. P. Monaſt. §. *LXX. ſeqq.*

** Sic Lotharius Imp. Ansfrido Palatino Comiti quasdam res iuris ſui, quas iure beneficiario detinebat, ad proprium conceſſit, his verbis: *ei ad proprium tribuimus, & de iure noſtro in ius & dominationem ipſius perenniter transfundimus, ita tamen, vt nusquam a noſtra diſcedat fidelitate.* FREHERVS *Origg. Palat. lib. I. p. 174.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1002.* de Eccardo Miſniæ Marchione: *hic apud Dnum ſuum Imp. ſui beneficii maximam partem in proprietatem adquiſiuit.* Ludouicus Marchio Brandenburgicus vertit feudum Buch in allodium apud LVDEVVIG *Reliqu. Tom. VII. p. 40.* Vladislaus IV. R. Vngariæ Kurtzbachiorum

prout Comes de Wartenberg a dominio Electoris Palatini qua nexum feudalem, & dominium plane liberatus, Imperio fuit subiectus. *

§. XI.

Ad feudi adpropriationem vasalli & adgnatorum consensus requiritur.

Requiritur tamen non solum domini directi, sed etiam vasalli consensus, siue cum onere, ** quod nemini inuito obtrudi potest, siue sine onere feudum approprietur, cum ad pacti resolutionem vtriusque paciscentis consensus requiratur. *** Requiritur etiam in

feuda mutauit in allodium. LÜNIG *Cod. Germ. Diplom. Tom. II. p. 454.* Sic etiam inter Philippum Sueuum & Episcopum Argentoratensem talis facta fuit composito, vt beneficia, quæ pater & frater suus ab Episcopis tenuerunt, omnimodo libera dimitterent. FRAGMENTVM HISTORICVM *p. 87.* Iosephus Imp. Briegensis Ducatus feuda a. 1705. conuertit in allodia LVDEVVIG *Reliqu. Tom. VI. p. 9.* Idem de Ducatus Iaurensis & Suidnicensis feudis fecit Carolus VI. a. 1714. *c. l. Tom. VI. præf. p. 4. 5.* Adde COCCEIVM *Conf. LXII.*

* Prout in diplomate habetur in FABRI *Staats-Canzelley. Tom. XIII. p 279.*

** Prout in terris Brandenburgicis *vor ein Ritter Pferd 40. Rthl.*

*** Dum secundum *II. F. 6.* Dominus vasallo vicem reddere teneatur.

in feudis antiquis consensus adgnatorum, simultanee inuestitorum, qui idem ius habent cum adgnatis, * vel aliorum, qui ex pacto ius succedendi habent, dum in horum præiudicium nihil fieri debeat, nec feudum in alium transferri, ** non vero Expectatiuariorum, dum Expectatiua simplici promissione indulta, nullum ius in re tribuat. *** Nisi feuda noua fuerint, ad quæ adgnatis nullum ius competit, si non fuerint simultanee inuestiti. Subsistit etiam appropriatio vltimo vasallo, nullos habenti adgnatos vel simultanee inuestitutos facta, qui tunc de solius domini præiudicio agitur, qui suo fauori citra alterius præiudicium poterit renuntiare.

§. XII.

* Licet in assecuratione Brandenburgica §. *II.* horum iuribus fuerit prospectum.

** *II. F.* 39. 52. 55. Quare GAILIVS *Lib. II. obseru. XLIX. num.* 7. ait: *non posse præiudicari agnato, nec in re nec in spe, cum spes illa sit debita iure contractus.* Immo nec forma immutari. WESENBECIVS *Conf. I.* HORN *de Mut. feudi in allodium* §. *X.*

*** BORN *de transmut. feudi in allodium* §. *XIII.* SCHVVEDER *de approbatione Feudi Cap. II.* §. *XVIII.*

§. XII.

Omnia feuda possunt adpropriari, nec inde immunia sunt a collectis.

Appropriare tamen eiusmodi feuda possunt omnes domini dirigentes, qui liberam habent alienandi facultatem,& quidem omnia feuda, mere etiam hæreditaria, licet in ipsis allodiali ratione succedatur,dum alias nexui feudali sunt obnoxia.Neque tamen eiusmodi feuda appropriata ideo fiunt immunia a collectis, * nisi ex speciali concessione & priuilegio eximantur. **

* Prout SCHVVEDER *de Appropr. Feud. Cap. III.* vberius declarauit, dum seruitia in feudis loco collectarum, istis vero cessantibus, nec immunitas amplius locum habere possit.

** Prout in feudis Brandenburgicis per assecurationem regiam d. 30. Iunii 1717. in ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. X. p. 631. Tom. XV. pag. 847.* Adde IACOBI BORNII *Dissertat. de transmutatione feudi in allodium* GABR. SCHVVEDERI *de appropriatione feudi. Rechtlich Gutachten wegen der Lehns - Vererbung und iährlicher Bezahlung der Ritter Pferde,& Iuristische und Politische Betrachtung über das Rechtliche Gutachten wegen der Lehens - Vererbung und iährlicher Bezahlung der Ritter-Pferde dem Urtheil der partheyischen Welt unterworffen von Sincero Veridico.*

CAP.

CAPVT VNDECIMVM
DE
INVESTITVRA ET PRAESCRIPTIONE FEVDORVM

§. I.

Inueſtitura vnde dicta.

ADquiruntur præter ea, feuda per translationem. Fit iſta vel per modum ſucceſſionis, dum filius patri, adgnatus adgnato ſuccedit, quæ vocatur *adquiſitio deriuatiua*, vel per modum contractus, ſi per quemcunque contractum emti venditi, donationis, permutationis, feudum in alterum transferatur, quæ vocatur *adquiſitio originaria*. Vtroque caſu Inueſtitura * locum habet, quæ a latina voce *inueſtire* originem trahit, Romanis iam dum cognita atque idem ac miſſionem mittere in poſſeſſionem notat. ** Licet poſteriori

* Licet per Textum *II. F.* 33. feudum inueſtitura conſtitui dicatur, non tamen conſtituitur, ſed feudum iam dum conſtitutum confirmatur.

** BARN. BRISSONIVS *de Form. pop. Rom. pag.* 501. auctor eſt, circa traditionem ædium formulam fuiſſe vſitatam, *de præſenti fuſte illum inueſtit*, ſiue *per baculum illum inueſtit.* Inde

riori tempore apud Germanos in ſenſu feudali idem ſit ac *eine Einkleidung.* Dum Domini feudales vaſallos ſuos inueſtientes, ipſis veſtem curialem *mit ihrer Hof-Farbe* concedere ſolebant.*

§. II.

media ætate frequenter occurrit *veſtire, inueſtire, inueſtitura, veſtitura*, pro *tradere*, *traditione.* Quare enim apud Gallos *vetir en posſeſſion*, idem eſt ac mittere in poſſeſſionem. Inde etiam manu veſtire in legibus Boiorum *Tit. XVII. 1. 2. mei anteceſſores tenuerunt, & mihi in alodem reliquerunt, & veſtita eſt illius manus, cui tradidi, & firmare volo cum lege.* Ipſa vox Inueſtitura occurrit in legibus Longobardorum *Lib. II. tit. XVIII. vt ſi quis extra ſuum comitatum, forte in caſtris aut palatio Regis de iis bonis, quæ in illo comitatu ſunt, teſtari velit, & fideiuſſorem conſtituat, cui inueſtituræ poſt ſuam mortem faciendæ poteſtatem præbeat.* Ex quo videmus, Inueſtituram etiam de rebus allodialibus dici. ITTER *de Feudis Imperii cap. IX. §. III.* Inde ANDR. KNICHEN *de Veſtit. Pact. Part. I. cap. I.* putat, veſtituram eſſe conceſſi feudi confirmationem, vt infeſtucare, exfeſtucare. Hinc etiam *II. F. 2.* Inueſtitura quidem propria dicitur poſſeſſio, abuſiuo autem modo dicitur inueſtitura, quando haſta vel aliud corporeum quidlibet porrigitur a domino feudi, ſe inueſtituram facere dicente.

* FRANC. HOTTOMANNVS equidem *de verbis*

§. II.

Diuerſo autem modo Inueſtituræ vox vſur- Inueſtitura vox varie accipitur.

feudalibus voce Inueſtitura, potius a voce *veſt* ducit, dum per inueſtituram feudum firmetur, non per veſtes, ſed per ramos, vexilla, ceſpites, baculos, inueſtitura olim fieri ſolita. Sequitur GROTIVS *Nomin. appell. Gothorum p. 882. Veſtire non latinæ ſignificationis, ſed Germanico feſten confirmare, id eſt, ius alicuius ſolenniter affirmare, vt ſine vitio poſſeſſionem adipiſci poſſit.* Recentiori ætate Dnus IO. GEORG. ESTOR Annal. Fuldenſibus idem contendit. Verum, refutat HOTTOMANNVM CRAGIVS, dum *II. F. p. 132.* ait: *tamen & veſtem in traditionum vſu fuiſſe antiquitus colligi poteſt, tam in regnis quam in inferioribus dignitatibus*, idemque multis exemplis declarat. Neque tamen hoc ſenſu vox adeo antiqua fuit, dum in Epiſtola Apologetica pro Franciſco I. apud FREHERVM *Tom. III. p. 406.* dicatur *beneficio populi Romani (quod veſtrates vocabulo nouo inueſtituram vocant) ſibi tradi.* Quare etiam ALEXANDER RAVDENSIS *Lib. II. Reſp. I. num. 93.* demonſtrat, inueſtire nihil aliud eſſe, quam veſte inaugurare vaſallum. Hinc NIC. VPTONVS *Lib. I. de Officio Milit. cap. XIII. in Anglia, quando Rex aliquem nobilitat, ſolet vna cum feudo ſignum; h. e. liberatam ſuam nobilitando condonare.* MATTHAEVS PARISIENSIS ad

offerri, * nisi vasalli singulare præiudicium inde possint demonstrare. Neque tamen Imperii feuda post Carolingorum tempora, inter feuda oblata erunt reputanda, quin potius propria sint habenda. **

§. VIII.

* SCHRADER *Part. III. cap. II. num.* 12. ROSENTHAL *Cap. IX. concl. LXII. num.* 34. 35. OBRECHT *de feudis cap. XV. num.* 6. EYBEN *El. Feud. cap. X. num.* 14. HERTIVS *Part. II. §. XIV.* qui illud exemplo Comitatus VValdecciæ illustrat, Hassiæ Landgrauiis oblati, quem isti ab Imp. & Imperio iterum in feudum recognouerunt. Anterius exemplum de Henrici, Guelphonis nepote profert MONACHVS WEINGARTENSIS, dum de Henrico, Guelphonis nepote *cap. III. p.* 782. refert: *consilio Principum, & maxime ipsius Imperatoris instinctu, homagium ei & subiectionem (de propriis bonis fecit, & in beneficio quatuor millia mansuum in superioribus partibus Bauariæ ab eo suscepit.* Aliud refert AVCTOR VITÆ MEINWERCI *cap. LXVIII. p.* 530. scribens: *Curtem* (Hammonstide) *quidam Comes, nomine Godiza, proprietario iure possidens, cum omnibus appendiciis ad eundem locum pertinentibus, - - - ipsi Imperatori in proprium, ea ratione tradiderat, vt prædictus locus in beneficii vsum, & insuper centum mansi cum familiis, quamdiu viuerent, sibi concederetur.*

** Primus hoc adseruit MONTZAMBANO *cap.*

§. VIII.

Nec Status Imperii terras suas vel allodiales vel feudales extero in feudum rite offeret, dum secundum edictum prohibitorium Caroli V. Imperat. de anno 1548. Status Imperii, exterorum protectionem haut possint sumere,* eo quod vergat in praeiudicium Imp. & Imperii. Licet olim non defuerint exempla, dum Otto Comes Ascaniae anno 1315. Erico Danorum Regi se vasallum obstringeret,** Henricus Megapolitanus Rostochium cum territorio adnexo anno 1323. a Christophoro Danorum Rege in feudum acciperet.*** Wilhelmus Dux Geldriae ratione terrae Renderode anno 1401. Aure-

An Status Imperii extero terras in feudum possint offerre.

X 4 lia-

III. §. *IV.* quem secutus fuit Dnus de LVDEVVIG *ad A. B. Tit. VII.* §. *3. p. 696. 700. 751. Germ. Principe cap. IV.* §. *XXXIII. XXXIV.* hunc tamen ideo IO. VVOLFGANG TEXTOR singulari diss. *de feudis Imperii propriis non oblatis annumeratis Altdorf. 1717.* notauit. Adde SPENERI *Ius Publicum lib. II. c. IX. p. 141. sqq.*

* Extat apud RVDINGER *Centur. I. Obseru. XLV.* MYLER ab EHRENBACH *de Princip. & Statibus Imperii Part. I. cap. XVIII.* §. *22.*

** PONTANVS *Hist. Dan. lib. VII. p. 43.*

*** PONTANVS *Lib. VII. p. 433.*

lianenſis Ducis factus fuit vaſallus. * Pleraque Bohemiæ feuda ſunt oblata, quod tamen licitum, dum Rex Bohemiæ æque ſit Status Imperii. ** Caſtro etiam in feudum oblato, non ſtatim iurisdictio & circumiacens territorium ſimul translata eſſe cenſentur, dum verba inueſtituræ ſtricte ſint explicanda, niſi ex circumſtantiis aliud quid poſſit

* PONTANVS *Hiſtor. Geldr. lib. VIII. pag. 346.* vbi dicitur: *& pro nobis, hæredibus, ſucceſſoribus noſtris & cauſam a nobis habentibus Ducibus Gelriæ & Iuliacenſium, eidem Domino Duci Aurelianenſium Principi & ſuis hæredibus fecimus & facimus per præſentes iuramentum fidelitatis & homagium ligium, prout verus vaſallus & homo ligius ſuo domino facere tenetur & debet, videlicet de terra & caſtro de Renderode cum ſuis fortalitiis & aliis pertinentiis quibuscunque, quam terram cum prædictis ſuis pertinentiis nos tenuimus & poſſedimus, tanquam vnam propriam, tenemusque & poſſidemus cum omni alia ſuperioritate, obligatione & ſeruitio liberam & immunem.*

** Prout Schvvartzburgici Comites, Henricus & Güntherus allodia ſua Rudelſtadt, Cönitz, Carolo IV. vt Regi Bohemiæ in feudum obtulerunt, FRITSCH *de feudo Solari* §. *XI.* Plura de feudis oblatis differunt B. PARENS, THOMASIVS & potiſſimum HERTIVS.

possit concludi, vbi tamen adfirmanti probatio incumbit.*

§. IX.

Dantur etiam feuda ex datis & oblatis mixta. Tale est, si possessor rem suam allodialem domino in feudum offert, & vicissim ex camera domini directi certam pecuniæ summam præstandam, *ein Manngeld*, sibi stipulatur. Hoc ratione prædii faudalis est oblatum, ratione præstationis ex camera, datum; quod in eo a feudo de camera differt, quod est hæreditarium, hoc vero etiam ad hæredes poterit deuolui.** Similis ratio est, si dominus a possessore allodii bona emit, eademque iterum in feudum concedit.*** Feuda ex datis & oblatis mixta.

X 5 §. X.

* Vide *supra Cap. VIII. §. XII.*

** Vide HERTIVM singulari dissertatione *de Feudis ex illis, quæ data & oblata dicuntur, mixtis*, qui illud pluribus illustrat exemplis. Huc facit Henrici Palatini Diploma apud SENCKENBERG *Tom. II. p. 609. Auch soll in der vorgenant Gottfried von Eppinstein und sin Erben umb dasselbe Gelt (dusent Pund* Heller) *uns ir Feste zu Hoenburg uffgebin dieselben Vesten sollen sie widder von Vns zu rechten Lehen enphahen.*

*** Exemplo hoc patet dominorum de Frangipanes, aliorumque militum Romanorum, quorum castra & prædia Fridericus II. Imp. re-

burgico El. fuit concessa. *** Alsatia per pacem Monasteriensem Gallis: * vel Dominus directus vasallum saltim a nexu feudali liberat, vt rem antea feudalem possideat in posterum tanquam allodialem, remisso dominio directo, ita tamen, vt sub dominio vel maneat, ** vel Superiori subiiciatur, prout

*** PVFENDORF *Histor. Frid. Guil. lib. VI. §. LXXVIII.*

* Quid desuper in Comitiis actum & Tractatibus Pacis, exponunt PFANNER *in Hist. Pac. Westphal. lib. V. n. 99.* PVFENDORF *Hist. Suec. lib. XX. §.175. seqq.* LONDORP *Tom. VI. p. 373.* Ipsa vero cessio facta per I. P. Monast. §. *LXX. seqq.*

** Sic Lotharius Imp. Ansfrido Palatino Comiti quasdam res iuris sui, quas iure beneficiario detinebat, ad proprium concessit, his verbis: *ei ad proprium tribuimus, & de iure nostro in ius & dominationem ipsius perenniter transfundimus, ita tamen, vt nusquam a nostra discedat fidelitate.* FREHERVS *Origg. Palat. lib. I. p. 174.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1002.* de Eccardo Misniae Marchione: *hic apud Dnum suum Imp. sui beneficii maximam partem in proprietatem adquisiuit.* Ludouicus Marchio Brandenburgicus vertit feudum Buch in allodium apud LVDEVVIG *Reliqu. Tom. VII. p. 40.* Vladislaus IV. R. Vngariae Kurtzbachiorum

prout Comes de Wartenberg a dominio Electoris Palatini qua nexum feudalem, & dominium plane liberatus, Imperio fuit subiectus.*

§. XI.

Ad feudi adpropriationem vasalli & adgnatorum consensus requiritur. Requiritur tamen non solum domini directi, sed etiam vasalli consensus, siue cum onere, ** quod nemini inuito obtrudi potest, siue sine onere feudum approprietur, cum ad pacti resolutionem vtriusque paciscentis consensus requiratur.*** Requiritur etiam in

feuda mutauit in allodium. LÜNIG *Cod. Germ. Diplom. Tom. II. p. 454.* Sic etiam inter Philippum Sueuum & Episcopum Argentoratensem talis facta fuit composito, vt beneficia, quæ pater & frater suus ab Episcopis tenuerunt, omnimodo libera dimitterent. FRAGMENTVM HISTORICVM *p. 87.* Iosephus Imp. Briegensis Ducatus feuda a. 1705. conuertit in allodia LVDEVVIG *Reliqu. Tom. VI. p. 9.* Idem de Ducatus Iaurensis & Suidnicensis feudis fecit Carolus VI. a. 1714. *c. l. Tom. VI. praef. p. 4. 5.* Adde COCCEIVM *Consf. LXII.*

* Prout in diplomate habetur in FABRI *Staats-Canzelley. Tom. XIII. p. 279.*

** Prout in terris Brandenburgicis *vor ein Ritter Pferd 40. Rthl.*

*** Dum secundum *II. F. 6.* Dominus vasallo vicem reddere teneatur.

in feudis antiquis conſenſus adgnatorum, ſimultanee inueſtitorum, qui idem ius habent cum adgnatis, * vel aliorum, qui ex pacto ius ſuccedendi habent, dum in horum præiudicium nihil fieri debeat, nec feudum in alium transferri, ** non vero Expectatiuariorum, dum Expectatiua ſimplici promiſſione indulta, nullum ius in re tribuat. *** Niſi feuda noua fuerint, ad quæ adgnatis nullum ius competit, ſi non fuerint ſimultanee inueſtiti. Subſiſtit etiam appropriatio vltimo vaſallo, nullos habenti adgnatos vel ſimultanee inueſtitutos facta, qui tunc de ſolius domini præiudicio agitur, qui ſuo fauori citra alterius præiudicium poterit renuntiare.

§. XII.

* Licet in aſſecuratione Brandenburgica §. *II.* horum iuribus fuerit proſpectum.

** *II. F.* 39. 52. 55. Quare GAILIVS *Lib. II. obſeru. XLIX. num.* 7. ait: *non poſſe præiudicari agnato, nec in re nec in ſpe, cum ſpes illa ſit debita iure contractus.* Immo nec forma immutari. WESENBECIVS *Conſ. I.* HORN *de Mut. feudi in allodium* §. *X.*

*** BORN *de transmut. feudi in allodium* §. *XIII.* SCHVVEDER *de approbatione Feudi Cap. II.* §. *XVIII.*

§. XII.

Omnia feuda possunt adpropriari, nec inde immunia sunt a collectis.

Appropriare tamen eiusmodi feuda possunt omnes domini dirigentes, qui liberam habent alienandi facultatem, & quidem omnia feuda, mere etiam hæreditaria, licet in ipsis allodiali ratione succedatur, dum alias nexui feudali sunt obnoxia. Neque tamen eiusmodi feuda appropriata ideo fiunt immunia a collectis, * nisi ex speciali concessione & priuilegio eximantur. **

* Prout SCHVVEDER *de Appropr. Feud. Cap. III.* vberius declarauit, dum seruitia in feudis loco collectarum, istis vero cessantibus, nec immunitas amplius locum habere possit.

** Prout in feudis Brandenburgicis per assecurationem regiam d. 30. Iunii 1717. in ELECTIS IVRIS PVBLICI *Tom. X. p. 631. Tom. XV. pag. 847.* Adde IACOBI BORNII *Dissertat. de transmutatione feudi in allodium* GABR. SCHVVEDERI *de appropriatione feudi. Rechtlich Gutachten wegen der Lehns - Vererbung und iährlicher Bezahlung der Ritter Pferde, & Juristische und Politische Betrachtung über das Rechtliche Gutachten wegen der Lehens - Vererbung und iährlicher Bezahlung der Ritter-Pferde dem Urtheil der partheyischen Welt unterworffen von Sincero Veridico.*

CAPVT VNDECIMVM

DE

INVESTITVRA ET PRAESCRIPTIONE FEVDORVM

§. I.

Adquiruntur præter ea, feuda per translationem. Fit ista vel per modum successionis, dum filius patri, adgnatus adgnato succedit, quæ vocatur *adquisitio deriuatiua*, vel per modum contractus, si per quemcunque contractum emti venditi, donationis, permutationis, feudum in alterum transferatur, quæ vocatur *adquisitio originaria*. Vtroque casu Inuestitura * locum habet, quæ a latina voce *inuestire* originem trahit, Romanis iam dum cognita atque idem ac missionem mittere in possessionem notat. ** Licet posteriori Inuestitura vnde dicta.

* Licet per Textum *II. F.* 33. feudum inuestitura constitui dicatur, non tamen constituitur, sed feudum iam dum constitutum confirmatur.

** BARN. BRISSONIVS *de Form. pop. Rom. pag.* 501. auctor est, circa traditionem ædium formulam fuisse vsitatam, *de præsenti fuste illum inuestit*, siue *per baculum illum inuestit.* Inde

riori tempore apud Germanos in ſenſu feudali idem ſit ac *eine Einkleidung*. Dum Domini feudales vaſallos ſuos inueſtientes, ipſis veſtem curialem *mit ihrer Hof-Farbe* concedere ſolebant.*

§. II.

media ætate frequenter occurrit *veſtire*, *inueſtire*, *inueſtitura*, *veſtitura*, pro *tradere*, *traditione*. Quare enim apud Gallos *vetir en poſſeſſion*, idem eſt ac mittere in poſſeſſionem. Inde etiam manu veſtire in legibus Boiorum *Tit. XVII. t. 2. mei anteceſſores tenuerunt, & mihi in alodem reliquerunt, & veſtita eſt illius manus, cui tradidi, & firmare volo cum lege.* Ipſa vox Inueſtitura occurrit in legibus Longobardorum *Lib. II. tit. XVIII. vt ſi quis extra ſuum comitatum, forte in caſtris aut palatio Regis de iis bonis, quæ in illo comitatu ſunt, teſtari velit, & fideiuſſorem conſtituat, cui inueſtituræ poſt ſuam mortem faciendæ poteſtatem præbeat.* Ex quo videmus, Inueſtituram etiam de rebus allodialibus dici. ITTER *de Feudis Imperii cap. IX. §. III.* Inde ANDR. KNICHEN *de Veſtit. Pact. Part. I. cap. I.* putat, veſtituram eſſe conceſſi feudi confirmationem, vt infeſtucare, exfeſtucare. Hinc etiam *II. F. 2.* Inueſtitura quidem propria dicitur poſſeſſio, abuſiuo autem modo dicitur inueſtitura, quando haſta vel aliud corporeum quidlibet porrigitur a domino feudi, ſe inueſtituram facere dicente.

* FRANC. HOTTOMANNVS equidem *de verbis*

§. II.

Diuerso autem modo Inuestituræ vox vsur- Inuestitura vox varie accipitur.

feudalibus voce Inuestitura, potius a voce *vest* ducit, dum per inuestituram feudum firmetur, non per vestes, sed per ramos, vexilla, cespites, baculos, inuestitura olim fieri solita. Sequitur GROTIVS *Nomin. appell. Gothorum p. 882. Vestire non latinæ significationis, sed Germanico festen confirmare, id est, ius alicuius solenniter affirmare, vt sine vitio possessionem adipisci possit.* Recentiori ætate Dnus IO. GEORG. ESTOR Annal. Fuldensibus idem contendit. Verum, refutat HOTTOMANNVM CRAGIVS, dum *II. F. p. 132.* ait: *tamen & vestem in traditionum vsu fuisse antiquitus colligi potest, tam in regnis quam in inferioribus dignitatibus*, idemque multis exemplis declarat. Neque tamen hoc sensu vox adeo antiqua fuit, dum in Epistola Apologetica pro Francisco I. apud FREHERVM *Tom. III. p. 406.* dicatur *beneficio populi Romani (quod vestrates vocabulo nouo inuestituram vocant) sibi tradi.* Quare etiam ALEXANDER RAVDENSIS *Lib. II. Resp. I. num. 93.* demonstrat, inuestire nihil aliud esse, quam veste inaugurare vasallum. Hinc NIC. VPTONVS *Lib. I. de Officio Milit. cap. XIII. in Anglia, quando Rex aliquem nobilitat, solet vna cum feudo signum; h. e. liberatam suam nobilitando condonare.* MATTHAEVS PARISIENSIS ad

vſurpatur. Primo ipſam feudi poſſeſ-
ſionem

annum 1224. *Rex Anglorum Iohannes ad natale curiam ſuam tenuit apud Windlesheim, vbi multa magnatum ſuorum multitudine feſtiua diſtribuit indumenta.* Idem apud Germanos vſitatum fuiſſe, patet ex Hiſtoria Iohannis, Saxoniæ Electoris, qui, dum anno 1530. ad Comitia Auguſtana pergeret, vaſallis, quos ad comitatum ſuum ſelegerat, mandat: *du wolleſt deine Sachen allenthalben darnach achten, und mit zwey gerüſten Pferden, in Leber-Farb gekleid, wie dieſer Zeit Unſer gemeine Hof-Farb iſt, als für einen Schützen, und dein Schieß-Gered zu führen, bey Uns erſcheinen.* MÜLLER *in Hiſtorie Evangeliſcher Stænde Proteſtation III. B. cap. VIII.* §. *VIII. pag. 458.* Simile exemplum in vaſallis Pomeraniæ, quibus Barnimus & Philippus Duces ſingulari pacto promiſerunt, ſi ad ſeruitia Palatina fuerint euocati: *ſo wollen Wir einem ieden von Adel, der mit zu reuten erfordert iſt, nach alter Gewohnheit, das Tuch zur Kleidung auf ſeinen Leib, als fünf Ellen Gewandt, und die Farbe auf ſo viel Perſonen, als ein ieder Pferde halten ſolle, ſamt dem Muſter, in ſeine Behauſung zu rechter Zeit zuſchicken, und billig Trinck Geld reichen laſſen.* LVDEWIG *Form. Duc. Brandenb. Cap. VIII.* §. *IV.* qui etiam ex Annalibus Megapolitanis docet: *Die Fürſten der Wenden ſind Brandenburgiſche Vaſallen geweſen, haben Brandenbur-*

ſionem indicat, quare etiam *deueſtire* idem eſt, ac vaſallum poſſeſſione exuere.* Deinde dicitur pro Inſtrumento ſuper Inueſtitura facto, ** *dem Lehn-Brief.* Porro, pro contractu feudali, & quidquid illi ineſt. *** Quarto notat ipſum actum inueſtiendi, ſiue conceſſionem dominii vtilis.* Demum deſignat complexum actuum, quibus totum negotium feudale abſoluitur, domino & vaſallo iura ſua inuicem adquiruntur. ** Habet tamen inueſtitura etiam locum, potiſſimum in terris Saxonicis, in rebus allodialibus, dum venditor dominium reſignat, *die Lehn auflæſſet.* Inde laudemium vocatur *Lehngeld.* ***

Y 2 §. III.

giſche Liverey getragen, wann ſie zu Hofe oder ſonſt in ihrem Dienſt erſchienen Ideoque hoc etymon minime ridendam, prout aliqui volunt.

* *I. F. 7. natura feudi hæc eſt, vt ſi princeps inueſtiuit capitaneos ſuos de aliquo feudo, non poteſt eos deueſtire ſine culpa.* Hinc *II. F. 2.* Inueſtitura proprie dicitur poſſeſſio.

** *II. F. 104.*

*** *I. F. 20. niſi per inueſtituram a domino ordinatum fuerit. I. F. 25. II. F. 104.*

* *I. F. 24. 26. II. F. 1. 2. 33.*

** LYNCKER *Analect. cap. VIII.* EYBEN *Electis cap. IV. §. VIII.* HORN *Cap. XII. §. I.*

*** De quo IO. ANDR. MEYER *de Inueſti-*

§. III.

Inueſtitura eſt vel propria vel abuſiua.

Inueſtitura iſta vel *propria* eſt, vel *abuſiua* ſiue *ſymbolica.* * Illa dicitur, quando cum dominio vtili rei feudalis poſſeſſio actu per traditionem ſiue veram ſiue fictam in aliquem transfertur, ** atque

tura Saxonica in rebus allodialibus immobilibus, & IOACH. DECKHER *de eadem materia.*

* Hæc diſtinctio fundatur *II. F. 2.* Licet hanc diſtinctionem reiiciat HERM. VVLTEIVS *Lib. I. de Feudis cap. VII. pag. 10. 50.* EYBEN *Elect. Feud. cap. V. n. 6.* vſu tamen eſt recepta. Adde HVMBERTI NICOLAI REISERI *Excerpta Controuerſiæ de Inueſtitura feudali.*

** *II. F. 33. Si dominus alicui coram paribus curiæ dixerit vade in poſſeſſionem illius fundi, & teneas illum pro feudo. Licet enim non interceſſiſſet inueſtitura, tamen tale eſt ac ſi interceſſiſſet; quia ille eius voluntate poſſeſſionem feudi nactus eſt feudi nomine.* Vide *II. F. 26. c. Moribus.* & patet hoc etiam ex litteris inueſtituræ Sigismundi Imp. Friderico Bellicoſo ſuper Saxoniæ Electoratu anno 1425. conceſſo: *ſetzen, bringen und führen den obgemeldten Fridrichen ſeine Erben und Erbnehmen in das vorgenannte Hertzogthum und Churfürſtenthum, und in alle und iegliche oben berührte Freyheit und Gerechtigkeit geruhigliche Gewehr und Beſitzung, in Krafft dieſes Briefs von allermänniglich ungehindert.* Simile in Pace Osnabru-

atque Iure Saxonico dicitur *Gewebr.* * Iſta vero a promiſſione & conſtitutione feudi, quæ fit mediante contractu feudali, probe eſt diſtinguenda, atque a traditione vulgari differt, dum per hanc propriam inueſtituram res ſub nexu feudali tradatur. Hæc vero, quando dominus ius, dominium vtile prædii feudalis adprehendendi, mediantibus certis ſymbolis vel ſignis coram teſtibus vaſallo confert, & vocatur *die Belehnung.* ** Fieri etiam poteſt inueſtitura abuſiua per nuda verba, prout hodie circa inueſtituram feudorum Imperii & in plerisque Curiis feudalibus nulla amplius adhibentur ſymbola, ſola verba & ſolennitates, immo procedit iſta, ſi etiam feudum nondum

 fuerit

genſi *Art. X. §. 3. Ducatum Pomeraniæ Regia Maieſtas Regnumque Sueciæ ab hoc die in perpetuum pro hereditario feudo habeat, poſſideat, iisque libere vtatur & inuiolabiliter fruatur.*

* Hæc vox *Gewebr* enim Iure Germanico antiquo notat poſſeſſionem, vtpote IVRE SAXON. FEVD. *Cap. XXXIX.* ALEMANN. *Cap. XI. & Cap. LXXII.* diſtinguitur inter *Lehns-Gewehr & Gemeine Gewehr.*

** HORN *Cap. XII. § III.* M. CAR. MATTHIAS DAEGENER *de abuſiua feudi Inueſtitura,* Erfordiæ 1716. ſub præſidio IO. PHIL. STREIT.

fuerit apertum, in casum futurum, prout videmus circa Expectatiuam, dum propria aliter non, nisi feudo aperto, possessione vacante, procedat.

§. IV.

Ritus Inuestituræ antiquus.

Inuestitura abusiua aliter fiebat priori tempore, aliter nostra ætate: Priori tempore, Imp. Principes Imperii tali modo inuestiebant, vt super reliquiis Martyrum sacramenta præstarent, & manus suas in Regis * manus commendarent, atque sic per manus Imperat. homines, vel vasalli facti dicerentur. Inde cœpit, vt regna per hastam signi-

* ANNAL. FRANCOR. ad annum 757. *illuc* (in vrbem Compendium) & *Tassilo dux Baioariorum cum primoribus suæ Gentis venit & more Francorum in manus Regis in vassaticum manibus suis semetipsum commendauit, fidelitatemque ipsi Regi Pipino quam filiis eius Carolo & Carolomanno iureiurando supra Corpus Dionysii sancti Martini & sancti Germani simili sacramento fidem se prædictis dominis diebus vitæ suæ seruaturum est pollicitus.* Idem dicit CHRON. REICHERSB. *ad a. 756.* Inde frequens locutio, *per manus Regis homo factus est.* ANNALISTA SAXO *ad a. 1003.* de Bolislao: *in sancto die manibus applicatis miles Regis efficitur, & post sacramenta Regi ad Ecclesiam ornato incedenti, armiger habetur.*

ſigniferam, * ſiue ſceptrum inueſtirentur, ** in cuius locum poſtea gladius,

* DITMARVS *Lib. VI.* ineunte: *ad Ratisbonam venit Henricus II. ibique regali habito placito, militi ſuimet, Generoque Henrico, XII. Calend. April. cum omnium laude præſentium, cum haſta ſignifera ducatum dedit*; & *Lib. V. pag. 369. ſigniferam lanceam, qua beneficium Ducis idem acceperat a Rege.* GREGORIVS TVRONENSIS de Guntrammo Rege *Lib. VII. cap. XXXIII. data in manus Childeberti haſta, ait: hoc eſt indicium, quod tibi omne regnum meum tradidi. Ex hoc nunc vade & omnes ciuitates meas, tanquam tuas proprias ſub tui iuris dominationem ſuſcipe.* Ratio erat, quia haſta olim pro ſceptro vtebantur, de quo IVSTINVS: *Reges haſtas pro diademate habebant, quas Græci σκῆπτρα dixere. Nam & origine rerum Veteres pro diis immortalibus haſtas coluerunt, ob cuius religionis memoriam adhuc Deorum ſimulachris haſta additur.* Bene tamen monet CHIFLETIVS *Anaſtaſi Childerici pag. 106. Haſta, ſceptrum virga & baculus aureus vnum atque idem inſigne Regium ſignificabat, per quod de manu in manum fiebat traditio, quam Recentiores Inueſtituram vocant.*

** ROBERT. de MONTE ad annum 1181. *Ioanna vxor VVilhelmi regis Siciliæ, filia regis Henrici regis Anglorum, peperit ei filium primogenitum, quem vocauerunt Boamundum.*

dius, tanquam insigne potestatis successit.* Episcopi vero ab Imperatore per annulum & baculum inuestiebantur, ** vsque dum per pactum inter Henricum V. Imperat. & Calixtum II. Papam a. 1122. initum, inuestitura per annulum & baculum Papæ concederetur, & Episcopi de terris & Regalibus ab Imp. tanquam ex singulari prærogatiua, per sceptrum inuestirentur. ***
Secu-

Qui cum a baptismate reuerteretur, pater inuestiuit eum ducatu Apuliæ per aureum sceptrum, quod in manu gerebat.

* OTTO FRISINGENSIS *Lib. II. cap. V. est Consuetudo vt Curiæ, Regna per gladium, Prouinciæ per vexillum a Principe tradantur vel recipiantur.*

** Perpluribus hoc exemplis demonstratur in SYNT. IVR. PVBL. *Cap. X. §. XX.*

*** OTTO FRISINGENSIS *Lib. VII. c. XVI. Priuilegium vero de hoc Ecclesiæ scribitur, ac ipsi rursum vt electi tam cisalpini quam transalpini non prius ordinentur Episcopi, quam regalia de manu eius per sceptra suscipiant, scripto confirmatur.* CHRONICON REICHERSBERGENSE ad annum 1174. solennem Inuestituræ actum Henrici Salisburgensis Archiepiscopi describens, ait: *& Ecclesiæ Saltzburgensi, toto Episcopatu cum omnibus regalibus per sceptrum ei concessis.* Hinc SPECVLVM SVEVICVM *Lib. I.*

Seculares vero Principes, postquam in expeditionibus cruciatis signa prouinciarum in vexillis pingi solita, fuissent orta, * dum inuestituram peterent, vexilla prouinciarum, de quibus inuestiri volebant, secum ferrent, & per vexillum inuestirentur. ** Fiebat autem

Y 5 tem

tit. XXXII. der Kayser soll leysten allen Geistlichen Fürsten ihr Recht mit dem Scepter und allen weltlichen Fürsten mit der Fahnen.

* Vide IO. IAC. CHIFFLETIVM *Lilio Francico Cap. III.* GVNDLING *de Feudis vexilli §. XXXII.*

** OTTO FRISING. *de gestis Friderici I. Lib. II. cap. XXXII.* de Henrici Leonis inuestitura: *erat hac summa concordia, Henricus maior natu ducatum Bauariæ per septem vexilla resignauit. Quibus minori traditis, illi duobus vexillis marchiam Orientalem cum Comitatibus ad eum ab antiquo pertinentibus reddidit.* Adde OTTONEM FRISINGENSEM *Lib. VII. Chron. cap. XX.* In diplomate Wenceslai, primo Luxenburgensium Duci a Carolo IV. anno 1354. concesso, dicitur, *vt Wenceslaus frater* Dux *& eius heredes ac successores Luxenburgi Duces Ducatum seu Principatum Luxenburgensem ab ipso, nec non Serenissimis Imperatoribus, seu Regibus Romanis successoribus suis & ab ipso Romano Imperio, quoties oportuerit, debita solennitatis honore & vexillis,*

tem inueſtitura in ſolenni Curia, ſub dio, ita vt Imp. habitu Imperiali eleuato throno inſideret, Electores & Principes thronum habitu Electorali &

vti moris eſt, & ſolita reuerentia, ſuſcipere debeant. In litteris Inueſtituræ Friderici Ducis Lotharingiæ ab Alphonſo apud LEIBNITIVM *Cod. Iur. Gent. pag.* 19. *ſedentibus nobis in publica Curia noſtra & te dicto Duce & Comite, flexis genibus ante pedes Maieſtatis noſtræ exiſtente, inueſtimus te dictum Ducem & Comitem de quinque vexillis inſignium quinque dignitatum, quas in feudum ab Imperio tenere debes.* Hinc etiam Germaniæ Principes in nummis Bracteatis cum vexillis apparent. Adde SCHLEGELIVM *de nummis Iſenacenſibus p.* 7. Hinc etiam *Adelboldus* vita S. Henrici cap. I. *Henricus ſic in Ducatu vixit, quod omnibus placuit, vt de Ducatu transduceretur ad Regnum, de vexillo extolleretur in ſolium.* HIST. AVSTRALIS PLENIOR *ad a.* 1276. de Ottocaro *Rege in caſtris Regis Rom.* (Rudolphi) *cum XXXVI. vexillis ante Viennam circa Danubium.* De Lothario Imp. dicat AVCTOR HISTORIAE LANDGRAVIORVM cap. XVIII. *Qui imperator videns Ludouicum generum ſuum eſſe militem ſtrenuum & potentem in Thuringia & Haſſia, de conſilio principum ipſum cum vexillorum feſtiua exhibitione, vt moris eſt, imperatoriæ largitate ſolenniter extulit.*

& Principali circumſederent, Principes vaſalli, prælatis inſignibus prouinciarum, habitu Principali induti, incederent. * Vnde traxit originem, vt feuda

* In litteris Inueſtituræ Friderici III. Imp. VVladislao Regi a. 1477. conceſſit: *Wann nun, als wir in unſer Kayſerl. Maieſtæt gezieret geſeſſen ſeynd, vor uns kommen iſt, der Durchleuchtige VVladislaus Kœnig zu Bœhmen, des h. Rœm. Reichs Ertzſchenck und Churfürſt, &c. unſer lieber Sohn und Oheim, mit ſeinen Panieren und Landen, zuhœrende, zu der Kron und dem Kœnigreich Bœhmen gezieret mit ſeinem Churfürſtlichen Kleide* apud LONDORPIVM *Tom. I. p. 775.* In Maximiliani I. litteris Inueſtituræ Haſſiacæ de a. 1495. in articulata Deductione Heſſen contra Waldeck in Beylagen pag. 41. *als wir in Unſer Kœn. Mayt. gezieret, und Unſer und des Heiligen Reichs Churfürſten und Fürſten Geiſtlichen und weltlichen, ſo dazumal in eygner Perſon in ihren Churfürſtlichen und Fürſtlichen Zierungen und Bekleidungen bey Uns geweſen, geſeſſen.* Idem dicitur apud LÜNIG *Spicil. Eccleſ. Fortſ. des I. Theils p. 100.* Talem ſolennem Inueſtituræ ritum ſigillatim deſcribit NIC. MAMERANVS *de Inueſtitura Regalium Mauritii.* Erneſtus, Colonienſis El. d. 16. Iulii 1594. a Rudolpho II. Imp. Ratisbonæ de Colonienſi Electoratu fuit inueſtitus, *in der Ritter-Stube* LÜNIG *P. Gen. App. p. 116.*

da Ecclesiasticorum dicerentur *Scepter-Lehn*, Secularium vero *Fahnen-Lehn.* * Inde differentia erat inter feuda simplicia, de quibus vasallus solus seruitia præstare tenebatur, & vexillifera, dum domini terræ vasallos prouinciæ suæ sub vexillo Prouinciali, euocante Domino superiore, in bellum educebant, ** ideoque *Lehn Fahne* & *Kriegs-Fahne* vnum idemque erant. Licet etiam Ducatus, singularis splendoris gratia, partim in *** Ger-

Vltimam solennem Inuestituram Maximiliani I. Bauariæ Electoris in Comitiis Ratisbonensibus anno 1623. factam nouimus, quam describit ADLZREITER *Annal. Boi. Part. III. tit. VIII. num. 14.* LÜNIG *P. Gen. App. p. 117.* Varia etiam Inuestiturarum Principalium solemnia vide apud GOLDASTVM *Polit. Imp.* §. *VI.* Adde THVCELII *Electa Iuris Publici Tom. I. p. 250.* SYNTAGMA IVRIS PVBLICI *Cap. XI.* §. *XXIX.* & potissimum GVNGLINGIVM *de feudis vexilli.*

* Sic Witzlaus, Princeps Rugianorum anno 1332. testatur, quod *Domino Christophoro, Danorum Sclauorumque regi illustri & filio suo Domicello Erico, quibus de dictis terris homagium fecimus iure feudali, quod Fanelahn nuncupatur, recepimus & tenemus.*

** Patet hoc ex charta Philippi Regis apud du CHESNE *Tom. V. pag.* 553. Adde LVDEWIO *ad A. B. Tit. V.* §. *I. pag.* 560.

*** Prout Ludouicus Bauarus Ludouicum

Germania, maxime vero in Italia, per ſceptrum conferebantur, * vel etiam per Gladium. ** Epiſcopi etiam, ſi Ducatus & Prouincias ſeculares inſuper poſſiderent, de iisdem per vexillum inueſtiebantur. *** Nec etiam ſolum

filium ſuum a. 1328. de terris Brandenburgicis per ſceptrum regale inueſtiuit ſub vannulis & vexillis, vt eſt moris apud LVDEVVIG *Reliqu. Tom. II. p. 275.*

* Patet hoc ex diplomate Inueſtituræ, Caſtrucio, de Lucenſi Ducatu factæ, apud FREHERVM *Tom. I. pag. 665. de promiſſis, ducatu & vexilliferatu, per Sceptrum, quod in manu tenemus præſentialiter inueſtimus & infeudamus.* In litteris Inueſtituræ Io. Franciſci de Gontzaga, Marchionis Mantuæ, a Sigismundo Imp. a. 1433. factæ, apud LÜNIGIVM *Cod. Ital. Diplom. Tom. II. p. 34.* dicitur: *ſedentibus nobis in apparatu & ceremoniis Imperialibus ac ſolennitate debita, in ſolio Cæſareo, per Birretti, Mantelli & annuli impoſitionem & banderiorum conceſſionem, ac aliorum inſignium collationem inueſtiuimus.*

** Sic etiam Comitatus erectionem & inueſtituram per gladium fuiſſe factam, ex charta anni 1161. apud GVICHENON *Probat. Hiſt. Breſſenſis p.* 133. & THWROCZIO in *Andrea Vngariæ Rege cap. XLIV.* demonſtrat du FRESNE.

*** IVS FEVD. ALEMANN. *Cap. XLII. Alle*

solum Duces, sed etiam Comites & Dynastæ per vexilla fuerunt inuestiti,* dum

Bischœffe empfabend von dem Kœnige Muntz und Zœlle und etliche Gerichte. Quare Philippus Coloniensis a Friderico I. Imp. de Ducatu VVestphaliæ per vexilla fuit inuestitus, prout patet ex verbis Diplomatis apud SCHATENIVM *Annal. Paderborn. Lib. I. pag. 555. Fridericus II. Imp. confert Vdalrico Patauiensi Episcopo feudum, quod tunc vexilli nomine Vanlebn appellatum illustris quondam Dux Bauariæ ab Imperio dignoscitur consecutus* apud HVNDIVM *Metropol. Salisburg. Tom. I. p. 254.* Hinc etiam Maximilianus I. in Comitiis VVormatiensibus anno 1495. Bertoldum Moguntinum & Hermannum Coloniensem per vexilla inuestiuit. HERTZOG *Elsass. Chronic. lib. II. p. 153.* Vide Dominum a LVDEVVIG *ad A. B. Tom. II. pag. 1186.*

* Potissimum huc facit SALLAS MALASPINA *de Rebus Siculis lib. I. p. 217.* de Raullo scribens, *cui Manfredus in remunerationem eius quod suorum egerat audenter obedientia mandatorum comitatum tradidit Cabacensem. Sed nec ipsum nec alios quos ad comitatuum excellentiam euocauerat, potuit per vexillum, vt moris est, de ipsis comitatibus inuestire, cum nondum vnctionem* & *coronam recepisset.* De eodem Manfredo, postquam fuisset coronatus, pergit, *lib. II. ineunte*, dicens: *generale collo-*

dum etiam banno gaudebant, atque ſub vexillo ſubditos potuiſſent euocare, qui factum, vt omnia feuda maiora dicerentur, *Fahnen-Lehn*, de quibus ſolus Imp. inueſtiret, dum per A. B. Vicarii Imperii in iure inueſtiendi *Fahnen-Lehn* excluderentur. * Epiſcopi vero

quinm Baronum celebrauit, multis ibi per eum decoratis honore militiæ, & nonnullis per inueſtituram vexilli ad comitatus excellentiam ſubleuatis. Vberius hoc per exempla demonſtrauit GVNDLING *de feudis vexilli* §. *XXII. XXIII.* idemque contra GRIBNERI programma a. 1717. editum in GVNDLINGIANIS *p. XXVI. p. 62.* vberius defendit. Vide TOLNERVM *Cod. Diplom. a. LXXV.* MON. VVEINGARTENSEM *de Guelphis cap. XIII.* Idem ſatis defendit VVILHELMVS FRIDERICVS PISTORIVS *Anmerckungen von Graven p. II. cap. I.*

* In Iure Feudali Alemannico equidem *Cap. XLII.* diſtinctio fit inter *Furſten Ambacht* & *Van-Lehn*, de illis ſolum inueſtire Imp. dicitur, de his vero, durante Interregno, Palatinum. Adde SCHILTERVM. Carolus IV. vero omnia feuda vexillaria excludit in *A. B. Tit. V.* §. *I.* vbi Vicariis facultas inueſtiendi de feudis Imperii conceditur, hoc adiecto *feudis Principum duntaxat exceptis, & illis quæ Vanlehen vulgariter adpellantur.* Idem dicitur in conſtitutione Ruperto Palatino 1401. conceſſa,

vero atque duces aliter non, nisi acceptis

ceptis

apud FREHERVM *not.* ad *Petr. de Andlo p.* 202. *exceptis tantum feudis insigniis Archiepiscoporum, Ducum & Marchionum, & quae cum vexillis, seu Gladiis recipi consueuerunt.* Sic etiam in Recessu VVormatiensi a. 1521. §. 4. *und behalten Uns bevor die Belehnung der Lehen und Regalien derjenigen, so sie unter den Fahnen æffentlich mit Solennitaten pflegen zu empfahen, zu verleyhen.* Dnus de LVDEVVIG in *notis ad d. loc. A. B.* plenius demonstrauit sub *Fahnen-Lehn* etiam Comitatus,& dynastias intelligi. Quare etiam SCHILTERVS *ad Ius Feud. Alemann. cap. XLII. pag.* 239. BVXTORFFIVS *ad A. B. cap. V. §. I. pag.* 98. *seqq.* putat non differre, sed perperam, differunt vtique vt genus & species, feudum enim vexillare sub se comprehendit feudum Principis secularis, & omnia feuda Principum secularium sunt vexillaria, nec tamen vice versa; nam Comitum & Baronum feuda vexillaria sunt, nec tamen Principum, Licet GVNDLINGIVS *de feudis vexillii pag.* 83. contradicat, putans, reliquisse Imp. facultatem Comites inuestiendi, vicariis, quia altum vbique silentium, nec oppositio vlla, nec lis sit coorta, nec disputatio audita, dum in A. B. sub Principum feudis saltim intelliguntur ea, quae cum solennitate accipiuntur: dum Carolus V. in Regimento Imperii sibi saltim reseruauerit *die Belehnung*

ceptis prius ab Imperat. regalibus, vasallos suos poterant inuestire.*

§. V.

Nec tamen Principes solum feuda minora conferebant, sed etiam Comitatus & feuda vexilli, prout exemplo Tassilonis, & Guelphi patet, qui eius- *Principes etiam de feudis vexilli inuestiuerunt.*

der Lehne, die sie vorher æffentlich mit Solennitat empfangen haben.

* AVCTOR VETVS DE BENEFICIIS §. LXIII. *Beneficium antequam Dominus susceperit, homini quomodo illud concedere poterit.* IVS FEVD. SAXON. c. XXV. *Denn es kan ken Herr ehe Gut leyhen, er habe denn sein selbst Gut empfangen.* De eodem dicit OTTO FRISINGENSIS *lib. II. cap. XXVIII. impetitur ibi Hardeuicus, qui nouiter per electionem cleri & populi, & metropolitani sui consecrationem, Pontificatum eiusdem ciuitatis acceperat. Regalia siquidem, quæ iuxta rationes curiæ, nulli Episcoporum militi, antequam de manu Principis suscipiantur, tradere licet; ipse huius rei nescius, impræmeditate, morante adhuc in Italia Principe, tradiderat, ob ea in causam positus, dum & factum inficiari, qualitatemque facti defendere nequit, compositionis incurrit nexum, cæteri quoque, qui ab eo susceperunt, quique iuxta suam conditionem & sortem, in plus minusue consimili pœna damnantur.*

eiusmodi feuda contulerunt.* In feudis maioribus, præter ſceptra & vexilla, etiam alia ſigna & ſymbola adhiberi ſolita, vtpote Inueſtitura fiebat per *canum venaticorum adprehenſionem*, ratione iuris venandi, ** per *ramum & ceſpitem*

* ANNALES NAZARII ad annum 787. *Taſſilo Ducàtum, quem a Pippino patre quondam acceperat, Victori filio Carolo reddidit cum baculo regiminis ei prius adtributi ſymbolo, in cuius capite ſimilitudo hominis erat & effectus eſt Vaſſus eius.* MONACHVS VVEINGARTENSIS *de Guelphis Cap. XIII.* de Guelpho, Bauariæ Duce; *ibi Baronibus terræ illius VII. Comitatus cum tot vexillis dedit.* GVNDLINGIVS etiam *de feudis vexilli p.* 79. adducit diploma, quod Rudolphus Comes Palatinus anno 1298. Henrico ſeniori & Henrico filio eius de Plauen confert clipeum & Bannerium ſiue vexillum, quod idem Gundlingius equidem de feudo ſub Vicariatu conceſſo, intelligit. Verum Vicarii titulum ibidem haut gerit, & memorantur ſaltim deuota ſeruitia, quæ progenitoribus ipſius exhibuerint.

** DV FRESNE ex Tabulario Caſaurienſi anno 1140. *reinueſtiuit S. Clementis Eccleſiæ ipſemet Timo apprehenſione canum venaticorum, quos educebat venatu, in loco qui caſtanum vocatur, de præfata Eccleſia S. Nicolai.*

pitem, siue per *herbam & terram*, *per ramum & guassum*,* *per funes & chordas campanarum*, prout Episcopi & Abbates quandoque inuestiebantur, **Reges & Duces *per pileum*, *** *per crucem*, *per*

Z 2 *bire-*

* Vide du FRESNE *voce inuestitura.* Vberius patet hoc ex diplomate Hugonis Marchionis apud FERDINANDVM VGHELLVM *Italia sacra Tom. II. pag.* 51. *de omnibus quæ supra leguntur, facio vestituram, & traditionem & per cultellum, fistucam nudatam, & Wantonem terræ, atque ramos arboris me exinde foris expuli.*

** Vide du FRESNE *voce Inuestitura per funes.*

*** ROGERIVS HOVEDENVS *Histor. Angl. pag.* 724. *Ricardus Rex Angliæ in captione Henrici Romanorum Imperatoris detentus, vt captionem illam euaderet, consilio Alienor matris suæ deposuit se de regno Angliæ & tradidit illud Imperatori sicut vniuersorum domino, & inuestiuit eum inde per pileum suum. Sed Imperator statim reddidit ei & inuestiuit eum Imperator per duplicem crucem de auro* THOMAS VVALSINGHAMVS *pag.* 343. *Eodem anno, in Parliamento præscripto dominus Ioannes Dux Lancastriæ factus est Dux Aquitaniæ per virgam & pileum præbitis manu Regia.*

biretum, * *per digitum*, ** siue litteras digitis scriptas.

§. VI.

Inuestitura Principum Prælatorum & Comitum qua ratione hodie procedat.

Hodie vero circa feuda Imperii Principum, nulla amplius est differentia inter Inuestituram Principum Ecclesiasticorum & Secularium. Vtrique legatos mittunt, qui Principalis sui absentiam modeste excusant. *** Nec enim

* MABILLONIVS *Tom. V. Ann. Ord. S. Benedicti in Append. num.* 12. *pag.* 691. *Cum bereta, quam in sua tenebat manu, inuestiuit Dominum Bonifacium Marchionem Montisferrati de suo recto feudo. Vide supra* §. *IV. notis*

** IVS FEVDALE SAXONICVM *Cap. XXVIII.* §. 4. *bona vasalli si conferat alteri dominus digito vel lingua, sibi promittat eadem tutari.*

*** Olim quidem etiam Statibus absentibus, si caussas prægnantes adlegare poterant, postquam coram aliquo vasallagium præstiterant, litteræ Inuestituræ a Cæsare mittebantur, vt nec legatis opus esset, prout Rupertus Imp. Humbertum Basileensem anno 1403. simili modo inuestiuit, apud LÜNIG *Cont. III. Spicil. Eccles. pag.* 1383. Olim etiam adlegatæ absentiæ caussæ Inuestituræ litteris inserebantur, prout videre est ex litteris Inuestituræ Sigismundi Imp. Annæ Quedlinburgensi Abbatissæ anno 1437. concessis, apud KETTNERVM *Antiquit. Quedlinb. pag.* 495. *Conditionem fæminei*

enim ſufficit inueſtituram feudi Regalis ordinarius Agens, ſed ſingularis requiritur ablegatus.* Ab excuſatione tamen illi qui Regiam dignitatem tenent, ſunt immunes.** Hæcce etiam Inueſtitura

ſexus in te, loci diſtantiam & viarum pericula ponderantes. Sic in litteris Inueſtituræ Ioannis Cliuenſis Ducis a. 1347. *quatenus tibi feuda ex ſolita noſtra clementia abſenti, tanquam præſenti conferre dignaremur, præſertim cum tu ad præſens propter nimias terrarum diſcordias, pericula viarum et labores itineris ſumtusque graues expenſarum perſonaliter ad nos venire non poſſis nec præſumas*, apud DITHMARVM *Cod. Diplom. n. XLIX.* In litteris Inueſtituræ Caroli IV. *n. L.* dicitur; *abſenti tanquam præſenti.* Quod ſi tamen cauſſæ prægnantes non eſſent, præſentia requirebatur; prout in diplomate Adolphi Imp. de Rege Bohemiæ videmus, apud GVNDLING *de feudis vexilli pag.* 70. *cum commode præſentiam noſtri habere poteris perſonalem, perſonaliter nos accedas, iura ſuorum feudorum, prout mos expoſtulat, accepturus*, quod tamen hodie ceſſat, vt vix vnum vel alterum Principis præſentis inueſtiti reperiatur exemplum: ITTER *Cap. IX. §. XXI.*

* VFFENBACH *de Iudicio Aulico Cap. XI. pag.* 128.

** LVDEVVIG *de ſuffragio Bohemiæ Regis*

procuratori fieri poteſt, licet noua fuerit. *** Ipſe tamen Imp. throno inſidens, adſtante Imperii Vicecancellario, & circumſtantibus Imperii ſubofficialibus atque Imperialis Aulæ Proceribus, Legatos inueſtire ſolet, & Legatus in genua procumbens, poſtquam tacto digitis Euangelio, quod Cæſar ſuis cruribus

cap. II. §. XIV. pag. 106. *ad A. B. p.* 220. 500. R. Bohemiæ etiam ſpeciale priuilegium obtinuit, ne feudum ipſe accipere teneatur, GOLDASTVS *de Regno Bohemiæ, lib. III. c. XIV.* Inter Electores, recentiori ætate vix aliud Exemplum videmus, quam Io. Philippi, Moguntini Electoris, qui anno 1647. a Ferdinando III. Ratisbonæ fuit inueſtitus.

*** Olim quidem ipſi Status erant præſentes. Hinc Mauritius Saxoniæ Elector in Comitiis Auguſtanis a. 1548. de Saxoniæ Electoratu præſens fuit inueſtitus. NIC. MAMERANVS *de Inueſtitura Regalium Mauritii.* SLEIDANVS *Lib. XX. pag.* 624. Maximilianus, primus Bauariæ Elector, in Comitiis Ratisbonenſibus anno 1623. ipſe præſens fuit inueſtitus, ADLZREITER *Annal. Boiic. Part. III. Tit. VIII. n.* 14. Hodie vero in ordinatione Iudicii Aulic. *Tit. III.* diſpoſitum: *Es ſollen auch die Agenten und Procuratores ſo offt die Reichs-Lehn zu empfangen, anſuchen.* ITTER *Cap. IX. §. XXIII.*

bus sustentat, iuramentum fidelitatis a Vicecancellario prælectum, in Principalis sui animam præstitit, gladium a Vice-Mareschallo Cæsari porrectum adprehendit, & extremum eius conum osculatur. * Prælati, Comites inuestiuntur a Iudicio Aulico. Principes Italiæ ratione feudorum minorum ab eodem Iudicio, sed geniculatim. ** Fit autem Inuestitura nomine Imperii, id quod indicant verba vasallagii, *dem Heiligen Reich und dessen Haupt, getreu, hold und gehorsam zu seyn.* Quare etiam dicuntur Feuda Imperii *Reichs-Lehne.* ***

* ITTER *de feudis Imperii Cap. IX. §. XXXIV.* Solennem Inuestituræ actum Ernesti Augusti, primi Brunsuicensis Electoris describit LÜNIG *P. Gen. P. II. p. 121.* Georgii II. Brunsuicensis d. 12. Aprilis 1710. LÜNIG *P. Gen. Cont. App. p. 582.* Friderici Augusti Saxoniæ Electoris. THVCELIVS *Tom. IV. p. 711.* HERTIVS *de Superioritate Territoriali §. LXVII.* Vide BECMANN *Not. Dign. Illustr. Dissert. XI. cap. II. §. X. seqq.* PETRVS MÜLLERVS *de iure inuestiendi Status Imperii.* Infra in Appendici n. 1.

** VFFENBACH *de Iudicio Aulico cap. XI. num.* 113. ITTER *Cap. IX. §. XXXVI.*

*** CAPITVL. CAROLINA *Art. XI. noch die Reichs-Lehen-Pflicht auf unser Haus zugleich richten.*

§. VII.

Singularia quædam circa Inuestituram Principum.

In quibusdam tamen Inuestituris feudorum maiorum certæ etiam adhibentur solennitates & singularia. Archi-Duces Austriæ ex Friderici I. Imp. priuilegio de a. 1156. extra Austriæ fines inuestituram petere haut tenentur, immo tecto capite cum pileo suo Archiducali sceptrum manu tenentes, atque equo insidentes, Inuestituram petunt & accipiunt.*** Inuestitura Regni Neapolitani fit per oblationem equæ Neapolitanæ, cum adparatu ex holoserico rubro, & septem coronatorum millibus.* Sic Dux Marloborougensis anno 1705. ab Anna M. Britanniæ Regina de dynastia Woodstock fuit inuestitus, hac adiecta conditione, vt ipse, eiusdemque hæredes, M. Britanniæ Regi die XIII. Augusti vexillum album cum liliis Francicis in dominii recognitionem offerrent.** §. VIII.

*** Definitum hoc fuit priuilegio Rudolphi Habsburg. & Caroli V. Integrum Actum Inuestituræ Alberti Austriaci describit FVGGER *Lib. I. cap. XIII. pag.* 114.

* Vid. ZECH *Europ. Herold. Part. II. pag.* 118.

** MVLLERS *Leben des Herzogs von Marlboroughs pag.* 205. Inuestituræ ritum de Britanniæ minoris Ducatu de a. 1450. describit ARGENTRE *lib. XI. cap. XV. p. 653. 664. 667.*

§. VIII.

Feuda Prouincialia vero a Principum Regimine, Comitum Cancellaria, Cancellario plerumque dirigente, conferuntur, præſentibus conſiliariis, & vaſallus, præſtito iuramento fidelitatis, prout quibusdam locis moris eſt, exiguum vexillum adprehendit, vel quandoque *eine Lehns-Binde*, * vel etiam ſolummodo fidem, manu ſtipulata promittit, prout in qualibet curia feudali eſt receptum. **

Feuda Prouincialia qua ratione conferantur.

§. IX.

Fieri igitur inueſtitura etiam poteſt per Procuratorem, ſpeciali mandato in-

Fieri inueſtitura etiam poteſt per Procuratorem.

Z 5

* Prout in Vinarienſi Ducatu, vide MÜLLERI *Staats-Cabinet p. IV. c. II.* §. *XIX.* Idem in Ducatu obtinet Altenburgenſi.

** Ritum inueſtituræ in terris Electoralibus Saxonicis deſcribit HORN *App. I. pag.* 13. de Feudis Guelferbytanis teſtatur AVGVSTINVS LEYSER *de Feudis Brunſuic. Luneburg. in regimine Duc. Brunſuic. Guelpherbyt. adhiberi ſolitum eſt vexillum, die Hof-Fahne, quod durante actu inueſtituræ duo nobiles tenent iuuenes, & vaſallus, digitis illi impoſitis, iuramentum fidelitatis præſtare tenetur. Idem ritus quoque obſeruatus fuit in nouiſſima commiſſarii regis Daniæ inueſtitura de territorio, quod vulgo dicitur: das Stadt-und Budtiadinger-Land.*

instructum. * Et licet hodie Electorum & Principum legatos ipse inuestiat Imp. nihil tamen obstat, quo minus illam per Procuratorem peragat, ** prout olim etiam diuersimode fuit factum. *** De Feudis Prælatorum, Comitum & Nobilium Imperii inuestit Iudicium Aulicum

* *II. F. 3. c. sed vtrum ipse vel alius pro te inuestituram faciat, vel suscipiat, nihil interesse putamus. Potest enim hoc negotium & per Procuratorem ab vtraque parte expediri.*

** Patet hoc ex R. I. VVormat. a. 1521. §. 5. *alsdann sollen und wollen VVir hieraus Befehl thun, von unser Statt, solch Regalien, wie sich gebühret zu verleyhen.* Adde ITTERVM *de Feudis Imperii Cap. IV. §. XII.*

*** Patet hoc ex litteris inuestituræ Ludouici Bauari Imp. Ioanni Clivensi a. 1347. factæ, *tibi feuda, ex caussis & rationibus præmissis, per nobilem Virum Theodoricum Comitem Losensem, fidelem nostrum dilectum ex nostra Imperiali Clementia duximus transmittenda, dantes & concedentes eidem Comiti plenam & liberam potestatem, vt tibi eadem feuda, nostro nomine & vice conferat, & te de iisdem inuestire valent pleno iure* apud DITHMARVM *Codice Diplom. n. XLIX.* Et in litteris Inuestituræ Caroli IV. Imp. 1399. n. L. *tibi Comitatum Cliuensem, & alia quæuis pheuda, absenti tanquam præsenti, per honorabilem VVil-*

cum. * Immo, ipſi Impp. inueſtiendi facultatem quandoque per modum Priuilegii aliis indulſerunt, prout diuerſa ſuppetunt exempla. **

§. X.

helmum Sulztienſ. Eccleſiæ deuotum noſtrum dilectum duximus transmittenda.

* VFFENBACH *de Iudicio Aulico Cap. XI. p. 113.* ITTER *Cap. IX.* §. *XXXVI.*

** Hinc Fridericus I. Imp. conceſſit Henrico, Saxoniæ Duci, facultatem inueſtiendi tres Epiſcopos, Oldenburgenſem, Mecklenburgenſem, & Ratzeburgenſem, prout ipſæ tabulæ Cæſareæ teſtantur apud MADERVM *Antiquit. Brunſuic. pag.* 121. *ſeqq.* in quibus: *ipſi & omnibus ſibi in hac prouincia ſucceſſuris concedimus inueſtituram trium Epiſcopatuum Aldenburc, Michilenburc, Racezburc: vt quicunque in locum Epiſcoporum ibidem ſubrogandi ſunt, a manu ipſius, quod regii iuris eſt, recipiant.* Eadem habent CHRON. MONTIS SERENI *ad a.* 1159. HELMOLDVS *Lib. I. c. LXXXVI.* MAXIMILIANVS I. Imp. Archiepiſcopo Treuirenſi nomine Cæſaris & Imperii conceſſit Abbatem Monaſterii Imperialis S. Maximini de regalibus aliiſque iuribus, quæ ab Imp. tenet, inueſtiendi, prout vberius demonſtrauit NIC. ZYLLESIVS *Part. II. defenſ. Abbatiæ S. Maximini Cap. I. pag.* 112. & *III. n.* 51. *ſeqq.* Sic etiam Ludouicus Bauarus Imp. dum Caſtrucium Ducem Lucenſem Vicarium conſti-

§. X.

Quandoque constituitur Prodominus *ein Lehn-Geber*.

Circa feuda Prouincialia quibusdam in locis constitutus est Præpositus feudorum, Prodominus, * Procurator Generalis, Director Rerum Feudalium, qualis Herbipoli & Baruthi reperitur. Serenissimi Marchiones Brandenburgici constituunt illustrem personam Summum rerum feudalium præfectum, *einen Lehntræger*, siue *Gewalthaber*, qui Curiæ Feu-

tueret Italiæ, ipsi facultatem concedit *feuda antiqua & noua & recta & regalia conferendi, & infeudandi Vasallos Imperii de feudis, quæ vel manu vel ore, aut quocunque alio modo fuerint conferenda & recipiendum a Vasallis Imp. fidelitatis & homagii sacramenta*, apud FREHERVM. Inde videmus in Ordinatione Regimenti anno 1521. §. 6. *Aber andere und geringere Lehn, die soll ein ieder seines Gefallens von Uns, oder Unserem Stadthalter und Regiment empfahen, die sie auch leihen mægen. Es wære denn, daß iemand aus besondern Freyheiten, von unseren Vorfahren ausgangen, solche, oder dergleichen Leben zu verleyhen hætte, und daß im Gebrauch wære, von denen oder denselben solche Leben empfangen worden.* Vide etiam ITTERVM *de Feudis Imperii Cap. IX. §. XVII.*

* Vide IO. SAM. STRYKII *Dissert. de Pro-Domino feudi directo Cap. I. §. IV.*

Feudali Sereniſſimorum Marchionum in Auſtria præeſt, qui feuda vaſallis Brandenburgicis vicario nomine Sereniſſimorum Marchionum confert.** Sic etiam legatos & Procuratores vaſalli admitti, ſuperius iamdum fuit dictum

§. XI.

Ad Inueſtituræ tamen ſolennitatem teſtes requiruntur minimum duo,* qui conuſalli eſſe debebant, ſiue pares Curiæ** Si vero Dominus alios non habebat, vel iſti peregre abſint, vel inueſtitura ſit de feudo antiquo, extranei*** etiam adhibebantur, non vero fœminæ.**** Hodie, dum coram Regimine

Requiruntur ad inueſtituræ ſolennitatem teſtes.

** Vide Dni HOEFLICH diſſertationem *de dominio directo in alieno territorio*, me Præſide ventilatam *Part. II.* §. *XIII. p.57.*

* *II. F. 2. quæ ſiquidem ab illo fiat, qui alios habet vaſallos, ſaltem coram duobus ex illis ſolenniter fieri debet, alioqui licet alii interſint teſtes, inueſtitura minime valeat.* Et paulo poſt: *a tribus vel duobus paribus confirmatum II. F. 32. 33. 58. c. quod aliter.*

** *I. F. 26. Teſtes vero ſint pares eius, & qui ab eodem domino feudum teneat.*

*** *I. F. 26. II. F. 2. 32. 33. 58.* CHRISTINAEVS *Vol. VI. dec. XV. num. 1.* DARPAEVS *praiud. X.*

**** *II. F. 32. etiam extranei recipiuntur*

gimine Inuestitura fieri soleat, litteris Inuestiturae inseri solet: *Darbey seynd gewesen die veste und hochgelahrte Unsere Ræthe und lieben Getreue N. N. und andere mehr der Unsern genungsam Glaubwürdige.* Sine testium adhibitione vero nulla est Inuestitura.*

§. XII.

Tempus petendæ Inuestituræ nouæ.

Tempus petendæ de Feudis nouis** Inuestituræ, Iure Longobardico determinatum haud est, ideoque pro domini & vasalli arbitrio peti & suscipi poterit, nec vasallus dominum contemnere videtur, dum nondum sit vasallus. Quod si tamen de hoc a domino ter fuerit admonitus, & non compareat, ius suum amittit. *** Quod si vero Dominus inuestituram differat, inuestiendus illam a Domino vrgere poterit. **** Iure Germanico vero antiquo Expectatiua-

ad testimonium, præter fœminas, secundum vsum Mediolanensium I. F. 25.

* *II. F. 2. 32. etiam si dominus confiteatur factam, quia tamen sine hac solennitate facta est, non valet etiamsi probari possit per breue testatum.*

** Nam de renouatione Inuestituræ circa feuda antiqua infra *Cap. XV.* dicemus.

*** *II. F. 24. c. 1.*

**** ANTONI *d. IV. th. VIII. L. 4.*

tiuarius a tempore feudi aperti intra annum & diem eiusdem inueſtituram petere debet. ***** ita, vt tempore illo præterlapſo, poſtea audiendus non ſit, niſi ignorauerit feudum eſſe apertum, atque ignorantiam iuramento confirmet. * Ius Saxonicum Electorale vero inueſtituræ petitionem ab eo tempore computat, quo Expectatiuarius poſſeſſionem fuit adeptus. **

§. XIII.

Requiritur inſuper iuramentum, quod in iure Feudorum ſub fidelitatis nomine ſimpliciter venit, *** alias *iuramentum fidelitatis*, **** vulgo *vaſſalagium*, & quandoque *Homagium*, *hominium*, ***** *die Lebns-Pflicht*. Præſtari hoc

Iuramentum fidelitatis.

***** IVRE SAX. *Cap. VII.* IVRE ALEMANNICO *Cap. XV.*

* SCHILTER *ad Ius Alemannic. cap. XV. §. II.*

** CONSTIT. SAXON. *Part. II. conſt. XXV.* HORN *Cap. XII. §. XIX.*

*** *II. F. 3. c. nulla. II. F. 4. fidelitatem autem dicimus iusiurandum, quod a vaſallo præſtatur domino II. F. 5.*

**** *II. F. 7.* inde frequentes formulæ: *fidelitatem facere, præſtare, iurare, polliceri, recuſare II. F. 3. 5. 22. 40. fidelitatis ſacramentum* occurrit *II. F. 28.*

***** AVCTOR VETVS *de Beneficiis Cap.*

hoc iuramentum debet ante actum inuestituræ, & * quidem omnes & singuli vasalli, clerici, etiam ** fœminæ, dignitate superiores *** ad illud obligantur. Remitti tamen iuramentum potest, & manu saltim stipulata fides promittitur, **** idque vocatur *feudum iniuratum*, ***** licet fides semper salua manere debeat.

§. XIV.

CXXX. DV FRESNE *hac voce.* Inde Iure Feud. Alemann. *cap. IV. Hulde thun, Hulde schweren.* SAECHSISCH LANDRECHT *lib. III. art. XIX.*

* De eo quidem dubitatur *II. F.* 4. sed additur: *sæpe responsum est, inuestituram debere præcedere fidelitatem II. F. 7. c.* 1. vero dicitur inuestitura facta & fidelitate subsecuta. Hodie vasallagium inuestituram solet antecedere, prout patet ex *I. P. art. V.* §. *XXI.* licet etiam post factam inuestituram præstari possit. LYSER *de fide fidelis.* §. *XXIX.* HORN *Cap. III.* §. *VIII.*

** *arg. II. F. 3. c. nulla.* ROSENTHAL *Cap. VI. concl. XXXI. num. 4.*

*** HORN *Cap. XIII.* §. *IX. X.*

**** *II. F. 3. c. nulla: nisi eo pacto acquisitum sit ei feudum, vt sine iuramento fidelitatis habeatur. II. F. 24. c. 1.* SCHRADER *Part. II. Cap. II. num. 27. Cap. IV. num. 14.* ROSENTHAL *Cap. II. concl. LX. Cap. LX. LXVI.*

***** *II. F. 47.* KLOCK *in Proœm. Con-*

§. XIV.

Iuramentum fidelitatis per Procuratorem potest præstari.

Præstari illud etiam per Procuratorem potest, qui in animam vasalli iurat,* Procurator tamen speciali mandato, ad iuramentum præstandum debet esse instructus. ** Fœminæ per Procuratorem iuramentum præstant. *** Quod si tamen dominus ipsius vasalli præsentiam requirat, & Procuratorem admittere nolit, quod plerumque circa inuestituram feudorum nouorum fit, ipse vasallus, nisi iustam absentiæ caussam adlegare possit, ad comparendum est obligatus. **** Potissimum apud

stil. II. Vol. II. de terris Megapolitanis dicit: *es sey daselbst die uhralte und unwiedersprechliche Obseruanz und Freyheit, daß etliche Adeliche Geschlechte keine Lehn-Briefe fordern noch Lehn-Eyde ablegen dærfften.* TORNOVIVS *Sect. IV. §. VIII.* ait: *si homagium ordo equestris præstitit, tunc ad Vasallagium eos non adigi.* Vide supra *Cap. V. §. X.*

* *II. F. 3. c. sed vtrum.* IVSTVS OLDENKOP quidem de Iustitia talis iuramenti dubitat, cui tamen abunde respondit GERH. FELTMANNVS. ITTER *Cap. IX. §. XXIV.*

** SCHRADER *Part. II. cap. IV. num.* 31. HARTM. PISTORIS *Part. II. qu. XLVII. n.* 58.

*** HORN *Cap. XIII. §. X.*

**** B. PARENS *Cap. VIII. aph. VII. n.* 15.

apud Gallos vaſalli ad iuramentum in perſona præſtandum obligantur.* Vniuerſitates vero & Collegia aliter non, quam per Procuratorem iurant fidelitatem, quæ plerumque conſtituere ſolent, qui in ſuam animam iurat, *einen Lehntræger*, quo defuncto, renouatio eſt petenda.**

§. XV.

In Aula Electorali Saxonica inueſtiendus, etiam ſimultanee ſaltim, ſi non antea per vaſallagium fuerit Electori obligatus, licet etiam perſona illuſtris ſit, ipſe adeſſe debet, nec facile, niſi grauiſſimas ob cauſſas, procurator admittitur, qui in conſtituentis animam iuret. Quòd ſi autem inueſtiendus fidelitatem iam antea iurauit, Procurator admittitur, qui nullum præſtat iuramentum, manu ſaltim ſtipulata fidei promiſſionem repetit. HORN *Cap. XII. §. XXIII.* In Curia feudali Fuldenſi vaſalli vt in perſona accipiant inueſtituram, ſunt obligati, *liplich, und mit handgebenden Treuen; ſiue mit Hand, und mit munde, als der Lehnrecht iſt* apud SCHANNAT *Clientela Fuldenſi pag. II. cap. II. §. 3. 4. p. 35.*

* Docet hoc P. DANIEL *Hiſt. de France Tom. II. p. 411.* Hinc Philippus Valeſius Eduardum III. Angliæ Regem obligabat, vt in propria perſona vaſallagium præſtet *c. I. p. 445.*

** B. PARENS *num. 6.* HORN *Cap. XIII. §. XII.*

§. XV.

Variæ vero ſunt fidelitatis formulæ. Talis occurrit Iure Longobardico: * *Ego iuro ad hæc ſancta Dei Euangelia, quod a modo in antea ero fidelis hinc, ſicut debet eſſe vaſallus domino, nec id, quod mihi ſub nomine fidelitatis commiſerit dominus, pandam alii ad eius detrimentum, me ſciente.* Differt autem hoc a iuramento ſubiectionis, *der Unterthanen Pflicht, Landes-Huldigung,* ad quod omnes ſubditi tenentur, atque domino ad omnia ſubiiciuntur. ** Dum vaſallus intuitu rei feudalis iuramentum præſtet. Hodie circa feuda Imperii & in terris, vbi Landſaſſiatus viget, exprimi ſolet, *treu, hold, gehorſam*

Formulæ iuramenti fidelitatis.

* *II. F. 5.* Alii occurrunt *II. F. 6. 7.* Adde CAPIT. CAROLI M. *de anno 802.* RADEVICVM *I. cap. XIX.* SIGONIVM *de Regno Italiæ Lib. VII. p. 176.* ITTER *Cap. IX. §. XXXVIII.* Formulam vaſallagii Eduardi III. Anglorum Regis de Guiennæ Ducatu exhibet P. DANIEL *Tom. II. p. 447.*

** Patet hoc *II. F. 5. Si vero domeſticus id eſt, Familiaris eius ſit, coniurat, aut ſi ideo iurat fidelitatem non quod habeat feudum, ſed quia ſub iurisdictione ſit eius, cui iurat nominatim vitam, membrum, mentem & eius rectum honorem cuſtodire iurabit.* De differentia in-

ſam und gewærtig zu ſeyn. * In communi vaſallus tenetur *des Lehn-Herren Nutzen zu fœdern, Schaden zu verhüten.* ** Promiſſio iurata circa feuda Imperii fit *ſo wahr mir Gott helffe und das Heilige Euangelium.* *** Eadem etiam formula circa feuda Statuum Bohemica obtinet. **** Circa feuda priuatorum *ſo wahr mir Gott helffe, durch Ieſum Chriſtum ſeinen Sohn, unſern Herrn.* * Impuberes atque Minores, dum ad iuramentum ſint inhabiles, horum loco Pro-

ter vaſallagium & homagium vide prolixe diſſerentem HORNIVM *Cap. XIII. §. III. ſeqq.*

* Ex verbis enim *geborſam ſeyn* etiam ſubiectio patet, licet contrarium ICto Pragenſi NEVMANNO a PVCHOLTZ *Diſſ. Iuris Publ. III. §. VIII. IX. X. placeat.* Vide BERGERVM *de nexu iuriſiurandi fidelitatis & ſubiectionis.*

** IVS FEVD. ALEMANNICVM *Cap. IV. der Man ſol eime Herren Hulde tun mit ſime Eide das er yme alſo getrewe ſy ſin Recht zu ſagende wo ers gefraget werde, und ſinen Fromen zu fodern, und ſinen Schaden wenden.*

*** STRYCK *Exam. Iur. Feud. App. n. XIV. XV. XVI.* ITTER *Cap. XVII. §. XXXVIII.*

**** Occurrunt tales formulæ apud LÜNIGIVM *p. Spec. II. p. 225.* & *p. Gen. App. p. 580.*

* STRYK *n. VIII. IX.*

Procurator in ipſorum, vel etiam in feudis Imperii, in ſuam animam iurat, ita tamen, vt ipſe fidelitatem facere non cogatur, donec venerit ad maiorem ætatem, *bis zur Lehns-Mündigkeit.* ** Dominus vero, licet vaſallo fidem iuramento haut promittat, ipſe tamen ad fidem vaſallo præſtandam obligatur. ***

§. XVI.

Adiici Inueſtituræ quandoque ſolent varia pacta, per quæ regulari feudorum naturæ aliquid vel addi ſolet, vel detrahi. **** Olim etiam ſingularum rerum feudalium deſignatio requirebatur, quod tamen hodie non ſemper obſeruatur. ***** Super hoc contractu feudali atque actu inueſtituræ, nec non pactis adiectis confici ſolet breue teſtatum, ****** *ein Lehn-Schein*, qui ſtatim, peracto Inueſtituræ actu, deſuper concedi ſolet, ſiue Inſtrumentum publicum,

Pacta Inueſtituræ adiecta. Breue Teſtatum, ſiue Inſtrumentum ſuper Inueſtitura.

A a 3

** *II. F. 26. c. ſi minori.* Vide ſupra *Cap. VII.* §. *V. VI.*

*** *II. F. 6. 58.* HORN *Cap. XIII.* §. *XIV.*

**** *I. F. 8. c. filia vero. I. F. 8. c. ſi duo fratres. II. F. 2. c. Præterea. II. F. 3. c. nulla 12. 48. 50.*

***** IVS FEVD. ALEMANN. *c. XXXII.*

****** *I. F. 2. 3. 4. c. 1. 32.*

cum,* quod hodie vocari ſolet *ein Lehn-Brief*, ſiue Inſtrumentum ſolenne, quod ſæpe longe poſt Inueſtituræ actum ſolet confici, idemque non tam ad ſolennitatem facit, quam ad probationem.** Olim etiam Parium Curiæ ſubſcriptio requirebatur,*** quod hodie non amplius eſt opus, ſaltim ſufficit Inſtrumentum ſigillo domini, *mit dem abhangenden Lehn-Siegel* eſſe corroboratum, eidemque inſertum eſſe, quinam teſtes inueſtituræ actui fuerint præſentes.**** Horum etiam teſtimonio vtendum, ſi litteræ Inueſtituræ deficiant.***** Immo etiam, ſi Pares Curiæ non amplius extent, aut teſtimonium perhibere recuſent, inueſtitura per teſtes extraneos, quibus de eadem conſtat, poterit probari.****** Teſtibus vero plane deficientibus, iure-

* *II. F. 2. c. 2. II. F. 25.*

** *I. F. 1.-II. F. 3. 4. 25.*

*** *II. F. 2. vel per publicum inſtrumentum a tribus vel a duobus paribus confirmatum.*

**** SCHRADER *Part. V. cap. II. num. 12.* B. PARENS *Cap. VIII. aph. VIII. num. 3.* Diuerſæ Inueſtituræ litteræ occurrunt apud LVDEWIG *Reliqu. MSt. Tom. I. p. 494. ſeqq.*

***** *II. F. 2.*

****** *I. F. 26. II. F. 2. pr.*

iureiurando vel domini vel vaſalli eſt locus.*

§. XVII.

Ex contractu vero feudali atque inueſtitura abuſiua oritur obligatio inter dominum & vaſallum, ita, vt dominus ad rem ipſam tradendam ſit obſtrictus, ** nec præſtando Intereſſe liberetur, ſi modo poſſeſſio fuerit vacua, *** vaſallus vero ad fidelitatem domino præſtandam. Hæc igitur Inueſtitura abuſiua vaſallo non tribuit ius in re, ſiue ipſum ius feudi, prout inueſtitura propria, dum nulla accedat traditio, & ſymbola ſolennitatis cauſſa ſaltim adhibeantur, nec vaſallo inde tribuatur poſſeſſio, ſed ſaltim ius poſſeſſionem adprehendendi & dominium vtile vindicandi. **** Competit igitur vaſallo actio — Dominus & vaſallus ex contractu feudali obligatur.

* *I. F. 26. II. F. 2. pr.*

** *II. F. 26. c. ſi facta.* ROSENTHAL *Cap. VI. concluſ. VI. VII. VIII.* B. PARENS *Cap. VIII. aph. IX. num. 3.*

*** *II. F. 7. c. 1.* Adde RVSDORFIVM *Vindiciis cauſſæ Palatinæ pag. 38. ſeqq.*

**** B. PARENS *Cap. VIII. §. IX.* contradicit equidem IOAN. FRID. GÜNTHER in diſſertatione *de Inueſtitura abuſiua*, ſub præſidio STYKIANO ventilata, in qua prouocat ad indolem traditionis ſymbolicæ, ſed aliud eſt tra-

actio personalis contra dominum, ad feudum, de quo ipsum inuestiuerat, secundum naturam contractus tradendum,

ditio symbolica, aliud inuestitura symbolica, Deinde prouocat ad *II. F.* 8. vbi vasallo inuestito facultas tribuitur feudum a quolibet possessore vindicandi, & quod *II. F.* 36. detur actio contra dominum ex inuestitura abusiua ad feudi traditionem, & *II. F.* 33, quod feudum adquiratur inuestitura. Verum, hi textus nihil aliud docent, quam, quod ius feudi per inuestituram deferatur, & dominus facultatem concedat inuestito ius illud non solum contra dominum, sed etiam tertium exercendi. Textus IVRIS FEVD. SAX. *Cap. XXIX.* §. *vlt.* IVRIS ALEMANN. *Cap. XXXV.* agunt saltim de refutatione feudi. Ius autem in re per inuestituram non conferri, ex eo patet, quod si quis inuestitus fuerit de re aliena, sane dici nequit, ipsi ius in re fuisse collatum. Idem dicendum, si plures de eodem feudo fuerint inuestiti. Et licet rei vindicatio ipsi competat, quæ secundum Iure Ciuile dominium præsupponit, aliud tamen de Iure Feudali, dum perinde sit, siue dominus, siue vasallus ex iure ipsi a domino concesso vindicet. Dissentit tamen æque EYBEN *Electis Feud. Cap. X. num. XII. Cap. V.* §. *VIII.* SCHILTER *Exercitat. XIII.* §. *XXVII. Exercit. XLV.* §. *XLII. seqq.* Vtrosque conciliare conatur ITTER *Cap. IX.*

dum, & ſimul omne id, quod intereſt, præſtandum. * Immo, ſi poſſeſſio ſit vacua, & dominus non reſiſtat, vaſallus propria auctoritate feudum poterit occupare. ** Hinc etiam officium iudicis recte implorat vaſallus, vt in poſſeſſionem mittatur. *** Quod ſi tamen duo vel plures de eodem feudo abuſiue fuerint inueſtiti, vel poſſeſſio **** vel prioritas temporis erit reſpicienda, prout ſupra de exſpectatiuariis diximus. *****

§. XVIII.

Feudi vero traditio vel vera eſt, vel ficta. Feudi traditio vel vera vel ficta.

§. *XLVIII.* qui tamen §. *XLIX.* & *L.* ipſe teſtatur, per inueſtituram abuſiuam dominium feudorum Imperii non transferri.

* *II. F. 7. c. 1.* *Inueſtitura vero facta & fidelitate ſubſecuta omnimodo cogatur dominus inueſtitum inueſtitura in vacuam poſſeſſionem mittere. Quod ſi differat, omnem vtilitatem ei præſtabit.*

** ROSENTHAL *Cap. VI. concluſ. XI. n. 4.* HARTM. PISTORIS *Lib. II. qu. XXV. num. 26.* B. PARENS *Cap. VIII. aph. X. n. 2.*

*** B. PARENS *loc. cit. n. 5.*

**** Patet hoc ex IVRE FEVD. SAXONICO & ALEMANNICO *Cap. II.* & *II. F. 27.*

***** *Cap. IX.* §. *VII.* Adde B. PARENTEM *Aph. IX. n. 5.*

ficta. Illa fit, quando vasallus vere in possessionem immittitur, quod vocatur inuestitura propria, * ficta, si quis rem demonstret & dicat, se eius possessionem tradere, ** vbi aliquando signa, vtpote per porrectionem clauium, per ramum & cespitem, *durch Hand und Halm* adhibentur. *** Si dominus concedat, vt vasallus feudi possessionem adprehendat, **** & tanquam re feudali vtatur. Si vniuersitas transferatur, non opus est singularum rerum traditione, sed sufficit vnam rem tradi & adprehendi. ***** Quibusdam locis feudi resignatio requiritur, vt possessio rei tamdiu translata haut censeatur, vsque dum prior ius suum domino refutauerit aut resignauerit, *bis er die Lehn aufgelassen*, quod tamen vltra consuetudinem non est extendendum. ******

§. XIX.

* Vide supra *Cap. X. §. III.*

** *l. 18. §. 1. ff. de adquir. possess.*

*** *l. 2. §. 21. cod. l. 74. ff. de contrah. emptione.*

**** *l. 51. ff. de adquir. poss. II. F. 33.*

***** *l. 3. §. 1. de adquir. poss.*

****** HARTMANN PISTOR. *Obs. CCXXX.* CARPZOV *Lib. V. Resp. IV.* B. PARENS *Cap. VIII. aphor. XI. n. 4.* Adde KLEINIVM *de resigna-*

§. XIX.

Demum feudum etiam adquiritur per præscriptionem, vt ex re antea allodiali fiat feudalis. Id quidem procedit, si vasallus dominium vtile in re alicuius,* vel si dominus dominium directum in re allodiali per cursum temporis præscribit.** Requiritur autem, vt quis rem alienam per triginta annos, vt feudalem, animo & opinione vasalli, bona fide, ita, vt non aliter norit & crediderit, quam rem esse feudalem, & alteri, malam fidem obiicienti hanc probare incumbat,*** possederit, seruitia præstiterit, vel aliud quid egerit, ex quo dominus intelligere potuit, possessorem pro vasallo se gerere,**** eo ipso feudum constituitur, & quidem regulariter proprium,***** & possessor dominium vtile sibi ad- Feudum adquiritur per præscriptionem.

tione Iudiciali, ANDR. MEYERVM & IOAN. BVRC. VERPOORTEN *de Inuestitura Allodiorum.*

* *II. F. 33.*

** ROSENTHAL *Cap. VI. conclus. LXXXI.* HORN *Cap. XI. §. VIII.*

*** *II. F. 33. c. fin.* CARPZOV *Part. II. const. III. d. VII. n. 12. seqq.* RHETIVS *I. F. 28. p. 48.* HORN *Cap. XI. §. XIII.*

**** *II. F. 26. c. si quis. II. F. 33.*

***** B. PARENS *Cap. VII. §. XII.* qui et-

adquirit, ita, vt non tantum exceptio, ſed etiam actio vtilis ipſi detur contra dominum & tertium.* Titulus vero non requiritur, cum ipſa Domini patientia ſit inſtra tituli. **

§. XX.

Quo tempore præſcribatur.

Requiritur autem, vt bonæ fidei poſſeſſio per triginta annos ſit continuata, ***ad quos computandos prodeſt ſucceſſori defuncti poſſeſſio, modo vter-

iam diſſentienti BOCERO & WVRMSERO reſpondet. Adde HORNIVM *Cap. XI.* §. *VIII.* DARPAEVS *Præiud. XXII.* GEORG HENR. BRÜCKNER *de feudo informi per præſcriptionem adquiſito.*

* *II. F. 26. c. ſi quis.* HORN *Cap. XI.* §. *II.*

** *II. F. 33. pr.* MEVIVS *P. VI. d. CXXII.* CARPZOV *Part. II. conſt. III. d. VI.* HORN *Cap. XI.* §. *V.*

*** *II. F. 26. c. Si quis per triginta annos rem aliquam vt feudum poſſedit, & ſeruitium domino exhibuerit, quamuis de ea re non ſit inueſtitus, præſcriptione tamen triginta annorum ſe tueri poteſt.* Neque tamen alia præſcriptio Longobardis nota erat, prout ex LL. Longob. *Lib. II. tit. XXXV.* pateſcit. Et licet obiiciatur, *II. F. 87.* longi temporis ſaltim præſcriptionem requirere, quæ decem vel viginti annos contineat *l. 11. C. de præſcriptione long. temporis.* Præterquam enim, quod capitulum ſit extraordinarium, illud ex textu priori

vterque ſit in bona fide, & ſucceſſor inueſtituram renouauerit, quod dum omittit, pro vaſallo ſe gerere non videtur, licet Iure Saxonico triginta vnus annus & dies requiratur.* In rebus Eccleſiæ præſcriptionem XL. annorum requiri volunt, quod tamen circa feuda non obtinet.** Regalia vero contra Superiorem non niſi immemoriali tempore præſcribuntur,*** licet

erit explicandum *I. F. 26. c. 1.* vbi plane non ſermo eſt de præſcriptione, ſed de poſſeſſione annali.

* SCHRADER equidem *Tract. Feud. Part. V. cap. IV. num. 18.* ſaltim XXX. annos requirit, dum textus LANDRECHT *Lib. I. artic. XXIX.* ad allodialia ſpectet, etiam ſaltim agat *von Eigen und Erb.* Verum, CARPZOVIVS *Part. II. conſt. V. def. XVI.* annos XXXI. & diem in praxi obſeruari teſtatur, quem ſequitur HORNIVS *Cap. XI. §. IV.* ZIEGLER *de præſcript. Feud.* §. *XIII.*

** Prout definitum *Nou. CXI. & CXXXI.* Adde HORNIVM *Cap. XI. §. IV.* Verum, dum Ius Feudale non diſtinguat, neque nos diſtinguimus, prout etiam CASPAR ZIEGLER *de Præſcriptione Feud.* §. *XI.* non diſtinguit.

*** Per Rec. Imp. Auguſtæ 1548. §. *LVI.* verbis : *das er ie in menſchlichen Gedæchtnüs.* MOD. PISTORIS *Conſ. IV. num. 26. 32.* HEIGIVS

licet contra tertium ordinarium tempus sufficiat.*

§ XXI.

Dominium directum qua ratione adquiratur.

Adquirit etiam vasallus per praescriptionem XXX. annorum, vel de Iure Saxonico XXXI. annorum & vnius diei, dominum directum, ita vt ex feudo fiat allodium, si scilicet intra XXX. annos continuos, non interrupta possessione, vasallus rem feudalem vt allodialem bona fide ** possederit, domino exigenti, fidem feudalem, seruitia atque inuestiturae petitionem denegauerit, atque verbis & factis demonstrauerit, se non esse vasallum, dominus in eo per dictum tempus ad-

Part. I. qu. XVI. num. 47. CARPZOV *Part. II. const. III. def. XXIV. XXV.* ZIEGLER *de Praescript.* §. *XIV.* HORN *Cap. XI.* §. *IV.* Licet Christ. Thomasius de praescriptione Regalium ad iura subditorum non pertinente, demonstrare conatus fuerit, nullam plane praescriptionem locum habere.

* ROSENTHAL *Cap. V. concl. XVII.*

** Tales casus HORNIVS *Cap. XI. §. IX.* exprimit, si vasallus documenta inueniat, ex quibus colligi posset, rem esse allodialem, si falsus procurator, quem tamen ob iustas rationes verum putauit, remisit fidem, si haeres, existimans rem fuisse defuncti pleno iure propriam, & eam vt talem adprehendat.

adquieuerit.*** Exinde, si intra triginta annos nulla mutatio facta, inuestiturae renouatio non fuerit necessaria, vasallus, ad fidem & seruitia non fuerit euocatus, nulla praescriptio locum habet. Et si vasallus saltim seruitia denegauerit, & dominus in eo adquieuerit, adquirit saltim feudum francum, sed non desinit esse vasallus.*

§. XXII.

Dominium vtile qua ratione praescribatur.

Eadem ratione, si dominus praedium feudale, sciente & non contradicente vasallo, per XXX. annos bona fide possederit, dominium vtile contra vasallum praescribit. Haec vero praescriptio adgnatis & simultanee inuestitis non praeiudicat, nisi, postquam successio ad ipsos fuerit deuoluta, & ipsi per XXX. annos tacuerint.**

*** *arg. II. F. 26. c. 4. 33. 87.* ROSENTHAL *Cap. VI. concl. LXXXIII. num. 8.* CARPZOV *Lib. I. Resp. LXXX.* HORN *Cap. XI. §. IX.*

*. Vide supra *Cap. V. §. VIII.*

** HORNIVS *Cap. XI. §. X.* MYNSINGER *Cent. IV. obseru. XXVIII.* ZIEGLER *de Praescript. Feud. §. XII.*

CAP.

CAPVT DVODECIMVM
DE
SVCCESSIONE DESCENDENTIVM.

§. I.

Successio in feudis est vel legitima vel testamentaria vel pactitia.

SEquitur nunc adquisitio deriuatiua, quæ fit per successionem. Successio in feuda, alia est *legitima*, quæ secundum leges fit vel mores feudales, in qualibet prouincia receptos, alia *testamentaria*, quæ fit ex testamento, alia *pactitia*, quæ ex pacto locum habet.

§. II.

Feuda successu temporis facta hæreditaria

Primis equidem temporibus feuda saltim precaria erant, quæ pro arbitrio, a domino dirigente poterant reuocari, inde fiebant annalia, vsque dum ad vasalli vitam, vsusfructus instar concederentur. * Temporis vero progressu, successio etiam obtinere cœpit in feudis, quæ tamen a temporibus Ludouici Pii,** filiis militum bene meritorum ex Lotharii Imp. constitutione etiam nepoti-

* *I. F. 1.*

** THEGANVS *de gest. Ludouici Pii c. XIX.*

potibus, concederentur, * id quod Conradus II. Imp. magis adhuc confirmauit, vt feuda ſenſim fierent familiæ propria. ** Id quod Fridericus I. Imp. poſt-

* Extat *I. F. 9.* Idem IVRE ALEMANNICO ſtatutum *Cap. LXV. §. 3. diwile ſie aber das Gut ungteilet ſunt, ſtirbet ir einer, ſo tretent ſine Kindt an ires Vaters Stat, und behalten das Gut gemeine das ir Vater hat mit ihren Vettern alle.*

** *I. F. 1. c. 2. 4.* Conſtitutio integra extat in LL. Longobardorum *Lib. III. tit. 8. l. 4.* Hanc vero Conradi II. eſſe, demonſtraui in CORPORE HIST. GERM. *Per. VI. S. I. §. XII.* & HISTORIA IVRIS *Cap. VIII. §. 14.* cum nullus ex Conradis alias Romam venerit. IACOBVS equidem CVIACIVS *lib. I. de Feudis p. 25.* Conradum ſingulari lege primum ex latere vocauiſſe, ſecundum gradum in feudum patrium, putat. ANT. DAD. ALTESERRA *de orig. & ſtatu Feud. pro mor. Galliæ c. II. p. 9.* Conradum I. qui eodem æuo cum Carolo Simplice vixit, primas de feudis perpetuis & hæreditariis leges condidiſſe autumat. Verum, rectius Conrado II. tribuunt CONRING *de Orig. Iur. Germ. c. XIX.* SIGONIVS *de Regno Italiæ lib. VIII. p. 194.* Ideoque adoleſcentiam Iuris Feudalis inde repetit CRAGIVS *Lib. I. dieg. IV. pag. 21.* Vid. ALTESERRA *de feudis Galliæ cap. V.* THO-

postmodum confirmauit. * Exinde feudum rectum dicitur & Gentile. **

§. III.

Ius Hæreditarium an statim circa feuda Regalia introductum.

Neque tamen Ius Hæreditarium statim circa feuda Regalia fuit introductum, sed moris adhuc erat, vt Principum atque Comitum filii non nisi cum

MASIVS *de libri Vet. de Benef. auctore* §. *XXVIII. seqq.* WIPPO *p. 430. Militum vero animos multum attraxit, quod antiqua beneficia parentum nemini posterorum auferri sustinuit.* Adde SCHILTERVM *de natura succ. feud. Cap. I.* §. *6, 7.* GVNDLINGIVM *Part. XV. n. II.* §. *X.*

* Verbis: *Præcipimus etiam, vt cum miles, siue de maioribus siue de minoribus de hoc seculo migrauerit, filios eius beneficium tenere. Si vero filium non habuerit & abiaticum de filio masculo reliquerit, pari modo beneficium habeat, seruato vsu maiorum valuasorum in dandis equis & armis suis senioribus. Et si forte abiaticum ex filio non reliquerit, & fratrem legitimum ex parte patris habuerit, beneficium quod patris sui fuit, habebit.* Extat *lib. III. LL.* LONGOBARD. *tit. VIII. L. IV.* Adde BARATERII *libellum reformatum Lib. XIV. cap. IV*

** FERD. VGHELLVS *Episcopis Eporediensibus ad annum* 1226.

cum Imp. consensu succederent. * Et licet Duces Germaniæ sub Conrado I. propriam potestatem sensim adipiscerentur, ea tamen non statim facta fuit hæreditaria. Quare etiam Otto M. Arnolphi Mali filius successionem in Bavariæ Ducatum denegauit, ** eundem primum Berchtoldo Arnolphi fratri, post Henrico fratri concedens. *** Per dictam vero Conradi II. constitu-

Bb 2

* NITHARDVS *de dissens. filiorum Ludouici Pii*, Lib. III. pag. 464. *Bernardus Dux Septimaniæ quamquam a loco prædicti prælii* (ad Fontanidicum) *plus minus leucas tres defuerit, neutri in hoc negotio supplementum fuit, victoriam autem vt Caroli esse didicit, filium suum Wilhelmo ad illum direxit, & si bonores quos idem in Burgundia habuit, eidem donare vellet, vt se illi commendaret, præcepit.* Et de Vtone Comite REGINO. *Anno Dominicæ incarnationis DCCCCXI. Vto comes obiit, qui permissu Regis, quicquid beneficii, aut præfecturarum habuit, quasi hæreditatem inter filios diuisit.*

** Prout docui in CORPORE HIST. GERM. *Per. V. S. II.* §. V.

*** SIGEBERTVS GEMBL. ad annum 936. *Eberhardus* (Arnolphi filius senior) *exiliatur, Berchtoldus Arnolphi frater Ducatui præficitur, Henricus Regis frater Berchtoldo mortuo*

ſtitutionem, ius ſuccedendi in feudis Regalibus plene fuit ſtatutum, idemque poſtmodum obſeruatum. Et ſi quando Imperator defunctorum Ducum filiis ſucceſſionem denegaret, Status deſuper fuerunt conqueſti.*

§. IV.

Diuerſa ſucceſſionis Ciuilis & allodialis ratio.

Licet autem ſucceſſio feudalis legibus fuerit conſtituta, diuerſa tamen eſt ſucceſſionis allodialis atque Ciuilis ratio. Non enim ſolum liberior eſt de

ſucceſſit. WIPPO *Anno 1027. Adelbero Dux Hiſtrianorum ſiue Carinanorum reus Maieſtatis victus ab Imperatore cum filiis ſuis exulatus eſt: & Ducatum eius iſte Chuno ab Imperatore ſuſcepit: quem Ducatum Pater eiusdem Chunonis dudum habuiſſe perhibetur. Ita Dux Chuno fidus & bene militans Imperatori, & filio ſuo Henrico Regi, quousque vixerat, permanſit.* Idem docet AVCTOR VITÆ MEINWERCI *Cap. XX. Quinta dehinc proxima Idus Februarii Bernardus, Dux pius Saxonicus, filius Herimanni ducis obiit, & filius eius Bernardus fauente ſibi Meinwerco Epiſcopo amicisque ſuis ducatum obtinuit, & homo Epiſcopi factus iuge obſequium in omni fidelitate ſibi exhibuit.*

* Exemplum præbet LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad annum* 1069. COSMAS PRAGENSIS *ad annum 1132.*

de rebus allodialibus teſtandi, diſponendique facultas, quod in feudis regulariter ſine domini dirigentis conſenſu, locum non habet. * Deinde iure allodiali omnes hæredes ſuccedunt, ſine diſtinctione, dum Iure Feudali diſtinguantur inter *Lehn - und Land - Erben*, niſi in feudis mere hæreditariis. In allodiis ab inteſtato vltimo ſucceditur poſſeſſori, in feudis vero ſucceſſor Ius non habet ab vltimo poſſeſſore, ſed a primo adquirente, a quo vterque & defunctus & ſucceſſor deſcendit, quod ipſi per primam inueſtituram, dum primus adquirens *vor ſich und ſeine eheliche Leibes - und Lebens-Erben* fuit inueſtitus, adquiſitum, quod deinde ſemper fuit continuatum, ideoque non tam ex iure propinquitatis, quam potius ex tacita quadam lege inueſtituræ ſuccedit.* Exinde ſequitur, in feudis ſuccedere omnes maſculos, qui ex ſanguine primi adquirentis legitime ſunt propagati.**

* I. F. 8. *nulla ordinatione defuncti in feudo manente.* II. F. 9. *fieri tamen poteſt cum expreſſo conſenſu Domini & adgnatorum.*

** II. F. 14. c. 1. *Praedicti fratres vel nepotes per inueſtituram patris & aui in benefici-*

§. V.

Succeſſio Aſcendentium.

Excluduntur igitur a ſucceſſione feudali aſcendentes, idque non in feudis antiquis ſolum, ſed etiam nouis, quia, qui feudum adquirit, pro ſe ſaltim & deſcendentibus inueſtitur. * Quod ſi tamen pater, defuncto auo, feudum antiquum in fauorem filii refutauerit, hic vero, patre adhuc viuo, ſine hæredibus feudalibus deceſſerit, pater, excluſo etiam defuncti fratre, ſuccedit, dum ipſe iuri ſuo in ſucceſſionem feudi antiqui in filii ſaltim fauorem renuntiauerit, ** niſi feudo plane renuntiauerit, & filium quaſi de feudo nouo inueſtiri curauerit. Præſumitur tamen, patrem potius pure renuntiaſſe, quia ſenſus reſtrictus expreſſum pactum requirit. *** Deinde, pater in feudo ſuccedit, ſi ex pacto inueſtituræ adiecto

um ſuccedunt. Et ſimiliter intelligendum eſt in conſobrinis II. F. 18. Vnusquisque enim ſibi ſuisque hæredibus videtur proſpexiſſe. II. F. 23. 31. Vide TOBIAE IAC. REINHARTI, IO. KIEM *Diſſ. de ſucceſſione feudi.*

* II. F. 25. f. IVS SAXON. *Cap. VI. XXI.*

** *II. F.* 14. 49. SCHILTER *de Nat. Succ. feud. Cap. II.* §. *V.* HORN *Cap. XVI.* §. *II.*

*** *II. F.* 49.

adiecto hoc ita fuerit expressum. * Admittuntur descendentes in feudo mere & absolute hæreditario, vel si feudum ob bene merita parentis, filio fuerit concessum. Obtinet etiam ex consuetudine vel constitutione speciali eadem successio. ** Quod si feudum nouiter fuerit comparatum, & filius omnia bona vel maximam partem in illud impenderit, vel bona sua aliis in feudum obtulerit, vt parentibus nec

* *II. F.* 84. SCHRADER *Part. VII. cap. V. num. 5.* Addunt DD. Feudales, etiam si feudum filio datum fuerit a domino iure feudi antiqui, ROSENTHAL *Cap. VII. conclus. XIV. num. 20.* Verum vtroque casu locum habet, quod *II. F. 50.* decernitur: *successionis feudi talis est natura, quod ascendentes non succedant.* HORN *Cap. XV. §. 4.* Adde STRYKIVM *de succ. ab int. diff. II. cap. II.*

** Aliud est in feudo mere hæreditario, vbi modo succeditur allodiali. In Franconiæ feudis etiam primi adquirentis adscendentes, eiusdemque collaterales succedere, docet PETRVS RODERICVS DEMERATH *in Fascic. Iur. Francon. differ. XIV. part. III. pag. 152.* Idem dicendum de feudis Zutphaniæ, FRIDER. a SANDE *Comment. Consuet. Geldriæ Part. II. pag. 65. num. 20.* SIMON VON LEVWEN *Censura Forensi Lib. XII. num. 2. pag. 218.*

legitima sit salua, hæc ex feudo parenti erit præstanda. * Neque tamen vna cum adscendentibus, vbi ad feudi successionem admittuntur, fratres defuncti concurrunt, ** cum isti sint in linea recta, hic in linea obliqua, & pater propinquior sit filio quam frater. ***

§. V.

Filii adoptiui & naturales excluduntur, partim etiam legitimati.

Deinde excluduntur filii *adoptiui*, **** quia adoptio ius sanguinis non tribuit, * atque adoptiuus non est ex familia primi adquirentis, ** nisi forte cum domini & adgnatorum consensu hoc fiat. *** Excluduntur filii *illegitimi*, siue

* HORN *Cap. XVI.* §. *III.*

** Prout *Nou. 118. cap. 2.* statutum.

*** Iure Feudali enim illi primo loco succedunt, qui sunt ex eadem, quæ est defuncti linea *II. F.* 50. & proximitas gradus est attendenda *II. F.* 37. 50. B. PARENS *Cap. IX. aph. III. num. 3.* STRYK *de succ. ab int. dissert. II. cap. II.* §. *7.* HORN *Cap. XVI.* §. *IV.* Licet SCHILTER *de natura succ. feud. cap. II.* §. *5.* dissentiat.

**** *II. F. 26. c. adoptiuus.*

* *L. 23. de adopt.*

** Secundum textum *II. F.* 12. ne forte inuitus dominus alium, quam quem voluerit, sibi adquirat vasallum.

*** ITTER *Cap. XIV.* §. *VIII.*

ſiue ſpurii fuerint, ſiue adulterini, & inceſtuoſi ob vitium natalium. * Quod ſi tamen Princeps circa tale matrimonium diſpenſauerit, ſi quidem inceſtus ſit iuris humani, ideo diſpenſationi obnoxius, ſuccedunt, ſecus, ſi ſit iuris diuini. Et ſi quis ſaltim inueſtiatur *vor ſich und ſeine Erben*, etiam tunc naturales excluduntur, quia tales intelliguntur, qui ſucceſſionis ſunt capaces. Nec admittuntur *legitimati per Reſcriptum Principis*, ** dum Principes per

 legi-

* *II. F. 26. c. naturales.* Iure Feud. Alemann. c. 1. *die nicht ehlich gebohren, ſollen Lehnrechts darben.* Vocabantur *Wanbürtig.* AVCTOR *Vitæ Meinwerci* §. *CV.* NIC. SCHATEN *Ann. Paderborn. lib. V. p. 477.* Excludebantur etiam IVRE SAX. FEVD. *Cap. III.* ALEMANN. *Cap. I.* §. *4.* & *Cap. XL.* Adde MYLERI ab EHRENBACH *Gamologiam cap. XXIII. num. 3.* ITTERVM *Cap. XIV.* §. *1.* AVR. BVLL. *Cap. VII.* §. *2.* DARPAEVS *Praiud. XXIII.*

** d. textu : *naturales filii, licet poſtea fiant legitimi, ad ſucceſſionem feudi nec ſoli, nec cum aliis admittuntur.* SCHILTERVS equidem *Comm. ad Ius Feud. Alemann. cap. XL.* adducit litteras legitimationis Ruperti Imp. de a. 1408. quibus Gerlacum Grans, aliosque etiam qua ſucceſſionem feudalem contra hoc *c. naturales*, legitimat. Verum, ſaltim dici-

legitimationem suam aliis praeiudicium adferre nequeant, licet legitimatio etiam ad actum successionis feudalis sit directa. Quod si tamen dominus in feudo nouo eosdem admitti velit, vel feudum domino aperiatur, vel etiam agnati in feudis antiquis consenserint, vt succedant, etiam isti admittuntur, dum praeiudicium per consensum praestitum tollatur.* De legitimatis vero per subsequens matrimonium, qui olim dicebantur *Mantel-Kinder*, plurimum adhuc disputatur. Si generalitatem textus

tur, *& insuper feudorum mediocrium te reddimus capacem, quae de voluntate dominorum, a quibus deriuantur, poteris obtinere*, ideoque excluduntur feuda regalia & illa, quae legitimatus a domino obtinere non poterat, nec in praeiudicium agnatorum, ROSENTHAL *Cap. VII. conclus. XIX. n. 6.* MYLER ab EHRENBACH *Gamologia Cap. XXV. num. 1.* Licet contrarium adserat SCHÜTZ *Coll. Iuris Pub. Vol. I. Disput. VIII. th. XI. lit. a.* ITTER *Cap. XIV. §. VII.* Vide IO. FRIDEM. SCHNEIDERI diss. *de successione legitimatorum in feudis*, IO. GOTTFR. BAVERI *de successione legitimatorum per nuptias, exule in feudis.*

* HARTM. PISTORIS *Qu. XL. n. 10. seqq.* B. PARENS *Cap. IX. §. III. num. 9.* HORNIVS *Cap. XV. §. III.*

tus Iuris Longobardici & Germanici consideremus, omnino etiam hi sunt excludendi, dum textus non distinguat, deinde etiam inuestitura fiat *für sich und seine ebliche Leibes-Erben.* Verum, dum matrimonium subsequens vitium natalium tollat, atque tales nati, sine vllo alio actu intercedente, in omnibus habeantur ac legitimi,*omnes effectus ciuiles legitime progenitorum sortiantur, tales etiam ad successionem feudalem esse admittendos, plerique sentiunt.** Licet in hoc attendendum sit ad leges moresue cuiuslibet Curiæ feudalis. *** Eadem ratione, qui ex sponsa

* *c. tanta 16. qui filii sunt legitimi.*

** HARTM. PISTORIS *Lib. II. quæst. XLI.* SCHVRF. *Cent. II. consf. LVI. num. 4.* B. PARENS *Cap. IX. §. III. n. 12.* STRYK *de succ. ab intestato differt. I. cap. III. §. 27.* Idemque in Camera receptum, GAILIVS *Lib. II. obs. CXLI. num. 2.* MYNSINGER *Centur. V. obseru. XLII. num. 2.* Idem comprobat THOMASIVS *Iurist. Handel P. III. p. 210.*

*** HARTM. PISTORIS *Qu. XLI. n. 36. 37.* prout in Ducatu Brunsuicensi & Magdeburgico tales excludi, testatur STRYK *cit. loc.* Prout in Gandersheim. Landtags-Abschied a. 1601. art. XXXI. *Zum ein und dreyssigsten ist der gnædige Landes-Fürst erbœthig, wegen der*

ſponſa nati, ante benedictionem ſacerdotalem, ſi modo verus adfuerit conſenſus matrimonialis, ad feudalem ſucceſſionem admittendi. * De eo tamen plurimum adhuc diſputatur, an etiam in feudis regalibus illuſtres per ſubſequens matrimonium legitimati ſuccedant, quod licet alii negent, ** ple-

Mantel und per ſubſequens matrimonium legitimirten Kinder, über oberwehnte von S. F. G. publicirten Conſtitution nicht allein zu halten. ſondern auch dieſelben Kinder oder einige ſpurios zu neuern, ſonderlich Adelichen Lehnen keinesweges zu verſtatten noch keinem zu laſſen. Et licet HORNIVS *cap. XV. §. III.* ad conſtitutionem Mauritii Saxoniæ Electoris prouocet, *von denen aus der Ritterſchafft, welche Kinder auſſer der Ehe zeugen, und ihr Lehn-Gut auf ſie erben wollen*, ipſe tamen teſtatur, iſtam conſtitutionem, quæ legitimatos per ſubſequens matrimonium excludit, vſu non ſeruari. In Geldria vero tales legitimatos admitti tradit FRID. a SANDE *Tit. III. Cap. I. §. I. n. 3.*

* B. PARENS *cit. loc. num. 13.* STRYK *c. l. §. 28.* HORN *c. l.* Licet in Electoratu Saxonico per *Deciſ. XLIX.* publica ſponſalia requirantur, quod tamen non obiuis obtinet, ſi modo ſponſalia fuerint legitima

** MENOCHIVS *Vol. I. conſ. XVI. num. 8.* KNICHEN *Polit. Part. I. lib. II. cap. III. §. 6.*

plerique tamen adfirmant, *** cum nulla hic inter illustres atque priuatos ratio sit disparitatis, nisi pacta familiae obstent, vel matrimonium fuerit inaequale.

§. VI.

Excluduntur etiam regulariter omnes, qui ad praestanda seruitia sunt inhabiles, vtpote foeminae, * non in feudis minoribus solum, sed etiam Regalibus & Imperii, ** quae etiam Iure antiquo ab omni

Foeminae qua ratione a successione feudali vel excludantur vel admittantur.

His patrocinatur ab ANDLER *in Iurisprud. Add. pag. 719. seqq.*

*** ROSENTHAL *Cap. VIII. concl. XVIII. num.* PHIL. KNIPSCHILD *de Fideicomm. famil. illustr. Cap. VIII. num. 337.* HERMES *Fasc. Iuris Publici cap. XXXII. num. 56.* SCHÜTZ *Coll. Iur. Publ. vol. I. Diss. VIII. §. II.* MYLER ab EHRENBACH *Gamologia cap. XXIV.* ITTER *de feudis Imperii cap. XIV. §. 2.*

* *I. F. 1. c. 3. I. F. 8. c. 2. II. 17.* vbi ratio additur, quia neque faidam leuare, vel pugnam facere possunt, quae verba equidem a vulgaribus absunt editionibus, in antiquo tamen Codice Cuiaciano habentur. Vid. SCHILTER *de Nat. Succ. Feud. §. VIII.* PAGANINVS GAVDENTIVS etiam singulari scripto. *II. F. 11. 36.* IVS FEVD. ALEMANN. *Cap. I. II.* SAXONICVM *Cap. II.* HARTMANN PISTOR. *Lib. II. qu. 34. num. 1. 5.*

** Vide late ITTERVM *Cap. XIV. §. XI.*

poſtmodum confirmauit. * Exinde feudum rectum dicitur & Gentile.**

§. III.

Ius Hæreditarium an ſtatim circa feuda Regalia introductum.

Neque tamen Ius Hæreditarium ſtatim circa feuda Regalia fuit introductum, ſed moris adhuc erat, vt Principum atque Comitum filii non niſi cum

MASIVS *de libri Vet. de Benef. auctore* §. *XXVIII. ſeqq.* WIPPO *p. 430. Militum vero animos multum attraxit, quod antiqua beneficia parentum nemini poſterorum auferri ſuſtinuit.* Adde SCHILTERVM *de natura ſucc. feud. Cap. I.* §. *6, 7.* GVNDLINGIVM *Part. XV. n. II.* §. *X.*

* Verbis: *Præcipimus etiam, vt cum miles, ſiue de maioribus ſiue de minoribus de hoc ſeculo migrauerit, filios eius beneficium tenere. Si vero filium non habuerit & abiaticum de filio maſculo reliquerit, pari modo beneficium habeat, ſeruato vſu maiorum valuaſorum in dandis equis & armis ſuis ſenioribus. Et ſi forte abiaticum ex filio non reliquerit, & fratrem legitimum ex parte patris habuerit, beneficium quod patris ſui fuit, habebit.* Extat *lib. III. LL.* LONGOBARD. *tit. VIII. L. IV.* Adde BARATERII *libellum reformatum Lib. XIV. cap. IV*

** FERD. VGHELLVS *Epiſcopis Eporedienſibus ad annum* 1226.

cum Imp. consensu succederent. * Et licet Duces Germaniæ sub Conrado I. propriam potestatem sensim adipiscerentur, ea tamen non statim facta fuit hæreditaria. Quare etiam Otto M. Arnolphi Mali filius successionem in Bavariæ Ducatum denegauit, ** eundem primum Berchtoldo Arnolphi fratri, post Henrico fratri concedens. *** Per dictam vero Conradi II. constitu-

* NITHARDVS *de dissens. filiorum Ludouici Pii*, Lib. III. pag. 464. *Bernardus Dux Septimaniæ quamquam a loco prædicti prælii* (ad Fontanidicum) *plus minus leucas tres defuerit, neutri in hoc negotio supplementum fuit, victoriam autem vt Caroli esse didicit, filium suum Wilhelmo ad illum direxit, & si honores quos idem in Burgundia habuit, eidem donare vellet, vt se illi commendaret, præcepit.* Et de Vtone Comite REGINO. *Anno Dominicæ incarnationis DCCCCXL. Vto comes obiit, qui permissu Regis, quicquid beneficii, aut præfecturarum habuit, quasi hæreditatem inter filios diuisit.*

** Prout docui in CORPORE HIST. GERM. *Per. V. S. II.* §. V.

*** SIGEBERTVS GEMBL. ad annum 936. *Eberhardus* (Arnolphi filius senior) *exiliatur, Berchtoldus Arnolphi frater Ducatui præficitur, Henricus Regis frater Berchtoldo mortuo*

ſtitutionem, ius ſuccedendi in feudis Regalibus plene fuit ſtatutum, idemque poſtmodum obſeruatum. Et ſi quando Imperator defunctorum Ducum filiis ſucceſſionem denegaret, Status deſuper fuerunt conqueſti.*

§. IV.

Diuerſa ſucceſſionis Ciuilis & allodialis ratio.

Licet autem ſucceſſio feudalis legibus fuerit conſtituta, diuerſa tamen eſt ſucceſſionis allodialis atque Ciuilis ratio. Non enim ſolum liberior eſt de

ſucceſſit. WIPPO *Anno 1027. Adelbero Dux Hiſtrianorum ſiue Carinanorum reus Maieſtatis victus ab Imperatore cum filiis ſuis exulatus eſt: & Ducatum eius iſte Chuno ab Imperatore ſuſcepit: quem Ducatum Pater eiusdem Chunonis dudum habuiſſe perhibetur. Ita Dux Chuno fidus & bene militans Imperatori, & filio ſuo Henrico Regi, quousque vixerat, permanſit.* Idem docet AVCTOR VITÆ MEINWERCI *Cap. XX. Quinta dehinc proxima Idus Februarii Bernardus, Dux pius Saxonicus, filius Herimanni ducis obiit, & filius eius Bernardus fauente ſibi Meinwerco Epiſcopo amicisque ſuis ducatum obtinuit, & homo Epiſcopi factus iuge obſequium in omni fidelitate ſibi exhibuit.*

* Exemplum præbet LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad annum* 1069. COSMAS PRAGENSIS *ad annum* 1132.

de rebus allodialibus testandi, disponendique facultas, quod in feudis regulariter sine domini dirigentis consensu, locum non habet. * Deinde iure allodiali omnes hæredes succedunt, sine distinctione, dum Iure Feudali distinguantur inter *Lehn- und Land- Erben*, nisi in feudis mere hæreditariis. In allodiis ab intestato vltimo succeditur possessori, in feudis vero successor Ius non habet ab vltimo possessore, sed a primo adquirente, a quo vterque & defunctus & successor descendit, quod ipsi per primam inuestituram, dum primus adquirens *vor sich und seine eheliche Leibes- und Lebens-Erben* fuit inuestitus, adquisitum, quod deinde semper fuit continuatum, ideoque non tam ex iure propinquitatis, quam potius ex tacita quadam lege inuestituræ succedit.* Exinde sequitur, in feudis succedere omnes masculos, qui ex sanguine primi adquirentis legitime sunt propagati.**

Bb 3 §. V.

* I. F. 8. *nulla ordinatione defuncti in feudo manente.* II. F. 9. *fieri tamen potest cum expresso consensu Domini & adgnatorum.*

** II. F. 14. c. 1. *Prædicti fratres vel nepotes per inuestituram patris & aui in benefici-*

§. V.

Succeſſio Aſcendentium.

Excluduntur igitur a ſucceſſione feudali aſcendentes, idque non in feudis antiquis ſolum ; ſed etiam nouis quia, qui feudum adquirit, pro ſe ſaltim & deſcendentibus inueſtitur. * Quod ſi tamen pater, defuncto auo feudum antiquum in fauorem filii refutauerit, hic vero, patre adhuc viuo ſine hæredibus feudalibus deceſſerit pater, excluſo etiam defuncti fratre ſuccedit, dum ipſe iuri ſuo in ſucceſſionem feudi antiqui in filii ſaltim fauorem renuntiauerit, ** niſi feudo plane renuntiauerit, & filium quaſi de feudo nouo inueſtiri curauerit. Præſumitur tamen, patrem potius pure renuntiaſſe, quia ſenſus reſtrictus expreſſum pactum requirit. *** Deinde, pater in feudo ſuccedit, ſi ex pacto inueſtitur adiect

um ſuccedunt. Et ſimiliter intelligendum e in conſobrinis II. F. 18. Vnusquisque enim ſi ſuisque hæredibus videtur proſpexiſſe. II. F. 2 31. Vide TOBIAE IAC. REINHARTI, IO. KIE *Diſſ. de ſucceſſione feudi.*

* II. F. 25. f. IVS SAXON. *Cap. VI. XXI.*

** *II. F. 14. 49.* SCHILTER *de Na Succ. feud. Cap. II.* §. *V.* HORN *Cap. XV* §. *II.*

*** *II. F. 49.*

adiecto hoc ita fuerit expressum. * Admittuntur descendentes in feudo mere & absolute hæreditario, vel si feudum ob bene merita parentis, filio fuerit concessum. Obtinet etiam ex consuetudine vel constitutione speciali eadem successio. ** Quod si feudum nouiter fuerit comparatum, & filius omnia bona vel maximam partem in illud impenderit, vel bona sua aliis in feudum obtulerit, vt parentibus nec

Bb 4 legi-

* *II. F.* 84. SCHRADER *Part. VII. cap. V, num. 5.* Addunt DD. Feudales, etiam si feudum filio datum fuerit a domino iure feudi antiqui, ROSENTHAL *Cap. VII. conclus. XIV. num. 20.* Verum vtroque casu locum habet, quod *II. F. 50.* decernitur: *successionis feudi talis est natura, quod ascendentes non succedant.* HORN *Cap. XV. §. 4.* Adde STRYKIVM *de succ. ab int. diss. II. cap. II.*

** Aliud est in feudo mere hæreditario, vbi modo succeditur allodiali. In Franconiæ feudis etiam primi adquirentis adscendentes, eiusdemque collaterales succedere, docet PETRVS RODERICVS DEMERATH *in Fascic. Iur. Francon. differ. XIV. part. III. pag. 152.* Idem dicendum de feudis Zutphaniæ, FRIDER. a SANDE *Comment. Consuet. Geldriæ Part. II. pag. 65. num. 20.* SIMON VON LEVWEN *Censura Forensi Lib. XII. num. 2. pag. 218.*

legitima ſit ſalua, hæc ex feudo parenti erit præſtanda. * Neque tamen vna cum adſcendentibus, vbi ad feudi ſucceſſionem admittuntur, fratres defuncti concurrunt, ** cum iſti ſint in linea recta, hic in linea obliqua, & pater propinquior ſit filio quam frater. ***

§. V.

Filii adoptiui & naturales excluduntur, partim etiam legitimati.

Deinde excluduntur filii *adoptiui*, **** quia adoptio ius ſanguinis non tribuit, * atque adoptiuus non eſt ex familia primi adquirentis, ** niſi forte cum domini & adgnatorum conſenſu hoc fiat. *** Excluduntur filii *illegitimi*, ſiue

* HORN *Cap. XVI.* §. *III.*

** Prout *Nou. 118. cap. 2.* ſtatutum.

*** Iure Feudali enim illi primo loco ſuccedunt, qui ſunt ex eadem, quæ eſt defuncti linea *II. F.* 50. & proximitas gradus eſt attendenda *II. F.* 37. 50. B. PARENS *Cap. IX. aph. III. num. 3.* STRYK *de ſucc. ab int. diſſert. II. cap. II.* §. 7. HORN *Cap. XVI.* §. *IV.* Licet SCHILTER *de natura ſucc. feud. cap. II.* §. *5.* diſſentiat.

**** *II. F. 26. c. adoptiuus.*

* *L. 23. de adopt.*

** Secundum textum *II. F.* 12. ne forte inuitus dominus alium, quam quem voluerit, ſibi adquirat vaſallum.

*** ITTER *Cap. XIV.* §. *VIII.*

siue spurii fuerint, siue adulterini, & incestuosi ob vitium natalium. * Quod si tamen Princeps circa tale matrimonium dispensauerit, si quidem incestus sit iuris humani, ideo dispensationi obnoxius, succedunt, secus, si sit iuris diuini. Et si quis saltim inuestiatur *vor sich und seine Erben*, etiam tunc naturales excluduntur, quia tales intelliguntur, qui successionis sunt capaces. Nec admittuntur *legitimati per Rescriptum Principis*, ** dum Principes per

Bb 5 legi-

* *II. F. 26. c. naturales.* Iure Feud. Alemann. c. 1. *die nicht ehlich gebohren, sollen Lehnrechts darben.* Vocabantur *Wanbürtig.* AVCTOR *Vitæ Meinwerci* §. *CV.* NIC. SCHATEN *Ann. Paderborn. lib. V. p.* 477. Excludebantur etiam IVRE SAX. FEVD. *Cap. III.* ALEMANN. *Cap. I.* §. *4.* & *Cap. XL.* Adde MYLERI ab EHRENBACH *Gamologiam cap. XXIII. num. 3.* ITTERVM *Cap. XIV.* §. *1.* AVR. BVLL. *Cap. VII.* §. *2.* DARPAEVS *Praiud. XXIII.*

** d. textu : *naturales filii, licet postea fiant legitimi, ad successionem feudi nec soli, nec cum aliis admittuntur.* SCHILTERVS equidem *Comm. ad Ius Feud. Alemann. cap. XL.* adducit litteras legitimationis Ruperti Imp. de a. 1408. quibus Gerlacum Grans, aliosque etiam qua successionem feudalem contra hoc *c. naturales*, legitimat. Verum, saltim dici-

legitimationem ſuam aliis præiudicium adferre nequeant, licet legitimatio etiam ad actum ſucceſſionis feudalis ſit directa. Quod ſi tamen dominus in feudo nouo eosdem admitti velit, vel feudum domino aperiatur, vel etiam agnati in feudis antiquis conſenſerint, vt ſuccedant, etiam iſti admittuntur, dum præiudicium per conſenſum præſtitum tollatur.* De legitimatis vero per ſubſequens matrimonium, qui olim dicebantur *Mantel-Kinder*, plurimum adhuc diſputatur. Si generalitatem textus

tur, *& inſuper feudorum mediocrium te reddimus capacem, quæ de voluntate dominorum, a quibus deriuantur, poteris obtinere*, ideoque excluduntur feuda regalia & illa, quæ legitimatus a domino obtinere non poterat, nec in præiudicium agnatorum, ROSENTHAL *Cap. VII. concluſ. XIX. n. 6.* MYLER ab EHRENBACH *Gamologia Cap. XXV. num. 1.* Licet contrarium adſerat SCHÜTZ *Coll. Iuris Pub. Vol. I. Diſput. VIII. th. XI. lit. a.* ITTER *Cap. XIV. §. VII.* Vide IO. FRIDEM. SCHNEIDERI diſſ. *de ſucceſſione legitimatorum in feudis*, IO. GOTTFR. BAVERI *de ſucceſſione legitimatorum per nuptias, exule in feudis.*

* HARTM. PISTORIS *Qu. XL. n. 10. ſeqq.* B. PARENS *Cap. IX. §. III. num. 9.* HORNIVS *Cap. XV. §. III.*

tus Iuris Longobardici & Germanici consideremus, omnino etiam hi sunt excludendi, dum textus non distinguat, deinde etiam inuestitura fiat *für sich und seine ebliche Leibes-Erben.* Verum, dum matrimonium subsequens vitium natalium tollat, atque tales nati, sine vllo alio actu intercedente, in omnibus habeantur ac legitimi,* omnes effectus ciuiles legitime progenitorum sortiantur, tales etiam ad successionem feudalem esse admittendos, plerique sentiunt.** Licet in hoc attendendum sit ad leges moresue cuiuslibet Curiae feudalis.*** Eadem ratione, qui ex sponsa

* *c. tanta 16. qui filii sunt legitimi.*

** HARTM. PISTORIS *Lib. II. quaest. XLI.* SCHVRF. *Cent. II. cons. LVI. num. 4.* B. PARENS *Cap. IX. §. III. n. 12.* STRYK *de succ. ab intestato dissert. I. cap. III. §. 27.* Idemque in Camera receptum, GAILIVS *Lib. II. obs. CXLI. num. 2.* MYNSINGER *Centur. V. obseru. XLII. num. 2.* Idem comprobat THOMASIVS *Iurist. Handel P. III. p. 210.*

*** HARTM. PISTORIS *Qu. XLI. n. 36. 37.* prout in Ducatu Brunsuicensi & Magdeburgico tales excludi, testatur STRYK *cit. loc.* Prout in Gandersheim. Landtags-Abschied a. 1601. art. XXXI. *Zum ein und dreyssigsten ist der gnädige Landes-Fürst erbætig, wegen der*

plerique tamen adfirmant, *** cum nulla hic inter illuſtres atque priuatos ratio ſit diſparitatis, niſi pacta familiæ obſtent, vel matrimonium fuerit inæquale.

§. VI.

Excluduntur etiam regulariter omnes, qui ad præſtanda ſeruitia ſunt inhabiles, vtpote fœminæ, * non in feudis minoribus ſolum, ſed etiam Regalibus & Imperii, ** quæ etiam Iure antiquo ab omni

Fœminæ qua ratione a ſucceſſione feudali vel excluduntur vel admittantur.

His patrocinatur ab ANDLER *in Iurisprud. Add. pag. 719. ſeqq.*

*** ROSENTHAL *Cap. VIII. concl. XVIII. num.* PHIL. KNIPSCHILD *de Fideicomm. famil. illuſtr. Cap. VIII. num. 337.* HERMES *Faſc. Iuris Publici cap. XXXII. num. 56.* SCHÜTZ *Coll. Iur. Publ. vol. I. Diſp. VIII. §. II.* MYLER ab EHRENBACH *Gamologia cap. XXIV.* ITTER *de feudis Imperii cap. XIV. §. 2.*

* *I. F. 1. c. 3. I. F. 8. c. 2. 11. 17.* vbi ratio additur, quia neque faidam leuare, vel pugnam facere poſſunt, quæ verba equidem a vulgaribus abſunt editionibus, in antiquo tamen Codice Cuiaciano habentur. Vid. SCHILTER *de Nat. Succ. Feud. §. VIII.* PAGANINVS GAVDENTIVS etiam ſingulari ſcripto. *II. F. 11. 36.* IVS FEVD. ALEMANN. *Cap. I. II.* SAXONICVM *Cap. II.* HARTMANN PISTOR. *Lib. II. qu. 34. num. 1. 5.*

** Vide late ITTERVM *Cap. XIV. §. XI.*

omni fucceffione excludebantur, *** licet etiam armis fint adfuetæ,* vel feuda franca fint, conditionata; cenfitica, ecclefiaftica, fi fcilicet vt feuda mafcula fuerint collata, cum qualitas feudi ipfa non

Quare nefcio, quid PIASECIO in mentem venerit, dum *Chron. pag. 35.* fcribit: *in omnibus fiduciis Imperii, præter Electoratus fœminæ fuccedunt.*

*** LEX SALICA *Tit. LXII. de terra Salica nulla portio hæreditatis mulieri obueniat, fed ad virilem fexum tota terræ hereditas perueniat.* LEX SAXONVM *Tit. VII. cap. I. pater aut mater defuncti filio, non filiæ, hereditatem relinquant*, & cap. VI. *qui filium & filiam habuerit, & filius, vxore ducta, filium genuerit, & mortuus fuerit, hereditas patris ad filium filii, i. e. ad nepotem, non ad filiam, pertineat.* LEX ANGLORVM & WERINORVM tit. III. *hereditatem defuncti filius, non filia fufcipiat, fi filium non habuit, qui defunctus eft, ad filiam pecunia & mancipia, terra vero ad proximum generationis confanguineum pertineat,* cap. 2. *fi autem nec filium habuit, foror eius pecuniam & mancipia, terram proximus paternæ generationis accipiat*, & cap. 8. *vsque ad quintam generationem paterna generatio fuccedat.*

* VULTEIVS *Lib. I. cap. IX. num. 39.*

non alteretur. * Accedit hæc ratio, quod feuda familiæ cauſſa concedi ſoleant, quam fœminæ mutant. ** Nec etiam fœminæ ſuccedunt, ſi quis pro ſe & hæredibus ſuis, *vor ſich und ſeine Erben*, inueſtiatur. Licet enim ſecundum Ius Ciuile hæres dicatur pro maſculo & fœmina, *** hic tamen loci ſecundum

* Sunt equidem, qui in eiusmodi feudis fœminas admittunt, ſecundum *II. F.* 104. CARPZOV *Part. III. cap. XXVIII. def.* 12. licet poſtea ſententiam mutaſſet *Diſſ. feud.* 5. 51. 52. Verum, contrarium ſentit ANDR. FACHINAEVS *Lib. VII. cap. XL.* a remiſſione ſeruitiorum non recte inferri dicens, quia non ſequatur, ſi in vno feudum a ſua natura ac proprietate degeneret, idcirco in omnibus aliis degenerare debere. Aliud tamen eſt feudum, in quod Iure Francorum ſucceditur, ad quod etiam fœminæ admittuntur. ROSENTHAL *Cap. VII. concluſ. XXV. num.* 1. *concl. XXXII. num.* 11. SCHRADER *VII.* 4. 11. SCHILTER *de nat. ſucc. feud. cap. II. §. XX.*

** *l. 195. 196. ff. de V. S.* FOERSTER *de Succeſſ. lib. IV. cap. XXIII. n. 48.* SCHILTER *de Succ. Feud. cap. II. §. VIII.* HORN *Cap. XI. §. V.*

*** Id quod etiam Iuri feudali conuenit *I. F. 13. c. 1. II. F. 34. c. Similiter.* CAR. a. KIRCHBERG *de feudis ex pacto & prouid.*

dum obiectum, hæredes intelliguntur, qui successionis feudalis sint capaces. * Secus, si quis inuestitus fuerit *vor sich, seine Erben und Erbnehmen*, cum hæc vltima vox quemuis hæredem, etiam extraneum denotet. Nec fœminæ solum, sed etiam nepotes ex istis excluduntur, ** dum fœminæ nubendo in aliam transeant familiam, vt nepos ex filia tanquam extraneus admitti nequeat, & fœmina nihil iuris ad nepotem possit transferre. *** Quod si autem inuestitura hac ratione fuerit facta, vt fœminæ succedant, sicut masculi, vel cum masculis, vel *zu gleichen Theilen*, vel si **** masculi & fœminæ *ohne Vnterschied* inuestiantur, tunc enim & masculi

cap. II. num. 29. seqq. B. PARENS *Cap. III. §. XII. num. 6.* MENOCHIVS *Lib. III. Præsum. XCIV. & CXXX.* HARTM. PISTORIS *Part. II. quæst. XXX. XXXIX.* SCHILTER *ad Struv. pag. 86.*

* *l. 24. l. 170. ff. de V. S.*

** *II. F. 11.*

*** VULTEIVS *Vol. IV. Conf. Marpurg. XII. n.* 127. ROSENTHAL *Cap. VII. concl. XXXII. num.* 23. STRYK *de Succ. ab Int. differtat. I. cap. III. §. II.*

**** CARPZOV *lib. VI. Resp. LXXXII.* B. PARENTIS *obs. Feud. ad cap. IX. §. X.*

sculi & fœminæ coniunctim admittuntur. Secus si dicatur, vt masculi & fœminæ succedant, cum particula *cum* successionem simultaneam importet, secus de particula *&*, quæ saltim impedit exclusionem. * Succedunt tamen in feudis fœmineis, quæ vel sunt simultanea, *durchgehend Lehn*, in quibus vna cum masculis, vel *successiua*, in quibus non nisi masculis deficientibus ** succedunt, sæpe etiam censiticis, *** non æque in feudis hære-

* *I. F. 1. c. 3.* ROSENTHAL *Cap. VII. concl. XLI. num. 4. & seqq.* HARTM. PISTOR *Part. II. quæst. XXXI. num. 28.* CARPZOV *Part. III. const. XXVIII. def. 13. 14.* & *Lib. VI. Resp. Elect. LXXII.* B. PARENS *Cap. IX. aphorism. VIII. num. 13.* Licet VVLTEIVS *L. de Feud. cap. IX. num. 49.* dissentiat.

** *II. F. 17. 30. 50.* Hæc vberius deducuntur *in der Sachsen-Lauenburgischen Erb-Prinzessin Prætension an dem Herzogthum Sachsen-Lauenburg* apud THVCELIVM *Electorum Iuris Publici Contin. cap. IV. pag. 395.* HARTMANN PISTOR. *Part. II. quæst. XXXV.* CARPZOV *Part. III. cap. XXVIII. §. 13. 14.* Qualia in Imperio nostro potissimum sunt terræ Austriacæ, Ducatus Brunsuico-Lüneburgensis, & alia, de quibus ITTER *Cap. XIV. §. XIII. seqq.*

*** COCCEIVS *Cons. illustr. LXXXIV.*

hæreditariis, oblatis & ecclesiasticis, * vel a fœminis primum adquisitis, quæ licet plerumque esse soleant fœminea, quandoque tamen etiam conferuntur *zu wahren Mann-Lehn.* Admittuntur etiam ad successionem in feudis, prout Albertus II. Imp. a. 1299. pro tribunali definiuit, **. *quod nulla filia, vel mulier possit in bonis feudalibus succedere, nisi de plenaria voluntate Domini feudi & consensu.* Idem fit ex pacto inuestituræ adiecto, prout in Ducatu Mediolanensi, *** quod

* Nota est controuersia inter Archi-Episcopum & vasallos Colonienses, qui contendebant, feuda ecclesiastica esse fœminea, quorum caussam defendit WERNERVS THVMMERMVTH in *Krumstab schleust niemand aus, siue votiua relatione Compromissi Feudalis*, cui Archiepiscopus opposuit *Krumstab schleust alles aus.*

** Extat decretum apud LÜNIGIVM *Spicil. Eccles. I. Forts. p. 393.*

*** *I. F. I. cap. 3. I. F. 8. c. 2. 14. c. 2. 24. II. F. 50.* SCHILTER *de nat. succ. feud. cap. II. §. IX. seqq.* Adde IO. CAR. NAEVII *de Iuribus Fœmin. præcipuis in feudo.* SCHVVEDER *de fœminarum* cum masculis *concurrentium exclusione.* Eiusdem *Casus practicos in puncto successionis feudalis in feudo fœmineo.* STRYK *de Success. ab Int. Dissert. I. §. V. seqq.*

quod tamen in præiudicium adgnatorum vel simultanee inueſtitorum fieri nequit, * vel conſuetudine prouinciæ, prout in Sileſia.

§. VII.

Quod ſi tamen fœmina per maſculum exiſtentem ſemel fuerit excluſa, non ideo ſemper excluſa manet, ** quin potius

Fœmina per maſculum ſemel excluſa non ſemper excluſa manet

Cc 2

* Licet contrarium adſerat ITTER *Cap. XIV.* §. *XX.*

** Sunt equidem, qui contradicant, ANDR. ab ISERNIA, MATTHAEVS de AFFLICTIS in *cap. t.* §. *quin etiam.* ANDREAS KNICHEN *de Veſtit. Pattion. Part. I. cap. III. n. 38. ſeqq.* BOCER *de Succ. Feud. cap. III. qu. 4.* CHRISTINAEVS *Volum. VI. Dec. XLII. num. 22.* SCHRADER *Part. VII. cap. IV. n. 83.* ROSENTHAL *Cap. VII. concl. XLII.* GAILIVS *II. obſ. CXLVIII. n. 1.* prouocantes ad *I. F. 6. c. quin etiam.* verbis: *relicto maſculo fœminæ vlterius non admittuntur.* Verum, textus ille plane de caſu noſtro non agit, ſaltim illud dicit, dum maſculi adſint, fœminas non admitti, dum excluſio excludentem requirat. Deinde obiicitur *I. F. 8. II. F. 17.* quod fœminæ ad ſucceſſionem locus non pateat, donec maſculus ſuperfuerit, qui autem ſub conditione vocatus, dificiente ſemel conditione, amplius admitti nequeat, verum, textus fœminas admittunt, maſculis deficientibus *II. F. 30.* vbi tamen ſaltim falſum dicitur, quod

potius, masculo defuncto, & nullis amplius existentibus, æque ad successionem admittatur, cum eo tempore, quo masculus successit, fœminæ, non isti fuerit successio delata, dum casus successionis nondum extiterit, qui demum masculis deficientibus, existit. * Quod si etiam fœmina tempore mortis vasalli, non existente masculo, semel ad successionem fuerit admissa, & postea demum natus fuerit masculus, (nisi posthumus fuerit) feudum restituere haut tenetur, dum successionis tempus sit spectandum, ** quo, cum masculus non adfuerit, feudum fœminæ legitime fuit collatum, & ab

fœminæ masculis existentibus succedant. Adde ITTERVM *Cap. XIV.* §. *XX.* FRID. A SANDE *Tit. III. Cap. I.* §. *VII. n. 78. seqq.*

* *I. F. 8. II. F. 17.* Secundum hanc etiam sententiam sæpius fuisse responsum, docent VVLTEIVS *de Feudis Lib. I. c. IX. n. 16.* HEIGIVS *Part. I. quæst. XXVI. n. 9.* HARTM. PISTORIS *Lib. II. qu. XXXV. num. 8.* CARPZOV *Iurispr. For. Part. III. const. XXVIII. def. 15.* B. PARENS *Cap. IX. aphor. VIII. n. 6. 7.* HORN *Cap. XV.* §. *IX.* GEORG DARPAEVS *Præiud. Feud. II.* STRYK *de Succ. ab Intest. dissert. I. cap. III.* §. *IV.* SCHILTER *ad Synt. p. 152.*

** *II. F. 17.* B. PARENS *Cap. IX. aphor. VIII. n. 8.*

ab eo iuste adquisitum. Neque tamen feudum semel ad aliquam lineam per fœminam deuolutum, semper in ista linea manere debet, vt etiam fœminæ illud retineant, masculo in alia linea existente, non attento. Quod si enim vasallus duas relinquit in feudo succedentes filias, quarum ista filium, hæc filiam susceperit, tunc filius ex vna prognatus, non matri solum, sed etiam materteræ, exclusa ipsius filia, succedit. * Si vero vasallus duos reliquerit filios, quorum vni filius nascitur, alteri filia, filius non patri solum, sed etiam patruo, exclusa huius filia, succedit. ** Licet enim fœmina

* STRYKIVS equidem in *diss. de successione in feudo masculis & feminis concesso* §. *XLVI.* contrarium docet, ast refutatus ad longum in *Ost-Friesischen pro Memoria in der Rietbergischen Erbsache in Beylagen lit. I.* & demonstratur, fœminas non succedere, donec vnus masculus a primo adquirente descendens superfuerit.

** *II.* F. 17. hac adiecta ratione: *non enim patet locus fœminæ in feudi successione, donec masculus superest ex eo, qui primus de hoc feudo fuerit inuestitus. II.* F. *51. c. Similiter.* B. PARENS *n. 9.* HARTM. PISTOR *Part. II. qu. 35. n. 3. seqq.* CARPZOV *Part. III. cap. XXVIII. def. 13. num. 10.*

mina pro ratione lineæ præcedat, hæc tamen lineæ proximitas locum saltim habet inter personas, quæ eiusdem sunt sexus, cum sexus ratione masculus a primo adquirente descendens, semper excludat fœminam. * Nisi successio linealis cognatica fuerit introducta, quæ lineam, quam semel intrauit, donec superfuerit, non exit. Hæc tamen dicta locum non habent in feudis fœmineis simultaneis, *durchgehend Lehn*, in quibus masculi & fœminæ coniunctim succedunt.

§. VIII.

Nec fœminæ semper in feudo fœmineo succedunt.

Nec etiam fœminæ semper in feudo fœmineo, quod scilicet ratione adquisitionis tale est, succedunt. Quod si enim fœmina feudum adquirens inuestiatur *zu wahren Mann-Lehn*, omnino in isto non nisi masculi succedunt, ** cum

* *II*. F. 17. Nec obstat *II*. F. 50. vbi dicitur, quod successio feudi ad solos & omnes pertineat, qui in eadem sint linea, cum hoc de illis saltim intelligi debeat, qui ad seruitia sunt habiles. HARTM. PISTOR *cit. loc.* B. PARENS *cit. loc. num. 9.* HORN *Cap. XV.* §. *VIII.* Exemplum in Comitatu Saynensi apud SCHILTERVM *pag. 96.*

** ROSENTHAL *Cap. II. concl. XXXVI. num. 17.* MATTH. VVESENBECIVS *Part. II. consil. LXXIV.* B. PARENS *cit. loc. num. 12.*

cum qualitas feudi per adquisitionem a fœmina non alteretur. Nec etiam feudum vasallo, eius filiis & filiabus, *Sœhnen und Tœchtern* concessum, ita, vt ex verbis inuestituræ non satis appareat, an illud pactum etiam de descendentibus ex fœminis sit intelligendum, ad neptes deuoluitur, cum alia plane ratio sit filiarum, quæ ex familia sunt inuestiti, alia neptium, quæ ex aliena sunt familia. * Nec obstat, quod sub appellatione filiorum, regulariter etiam nepotes, & vlterioris gradus descendentes intelligantur, ** cum alia sit ratio nepotum, pronepotum, &c. qui semper ex familia sunt primitus inuestiti, & neptium, qui ex aliena sunt familia. Nec etiam obest, quod sub fœminarum appellatione in feudali inuestitura etiam denotentur descendentes ex fœminis, *** cum fœminæ vox sit generalis, omnem sexum denotans, non æque filiam. Neque textus *I. F. 1. c. 3.* est contrarius, cum in

* *I.* F. *8. c. vlt.* ROSENTHAL *Cap. VII. concl. XLII. n. 4. & seqq.* SCHRADER *Part. VII. concl. IV. num. 43.* B. PARENS *num. 15.*

** ROSENTHAL *cit. loc.* FACHINAEVS *VII. controu. LXXV.*

*** *II.* F. *17. 50. 51. c. Similiter.* ROSENTHAL *Cap. VII. concl. XLII. num. 3.*

in eo faltim dicitur,quod etiam ex pacto fœminæ poffint fuccedere. Alia tamen ratio eft, fi fecundum totius Prouinciæ confuetudinem, fœminæ admittantur, prout in Silefia, tunc etiam inueftitura ad filias facta, fecundum prouinciæ confuetudinem, ad omnes etiam vlterioris gradus erit extendenda.*

§. IX.

Legitima an fœminis exclufis debeatur.

Quod fi igitur fœmina a fucceffione fuerit exclufa, nec legitimam ex eodem petere poterit, cum hæc portio de ifta hæreditate petatur, cuius fœminæ funt capaces, alia eft ratio in feudis nouis, in quo pater vel omnia bona fua, vel potiorem eorum partem impenderit, tunc enim legitima filiabus, etiam ex feudo falua manere debet. Eadem erit ratio, fi omnia bona in feudum fint oblata. Mores tamen & leges feudales hic funt confiderandæ, dum in Lufatia Superiori, deficientibus hæredibus mafculis, liceat patri & fratribus, filiabus vel fororibus iuxta modum legitimæ aliquid relinquere, per vltimam voluntatem. Tenentur tamen æque filiæ, quæ totam legitimam ex feudo acceperunt, creditoribus hæreditariis pro modo fuæ legi-

* B. PARENS *num. 17.*

legitimæ, dum nec legitima, nisi deducto ære alieno, locum habere possit. *

§. X.

Excluduntur Clerici, ** potissimum Monachi, si vel maxime habitum religionis postea deposuerint. Quod si tamen Clericus simultanee fuerit inuestitus, *mit einer Lehns-Hand*, etiam in feudo recte succedit. *** Imperfecti, vel animo

Clerici & Imperfecti excluduntur.

Cc 5

* SCHILTER *Exercitat. XIV.* §. *CXLVII.* & *seqq.* & potissimum HORN *Cap. XV.* §. *X.*

** *II.* F. *21. 30. 36.* Immo *II.* F. *26.* dicitur: *qui clericus efficitur, aut votum religionis assumit, hoc ipso feudum quod habet, amittit.* Ratio additur: *II.* F. *21. quod deficit esse miles seculi, qui factus est miles Christi: nec beneficium pertinet ad eum, qui non debet gerere officium.* IVS FEVD. ALEMANN. *Cap. III.* SAXONICVM *Cap. II.* LANDRECHT *Lib. I. art. XXVI.* STRYK *de Success. ab Int. I. 3. 12.* B. PARENS *Cap. IX. aph. IX.* ITTER *Cap. XIV.* §. *XXIII.* HORN *Cap. XV.* §. *XV.*

*** Patet hoc ex IVRE FEVD. ALEMANNICO *Cap. III.* §. *3. und hat ein Pfaffe einen Bruder oder me Brüder und entphobet er eine Lehn mit den Brüdern mit einer Lebens-Hand und het auch mit In Nutz und Gewehr und sterbent sie one Lebens-Erben Im blieuet das Leben mit Rechte in dem Rechte als hievor geschrieben ist.*

animo, vel furiosi, & mente capti, ve corpore, vt muti, surdi *** cœci, claudi siue feudum nouum fuerit siue anti quum, excluduntur. Clerici quidem si tempore successionis fuerint seculares, postea habitum clericalem suscipiunt, feudum retinere nequeunt. * Secus de Imperfectis, quod si enim imperfectio fuerit superueniens, omnino feudum retinent. ** Intelligitur etiam imper-

*** Vide HENRICI BERGERI *Disquisitionem, vtrum & quousque surdi ac muti feudorum sint capaces*, qui hanc materiam diuersis responsis Iuridicis ac medicis illustrauit, ITTER *Cap. XIV.* §. *XXI.*

* *II.* F. *21. 30. 36. 109.*

** *II.* F. *36. 106.* IVRE SAXONICO FEVDALI *Cap. XXX.* ALEMANNICO *Cap. LXIII. Ein Herre mag den Mann sin Leben nie genemen noch verzihen, ob er blint ist oder siner Gewer mangelt oder miselsuchtig wirt, oder was Suchtagen er gewinnet*, vbi SCHILTERVS *miselsuchtig* explicat pro *leprosus.* Docet hoc etiam LANDRECHT *Lib. I. art. IV. Wirt auch ein Kint gebohrn stum oder Hande-los oder Witze-los oder blint, das ist wol Erbe zu Landrecht, aber nicht zu Lehnrecht, hette aber ein Man Lehn empfangen ehe er also gebrechlich worden were, das verleust er damit nit. Vf den meselsüchtigen Man erstirbet weder Lehn noch Erbe, hat*

imperfectio omnimoda, non aliqualis, aut talis, vt arte medica possit curari, quare etiam surdastri, cœcuturientes in feudo succedunt,* excluduntur etiam nani, Hermaphroditi, nisi apud hos masculus sexus præualuerit.** Admittun-

er aber das empfangen e der Seuche und wird sider sich, er verleust es damit nicht. ANTON. MONACHVS *de recta feud. Interpret. Part. I. c. LVII.* CARPZOV *Part. III. c. XXVIII. d. VIII.* Docet hoc etiam exemplum Ioannis, Bohemiæ Regis, qui licet cœcus factus, nihilominus regnum retinuit, ita etiam iudicatum fuisse, docet SCHILTER *ad cap. LXIII.* Contrarium tamen de Ludouico cœco, Palatino Electore dicit TRITHEMIVS *Chron. Hirsaug. ad a. 1435.* scribens: *Anno etiam prænotato 25. die mensis Maii, Ludouicus Comes Palatinus Rheni Bauariæque Dux & sacri Princeps Elector Imperii iam senex, semicæcus, claudus & surdus suo regimine spoliatus est, per Ludouicum filium, Ottonem Fratrem, Comitem quoque de Liningen Emichonem, & totum Curiæ suæ Consilium.*

* *I. F. 6.* B. PARENS *Cap. IX. aph. X.*

** LANDRECHT *Lib. I. cap. IV. Uf alt fiele und Getzwergt erstirbet weder Lehn noch Erbe, noch auf croppeles Kind, welche dann ir Erben sint, und ire necbste Freunde, die sollen sie halten in irer Pflege.*

tuntur vero imperfecti in feudis francis, conditionatis, mere hæreditariis, dum ratio excludendi cesset. * Admittuntur etiam ex pacto, si in prima inuestitura hoc definitum, vel consensu domini & adgnatorum, vel etiam si consuetudine & statuto loci hoc expressum. ** Et licet imperfecti ob dictam rationem excludantur, secus tamen est in ipsorum filiis, si extiterint, qui Ius non a patre, sed a primo adquirente habent. His vero tempore successionis non extantibus, adgnati succedunt, & feudum hisce, licet postea imperfecto filii super nascantur, auferri nequit. *** Et licet dominus adgnatis vel simultanee inuestitis non existentibus, inhabilibus gratiam facere, eosdemque ad successionem admittere possit, cum nemini faciat præiudicium, his tamen existentibus, eosdem admittere nequit. **** Immo regula Generalis, qui non potest feudum

* SCHRADER *Part. VII. cap. V. num. 32.* B. PARENS *aph. X.* HORN *Cap. XV. §. XIV.*

** LVDVVEL *Tr. Feud. pag. 379.* DARPAEVS *Praiud. feud. IV.*

*** MICHALOR *de cæco muto & surdo cap. XLVI. n. 18.* STRYK *de Succ. ab int. I. 3. 11.* HORN *cit. loc.*

**** HORN *§. XVII.*

dum adquirere, * nec in eodem succedere. ** His tamen, qui excluduntur, alimenta ex feudo debentur.

§. XI.

Quid hodie circa Clericos obtineat.

Licet autem Ius Longobardicum aeque ac Germanicum Clericos a feudorum successione excludant, hoc tamen moribus hodiernis non in vniuersum obtinet. Excluduntur quidem Clerici a successione in Electoratus * & Principatus Germaniae, ** ni Statui Ecclesiastico per Papae dispensationem renuntiarent, *** nisi plane consecrationem cle-

* de quo supra *Cap. VI.* §. *VIII. seqq.*

** CARPZOV *Part. III. constit. XXVIII.* ROSENTHAL *Cap. VII. conclus. XXVI. num. 9.*

* *Cap. VII.* §. *II.*

** Diuersa exempla adlegaui in SYNTAGMATE IVRIS PVBLICI *Cap. XXVI.* §. *XVII.* Vberius hac de re disseruit Dnus A LVDEWIG singulari dissertatione *de Clerico Exule Successionis in Feuda & Principatus Sacri Romani Imperii*, vbi potissimum *Cap. II.* §. *VIII.* plura adducit exempla Principum, qui a successione fuerunt exclusi. Eadem etiam ratione in Camera fuisse iudicatum, docet MYNSINGER *Lib. V. obseru. XLIX. num. 8.* Vide etiam LÜNIGII *Scripta Selecta p. 1637.*

*** Exemplum Alberti, Austriae Ducis, in

clericalem fuissent adepti, tunc enim ad seculum reuerti haut poterunt. **** Exclusis tamen a successione feudi vitalitium, *eine Leib-Zucht* adsignandum. * Admittebantur tamen, si ipsi sub statu ecclesiastico simultaneam inuestituram *die Lehns-Hand* continuauerint, ** vel ipsis successio sigillatim fuerit reseruata. *** . In Feudis priuatorum, Equites Reli-

Præsulem Passauiensem electi, qui, vt in Austria succederet, statui ecclesiastico renuntiauit. GERH. a ROO *Lib. III. pag. 92.* Vide etiam LVDEVVIG *Cap. III. §. VIII.*

**** Secundum Concilium Tridentinum *Seff. XXIII. de Sacram. Ord.* Quare in dispositione Alberti Achillis Electoris Brandenburgici anno 1473. decernitur in casum: *daß die obigen unsere Sœhne also tief Geistlich worden, daß sie immerwærentlich werden mœchten.* Vide etiam LVDEVVIG *ad Aur. Bull. pag. 682.* RHETIVM *de Portione Alimentaria Cap. II. §. XL.*

* Tale vitalitium Sigismundo, Friderici Placidi filio secundo, postquam statui ecclesiastico se addixisset, fuit adsignatum SYNT. IVR. PVBL. *cit. loc.*

** Vide supra *Cap. X.*

*** Sic Maximilianus I. Imp. Adolpho atque Magno, Principibus Anhaltinis indulsit, *daß Ihnen der Geistliche Stand und Priester-*

Religiosi, **** Canonici ***** ad successionem feudorum admittuntur, non vero Clerici proprie sic dicti, ni statum mutauerint. * Apud Protestantes vero Clerici cuiuscunque ordinis & dignitatis, etiam Episcopi, & minores quicunque in bonis feudalibus legitime succedunt.

§. XII.

Excluduntur etiam ex pacto, liberi ex Matrimonio ad Morganaticam, atque moribus Germaniæ, liberi ex matrimonio inæquali nati. ** Immo, si inhabiles fuerint ad successionem feudorum, vtpote imperfecti, vel indigni, vtpote infa- Excluduntur liberi ex Matrimonio ad Morganaticam & inæquali.

Weybe an Besitz Ihrer angefallenen Lande nicht schaden solte, BECMANN *Anhalt. Historie Part. IV. pag. 523.* licet hæc concessio potius ad conseruationem feudorum faciat, quam successionem.

**** ITTER *Cap. XIV. §. XXIV.* Et licet Dnus a LVDEVVIG *Cap. III. §. V.* contradicat, Exempla tamen tum apud Protestantes, tum apud Pontificios docent contrarium.

***** Prout exempla vtriusque Religionis docent, licet Dnus a LVDEVVIG *Cap. III. §. VII.* iterum contrarium adferat.

* LVDEVVIG *Cap. III. §. VI.* HORN *Cap. V. §. XXIII.*

** Prout supra dixi *Cap. VII.*

infames, vel ob feloniam propriam, vel etiam a patre commissam.*** Haeretici, proscripti. Sic etiam cognati, qui ex filiabus primum attingunt adquirentem, cum non ex ipsius sanguine sint prognati, **** nisi in feudis mere haereditariis.

§. XIII.

Descendentes primo loco succedunt.

Exinde facile patet, in feudo nouo excludi Iure communi collaterales, dum illi saltim admittantur, qui a primo adquirente legitime sanguinem trahunt, * in feudo antiquo vero succedere in linea recta descendentes, atque his non extantibus, collaterales. ** Succedunt igitur in feudo nouo omnes primi adquirentis descendentes, qui successionis sunt capaces, in linea recta. Prima caussa liberorum est. *** Quod si igitur soli

*** Vide supra *Cap. VI. §. XIV.*

**** *II. F. 11. proles enim foeminini sexus, vel ex foemineo sexu descendens, ad huiusmodi successionem adspirare non potest, nisi eius conditionis sit feudum vel eo pacto acquisitum.* Et porro: *ad cognatos enim eius beneficium non pertinens*, SCHILTER *de nat. succ. feud. Cap. II. §. VIII.*

* *I. F. 15. 20. c. 1. II. F. 11. 31.*

** *II. F. 11.*

*** *II. F. 11. mortuo eo, qui beneficium*

ſoli adſunt filii, iſti viritim, ſiue in capita ſuccedunt, niſi Primogenituræ ius fuerit introductum. * Immo etiam poſthumi, quibus iura hæredum legitimorum non ſunt deneganda. ** Quod ſi vero, cum filiis nepotes ex filiis antea defunctis concurrunt, hi ex iure repræſentationis ſuccedunt in ſtirpes. *** Si denique omnes deſcendentes ſint vlterioris gradus, hi æque ex iure repræſentationis ſuccedunt in ſtirpes, ſiue diuerſi fuerint gradus, vt pronepotes. ****

Idem-

tenebat, prima cauſa liberorum eſt, quod Obertus de Orto deſumſiſſe videtur ex §. 2. *de Hæred. qual. & differ.*

* *II F. 11. 15. 50. I. F. 1. cap. 1. I. F. 8.*

** Licet olim fuerint excluſi, prout patet ex FRAGMENTO HISTORICO *ad a. 1238. Henricus comes Prouincialis Alſatiæ decedens ſine hærede, feuda plurima quæ tenebat ab Imperio & Epiſcopatu & ab aliis ad Dominium ſuæ proprietatis, ſunt reuocata, quia frater eius in ipſis feudis nihil iuris habebat, & vxori eius nihil aliud remanſit, niſi pauca prædia, quæ eiusdem erant, quæ pauco tempore poſt enixa eſt Filium.*

*** *I. F. 8.*

**** *I. F. 8. Nov. 118. c. 1.*

Idemque ius repræſentationis in linea recta obtinet in infinitum, non ſolum de Iure Feudali communi, ſed etiam Saxonico.*

§. XIV.

Feuda diuiſioni ſunt obnoxia.

In arbitrio tamen eſt liberorum ſimul ſuccedentium, an velint feudum in communione tenere, an vero inter ſe diuidere,** vel etiam vni relinquere, qui reliquis alia ratione ſatisfaciat, *** vel ſi plura adſint, illa inter ſe diuidere, ita vt alteri hoc alteri illud, obueniat. Obtinet etiam in feudalibus Saxonici Iuris diſpoſitio, vt maior diuidat, minor eligat, ita, vt facta a maiori æſtimatione, minor ius optionis habeat, an prædium feudale an vero pretium velit accipere.* Neque tamen ad illam diuiſionem inter liberos opus eſt domini con-

* HARTM. PISTOR. *Lib. II. quæſt. XIX. num. 95.* CARPZOV *Part. III. cap. XXIX. def. 15.*

** *II.* F. *55. c. Præterea.*

*** *II.* F. *50.* B. PARENS *Cap. IX. aph. V. num. 7.*

* CARPZOV *Part. III. conſt. XV. d. 8.* HORN *Cap. XI. §. 18.* idemque ſingulari programmate ex Legibus Germanicis declarauit FRIDERICVS SCHNADERBACH.

consensu, nisi quod illi, quibus feuda obueniunt, inuestituram petere teneantur, ** nisi Curiæ Feudalis leges & ordinationes aliud præscribant & frater illius nihilominus succedendi ius ex prima retineat inuestitura. Eadem diuisio etiam Iure Saxonico obtinet, fratres tamen in feudo non succedunt, nisi simultaneam impetrauerint inuestituram. *** Excipiuntur equidem Iure Longobardico feuda Regalia, quæ diuisioni haut sint obnoxia. **** Id quid etiam legibus ***** & moribus Ger-

Dd 2 mani-

** *II. F. 26. c. Omnes.* ROSENTHAL *Cap. IX. concl. LIV.* SCHRADER *Cap. VIII. num. 32.* Idem I. Feudali Saxonico *Cap. XXI. §. 8. cap. XXIII.* Licet contrarium placeat Dno ESTORI *kl. Schrifften Tom. III. p. 563.*

*** CARPZOV *Part. II. const. XLV. d. 24.* B. PARENS *Cap. IX. §. V. num. 2.*

**** Ex constitutione Friderici I. Imp. *I. F. 14. II. F. 55. c. 1.* Ex his textibus Ius Primogenituræ euincere conantur VULTEIUS *Lib. I. de feudis cap. VIII. num. 32.* BOCER *de success. feud. cap. III. quæst. 47.* BITSCH *Comm. ad Ius Feud. II. F. 55.* quod tamen exinde non fluit. Solitaria equidem successio locum saltim habebat, verum in arbitrio domini erat constitutum, cui ex filiis feudum vellet, natalium ordine non obseruato, concedere.

***** I. FEVD. SAX. *Cap. XVI. Bona pon-*

manicis * antiquis ita obtinuit, maxime, dum officia quæ diuidi haut poterant, Ducatibus fuerint nexa. Temporis tamen successu, illud mutatum fuit, non solum apud Longobardos, ** sed etiam Germanos, nisi quod Electoratus per Auream Bullam *** sint indiuidui, quod tamen de terris hæreditariis saltim est intelligendum, non æque de hæreditariis. In Principatibus Ius Primogenituræ partim ex Impp. priuilegio partim per pacta Gentilitia, partim vero per Testamenta iterum fuit introductum. ****

tificalia & feudo vexilla debet lex integra conferre & non diuisa. SPECVL. SVEVICVM *Lib. I. cap. XX. §. 3. Nullus Principatus de iure duobus debet conferri*, SCHILTER *ad Cap. XLII. Iuris Feud. Alemann.* ITTER *Cap. XII.*

* Testatur de eo OTTO FRISING. *de G. Friderici Lib. I. cap. XXXIX.* MART. CROMERVS *Rer. Polon. Lib. II. ineunte.*

** *I. F. 13.*

*** Plura exempla diuisionum vide in SYNTAGMATE IVRIS PVBL. *Cap. XXVII. §. 23.*

**** *Tit. VII. & XXIV.*

***** SYNT. IVRIS PVBLICI *Cap. XXVII. §. IV. seqq.*

CAP.

CAPUT XIII.

DE SUCCESSIONE COLLATERALIUM.

§. I.

DEscendentibus vero non existentibus, primo tempore ad fratres patrueles, deinde vsque ad septimum gradum, demum ex constitutione Conradi II. Imp. de a. 1027. dum ad coronationem Romam proficisceretur, ad successionem feudorum antiquorum iure communi vocantur etiam adgnati in infinitum, non quidem ex iure simultaneæ inuestituræ, sed ex iure sanguinis,* quatenus a primo adquirente descen- Collaterales qua ratione ad successionem fuerint admissi.

* Huc facit WIPPO *vita* Conradi *Salici p.* 439. *Militum vero animos in hoc multum attraxit, quod antiqua beneficia parentum nemini posterorum auferri sustinuit.* Ipsa vero constitutio sic definit: *Si vero forte auiaticum* (nepotem) *ex filio non reliquerit, sed fratrem legitimum ex parte patris reliquerit & seniorem offensum habuerit, & sibi vult satisfacere, & miles eius esse, beneficium quod patris sui fuit, habeat.* Ex hisce verbis satis patet, per constitutionem Conradinam adgna-

descendunt, alias ex eadem Constitutione successio adgnatorum in feuda noua, non nisi ex simultanea Inuestitura locum habeat. *

§. II.

Collaterales etiam in feudis nouis admittuntur.

Admittuntur etiam Collaterales in Feudis nouis, si vel per inuestituram, vel per pactum ipsis fuerit concessum vt mortuo vasallo sine hæredibus, fratres vel adgnati succedant, dum pacta inuestituræ sint seruanda.** Deinde admittuntur, si feudum de bonis communibus fuerit emptum, nec tamen aliter nisi pacto ita fuerit cautum.***

Porro

tos non excludi, si vasalli esse velint, ne verbum quidem de simultanea inuestitura, prout SCHILTERVS contendit *de Inuest. simult. Cap. II. §. III.* quem sequuntur GVNDLINGIANA *P. III. §. VIII.* Exinde *I. F. I. c. 4.* dicitur: *Hoc quoque sciendum est, quod beneficium hoc ad venientes ex latere vltra fratres patrueles non progreditur successione secundum vsum ab antiquis sapientibus constitutum: licet moderno tempore usque ad septimum geniculum sit usurpatum quod in masculis descendentibus nouo iure vsque infinitum extenditur II. F. 50.* Adde ITTERVM *cap. XV.* §. *I.*

* Patet hoc satis aperte ex *I. F. 1. c. 2.*

** *I. F. 14. c. 2. I. F. 20.*

*** *II. F. 12. 18.*

Porro admittuntur, ſi fratres in communione ſteterint, vel feudum cuilibet fratrum in ſolidum fuerit conceſſum.* Demum admittuntur, ſi feudum iure antiqui fuerit conceſſum.**

§. III.

Deſcendentibus igitur non exiſtentibus, ſuccedunt Collaterales a primo adquirente deſcendentes, ordine ſucceſſionis feudali, quo & gradus & lineæ habetur ratio.*** Inde diuerſitas Iuris ſuccedendi ciuilis, quod demum initium capit a momento mortis nouiſſime defuncti, dum in iure feudali ius ſucceſſionis originem trahat ex iure primi adquirentis. Primo loco ſuccedunt defuncti fratres tam Germani, ex iure ſanguinis, quam Conſanguinei, **** excluduntur vero in feudo paterno fra-

Primo loco ſuccedunt fratres.

* ZASIVS *de Feudis Part. VIII. pag. 27.* LVDVVEL *Tr. Feud. p. 391.* VULTEIVS *de Feudis lib. I. c. IX. p. 102.* CARPZOV. *p. II. c. XLV. def. XI.* DARPAEVS *Praiud. VIII.* B. PARENS *cap. IX. aphor. IV. num. 2.*

** ROSENTHAL *Part. VII. concl. LVII. n. 2.* B. PARENS *Cap. IX. aph. VI. num. 2.* STRYK *§. VIII.*

*** *II. F. II. 31.*

**** COCCEIVS *de Iure Succ. Fœm. illuſt. in Territ. ſ. II.*

fratres vterini,* in materno tamen succedunt, ita, vt etiam excludant Consanguineum.** Concurrunt etiam fratrum demortuorum, siue Germani fuerint, siue consanguinei, filii, cum fratribus adhuc viuentibus in Stirpes, ex iure repræsentationis, *** quod tamen vltra tertium gradum locum non habet. Fratribus vero non existentibus, soli fratrum filii, in Capita

* *II. F. 11. 31.* Iure quidem Civili fratres Consanguinei demum post Germanos horumque filios admittuntur. *Auth. post fratres C. de legit. hered. Nou. 118. c. 3.* Quæ differentia Iure Feudali locum non invenit.

** *II. F. 30.* HORN *Cap. XX.* §. *VI.*

*** *II. F. 11.* His vero deficientibus, vocantur primo fratres cum fratrum præmortuorum filiis, deinde agnati vlteriores. *R. I. Wormat. de a. 1521.* §. *21.* SCHRADER *P. VII. C. VII. pag. 15.* Adlegari hanc in rem solet *art. XXXII. Lehnrechts*, de quo tamen adhuc dubitat HARTM. PISTOR *P. II. qu. XXII. n. 4.* Adde ROSENTHAL *Cap. VII. concl. LVI. n. 8.* MYNSINGER *III. Obs. XCIV.* BERLICH *P. III. concl. XV.* CARPZOV *Part. III. c. XXIX. d. 3.* CHRISTINAEVS *vol. VI. Dec. LV.* B. PARENS *Cap. IX. aph. VI. n. 3.* TITIVS *Lehnrecht cap. XXII.* §. *21.* STRYK *de Succ. ab intest. Cap. II.* §. *IV, V.* ITTER *Cap. XV.* §. *X.*

pita, patruis exclusis, succedunt. **** dum inuestitura descendat, non adscendat.

§. IV.

Fratribus & fratrum filiis non amplius existentibus, succedunt in infinitum omnes vlteriores adgnati per sexum masculinum vltimo defunctum attingentes, a primo adquirente descendentes, * & quidem secundum gradus ** & lineæ proximitatem, nisi feuda fuerint mere hæreditaria, in quibus secundum successionem allodialem sola gradus proximitas attenditur. Si ejusdem gradus fuerint & lineæ proximioris *** , æqualiter succedunt

Fratribus non extantibus, vocantur adgnati vlteriores.

Dd 5

**** Secundum Recessum Imperii Spirensem a. 1520. *item alsbisher* dum iure feudali nihil aliud dispositum. HORN *c. XVI.* §. *VIII. IX.* STRYK §. *VI.*

* *I. F. 11. deinde adgnati vlteriores.*

** *II. F. 37.* verbis *proximiorem.* Vide AND. KNICHEN *de vestit pact. Part. III. c. III. n. 1. seqq.*

*** *II. F. 50. si ille, qui feudum habet decesserit, nullo filio relicto, an ad omnes, vel ad quos perueniat, quaritur. Respondeo, ad solos, vel ad omnes, qui ex illa linea sunt, ex qua iste fuit. Et hoc est, quod dicitur ad proximiores pertinere. Isti vero proximiores*

dunt. Hinc alia eſt ratio ſucceſſionis Civilis, alia ſucceſſionis feudalis. In illa ſola gradus proximitas reſpicitur, in hac vero non gradus ſolum, ſed etiam lineæ proximitas eſt attendenda, non

eſſe dicuntur reſpectu aliarum linearum. Sed omnibus ex hac linea deficientibus, omnes aliæ lineæ æqualiter vocantur. Plurimum vero ſuper hoc loco in cauſſa ſucceſſionis Veldentinæ fuit controverſum, dum IO. WOLFGANG TEXTOR Cauſſam Neoburgicam, atque inſimul ſucceſſionem linealem defenderet, cui ſe pro Veldentino oppoſuit IO. SCHILTERVS contrarium defendens. Iſte enim in Academia Heidelbergenſi ventilauerat diſputationem *de ſucceſſione ex linea*, in qua ex *II. F. 50.* ſucceſſionem feudalem ſecundum lineam non equidem in feudis minoribus, in maioribus tamen & regalibus locum habere, contendit, in iisdemque, potiſſimum Electoratibus, ſecundum *A. B. tit. VII.* ſucceſſionem linealem adgnaticam locum habere debere. Oppoſuit SCHILTERVS diſſertationem *de natura ſucceſſionis feudalis*, in qua demonſtrare voluit, in eadem ordinem graduum ex Iure Romano fuiſſe deſumptum, & poſtquam ordinem ſucceſſionis feudalis in vniuerſum & huius cum ciuili differentiam expoſuiſſet, textum *II. F. 50.* contra Textorem explicare conatur, quod ſola gradus proximitas ſit attendenda. Reſpondet Textor in ſua

non quidem ratione primi adquirentis, ſed ratione vltimo defuncti.* Patet hoc ex dicto textu II. F. 50. & quidem verbis *ad ſolos vel ad omnes qui ex illa linea ſunt, ex qua iſte fuit.* Deinde ex ratione inueſtituræ, dum vaſallus inueſtiatur pro ſe & ſuis hæredibus.** Hinc deſcendentibus non exiſtentibus, prima generatio eſt patris, ex quo prima linea oritur, altera generatio aui, ex quo altera linea, tertia proaui, ex quo tertia linea, & quarta abaui, ex quo quarta

ſucceſſione lineali, cui notas non ſolum ſubiecit Schilterus, ſed etiam *Mantiſſam* edidit *ad comment. de natura ſucceſſ. feudi*, cum aliam Textor oppoſuit mantiſſam. Verum, quantum mihi videtur, confundit Textor ſucceſſionem linealem, quæ in Electoratibus obtinet, cum ſucceſſione feudali communi, quæ fit ſecundum lineas.

* GAILIVS equidem *Lib. II. obſeru. CLIV. num. 3.* contrarium ſentit, putans, proximitatem non a perſona, a qua vacat feudum, ſed a perſona, a qua incepit, eſſe computandam. Dum contrarium pateat ex *I. F. 11. 14. c. 1.*

** *II. F. 57.* Patet hoc ex eo, quod fratres demum poſt liberos vocentur, dum iſti primo adquirenti ſint proximiores. ANDREAS ab ISERNIA, MATTH. de AFFLICTIS ad *II. F. 50.* ROSENTHAL *Cap. VII. concl. LVII. num. 10.*

quarta linea, & ſic porro. Hoc autem vt recte intelligatur, in iure feudali linea eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, quae ab vna generatione trahit originem. Iſte ſtipes vero vel omnibus ſucceſſoribus feudalibus plane eſt communis, primus ſcilicet adquirens, vel quibusdam ſaltim eſt communis, ſecundum quem in plures lineas ſpeciales diſtinguuntur deſcendentes a primo adquirente. Iuxta hunc ſtipitem communem ſubordinatum, proximiorem vel remotiorem, erit proximior vel remotior linea. In linea recta quidem inter aſcendentes & deſcendentes, linea eſt vna eademque, ſed inter collaterales prima linea eſt illorum, qui veniunt a meo patre, atque iſtum meum adgnoſcunt ſtipem particularem; ſecunda iſtorum, qui auum meum adgnoſcunt ſtipitem, tertia eorum, qui mecum a meo deſcendunt proauo. Quoties igitur de ſucceſſione collateralium agitur, recurrendum eſt primo ad lineam

VULTEIUS *Lib. I. cap. IX. Conſil. Marpurg. volum. IV. conſ. XXII. num. 10.* Excluditur igitur regulariter linea, quae primo adquirenti eſt collateralis *II. F. 11.* STRYK *diſſert. III. cap. II. §. II.*

lineam primam patris, & qui ex ea proximior eſt, defuncto ſuccedit. Si ex illa nemo ſuperſit, defunctum attingens, recurrendum eſt ad lineam aui & ſic porro: Finge ſequens Schema:

A. Proauus
Auus Patruus magnus
Pater Patruus
Titius Meuius
moritur
Lucius
Seius

Hic licet patruus Meuium tertio gradu attingat, non ſolum Lucius, qui æque tertio gradu diſtat, ſed etiam Seius, gradu quarto, Meuio in feudo ſuccedit, quia vna cum ipſo ex linea prima patris deſcendit, cum patruus, licet gradu proximior, ex linea ſecunda aui, Meuium demum attingat. Multo magis Seius excludit Patruum magnum, qui, licet in eodem gradu ſit conſtitutus, tamen ex linea tertia proaui Meuium ſaltim attingit. In vna eademque vero linea gradus proximitas eſt attendenda. Finge Schema:

B.

B. Auus

Pater — Patruus

Vasallus a — frater — frater

fratris filius — fratris filiu[s] b

fratris nepos c

Hinc Vasallo (a) mortuo, excludit fr[a-] tris filius (b) tanquam proximior, fr[a-] tris nepotem (c) ex eadem linea, ta[n-] quam remotiorem. In successio[ne] enim feudali secundum statum inuest[i-] turae, quæ fit vasallo pro se & hæred[i-] bus suis, semper prius descendendu[m] antequam adscendatur. * Qui vero eade[m]

* Fundatur hoc *II. F. 50.* vbi dicit[ur] *Si ille, qui feudum habet, decesserit, nullo fi[lio] relicto, an ad omnes vel ad quos perueni[at] quaeritur? Respondeo ad solos vel ad omn[es] qui ex illa linea sunt, ex qua iste fuit.* ... *hoc est, quod dicitur, ad proximiores pertine[re] Isti vero proximiores esse dicuntur respec[tu] aliarum linearum. Sed omnibus ex hac lin[ea] deficientibus, omnes aliæ lineæ æqualiter voca[n-] tur.* Schilterus equidem hic de successio[ne] descendentium sermonem esse contendit, ...

eadem linea paris ſunt gradus, pari iure etiam ſuccedunt. Idemque praxis quotidiana confirmat.

§. V.

quod proximiores excludant collaterales, cum tamen textus iſte ſucceſſionem deſcendentium, de qua prima pars textus agit, atque collateralium probe diſtinguat; de quibus poſteriori loco. Adgnoſcunt id DD. Feudales Sic enim FRANC. SONSBECK *Part. IX. n. 112. Si eſſet ex magnus patruis aliquis, qui in eodem gradu cum fratrum nepotibus eſſet, hoc caſu, (licet iure ciuili ſimul ſuccederent,) tamen puto in feudis, quod magnus iſte patruus excluderetur a fratrum nepotibus, & non ſolum ab illis, ſed etiam a pronepotibus & omnibus deſcendentibus ex illa linea, & hoc per textum notabilem, (II. F. 50.) qui in effectu velle videtur, omnes, qui ſunt illius lineæ, quæ abiit, deſcendentes præferri ex alia linea adſcendentibus. At defuncti linea ſe ſolum extendit ad patrem aſcendendo, & rurſum deſcendit ad fratrem, ergo patruus vel magnus patruus vel propatruus defuncti & ſimiles excluderentur. Nam ſupra patrem rurſum alia linea auſpicatur.* Eiusdem ſunt ſententiæ ANDR. ab ISERNIA *ad II. F. 50. num. 31.* ROSENTHAL *cit. l.* ZASIVS *Epit. Feud. Part. VII. num. 5.* FRANC. HOTTOMANNI *diſp. feud. c. XVII.* IAN. ab ARCEDVRA *Cap. IV. concluſ. II. num. 4. ſeqq.* VVLTEIVS *de Feudis Cap. IX. num. 12. fin.*

§. V.


Quid obtineat, si ad primum adquirentem fuerit deuentum.

Nullo vero ex ista linea, in qua fuerat defunctus, amplius exsistente, ad lineam secundam, tertiam & porro, vsque dum ad primum adquirentem deuentum fuerit, adscenditur, tunc nulla amplius lineae ratio haberi potest, atque omnes aequaliter admittuntur, * ita tamen vt aequalis linearum successio paritatem gradus non excludat, sed pariter

HENRICVS ZOESIVS *de Iure feud. cap. X. n. 40.* HARTM. PISTORIS *Lib. II. quaest. XIX. num. 25. Lib. III. qu. XXIII. n. 15.* ANDR. KNICHEN *de Vestit. Pact. Part. III. cap. III. num. 41.* B. PARENS *Cap. IX. aphor. VII. num. 3. seqq.* STRYK *de succ. ab intest. diss. III. cap. II. n. 11.* HORN *Cap. XV. §. 11.* TITIVS *Lehn-Recht Cap. XXII. §. 26.*

* Sunt equidem, qui volunt, dum textus dicat, *omnes aliae lineae vocantur aequaliter*, intelligi omnes reliquas lineas simul in stirpes succedere, ROSENTHAL *Cap. VII. concl. LVII. num. 47.* Vox equidem *aequaliter I. F. I. c. 1.* & *I. F. 8. pr. coniunctim* notat, quod etiam hic locum habet, vt omnes aliae lineae coniunctim vocentur, vt nulla amplius prioritas lineae, gradus tamen, locum habeat, *eine Linie habe so viel Recht als die andere.* COTHMANN *Volum. I. Resp. XXVI. num. 46.* STRYK *de succ. ab int. diss. III. d. II. §. XII.*

ter ad lineam, deinde ad gradus proximitatem sit respiciendum, prout sequens Schema docet:



Defuncto vasallo (a) succedit (b) præ (c), licet gradu remotior, quia est ex eadem linea prima. Extincta vero cum (b) linea prima, succedit (d) ex linea tertia, quia gradu est proximior.*

§. VI.

Probe tamen abinuicem distingui debent successio linealis in feudis primogenituræ, & successio feudalis, quæ fit secundum lineam, in feudis vulgaribus. Ista fit secundum prioritatem lineæ, vt linea primogeniti sit linea prima, linea secundogeniti linea secunda, linea tertiogeniti linea tertia, & sic porro. Mortuo igitur vasallo, succedit

Successio linealis, qua ratione a successione feudali differat.

* B. PARENS *Cap. IX. aph. VII. num. 7.*

dit primogenitus, & in eiusdem line feudum perdurat, donec ex eadem ſu perfuerint. Poſtquam vero deficit pl ne linea primogeniti, proximus ex ſe cundogeniti linea ſuccedit, licet ex ſub ſequentibus lineis adſint gradu propin quiores. Hæc vero ſucceſſio linealis ve adgnatica eſt, vel cognatica. Iſta in ſuc ceſſione Electorum * obtinet, hæc vero maſcu

* Schema Succeſſionis in Electoratu Pal tino a. 1685. exemplum præbebit:

Stephanus

lin. Simmerenſis	*lin. Bipontina*	
Fridericus	Ludouicus Nig	
Ioannes I.	Alexander	
	lin. Neuburgenſis.	*lin. Veldentin*
Ioannes II.	Ludouicus	Rupertus
Fridericus III.	VVolfgangus	Georg. Ioa
Ludouicus IV.	Philipp. Ludou.	Georg. Guſta
Fridericus IV.	Wolfg. Guilielm.	Leop. Ludo
Fridericus V.	Phil. Guilielm.	
Carolus Ludou.		
Carolus		

maſculis non exſiſtentibus, in Regnis & feudis fœmineis, prout in Regno Hiſpaniæ * & terris Auſtriacis. Differentiæ rationem videmus in ſuperiori ſchemate B. Secundum ſucceſſionem linealem adgnaticam, fratris nepos (c) excluderet fratris filium (b), quia ex linea tertiogeniti. Secundum vulgarem vero ſucceſſionem feudalem, vterque ex linea prima patris, & fratris filius iſte ex linea ſecundo geniti, hic vero ex eadem linea, tanquam proximior excludebat remotiorem. Deinde in ſucceſſione lineali vnus ſaltim ſecundum lineæ prioritatem ſuccedit, in ſucceſſione vero feudali, qui in pari gradu ſunt conſtituti, pari iure etiam ſuccedunt; ideoque fratres cum fratrum filiis ſuccedunt in ſtirpes, ſecus ſecundum ſucceſſonem linealem adgnaticam, vbi frater fratris filios excludit.

§. VII.

Quod ſi vero duo fuerint primi adqui- Quod ſi duo fuerint primi adquirentes, quid iuris.

Hoc caſu, Philippus Guilielmus, licet vno gradu remotior, ob lineæ prioritatem, Leopoldo Ludouico Veldentino præferebatur. Idque ſecundum Aur. Bullam *tit. VII.* Vide CORPVS HIST. GERMANICAE *Per. X. S. XI. §. LXI.* ITTER *Cap. XI. num. VI.*

* Vide CORPVS HISTORIAE GERMANICAE *Per. X. S. XI. §. CI.*

quirentes, vna linea extincta, omnes reliqui ex alterius primi adquirentis linea admittuntur, quia tunc non tanquam collaterales, sed ratione communis stipitis considerantur. Sunt igitur bini adquirentes

Meuius	Sempronius		
Titius	Caius	Seius	Iulius
Cæcilius	Lucius	Didius	Tullius
	Cassius		Cornelius

Defuncto igitur Cæcilio, omnes tres lineæ a Sempronio descendentes simul succedunt.*

CAPVT XIV.

DE SIMVLTANEA INVESTITVRA, SVCCESSIONE EX PACTO ET TESTAMENTO.

§. I.

Simultanea inuestitura, qua ratione fuerit introducta.

Legibus Longobardicis equidem ex iure sanguinis succeditur, ita, vt ex constitutione Conradi II. etiam hæredibus legitimis non existentibus, adgnati

* B. PARENS *num.* 8. qui illud præiudiciis confirmat.

gnati ſuccedant, dum apud Saxones * potiſſimum ſola ſimultanea Inueſtitura ius ſucceſſionis præbeat, quod etiam apud alios, vbi Ius Saxonicum fuit receptum, inualuit, ** olim etiam Iure Ale-

 man-

* IVRE SAXON. FEVDALI *Cap. VI. Welcher Mann keinen Sohn hat, der erbet die Gewehr der Güter an ſeinen Herren.* Et Cap. XXI. *Es vererbet niemand kein Lehn, denn allein der Vater auf den Sohn.* Et Cap. XXXII. *Man mag viel Brüdern ein Gut leihen, ob ſie es mit geſamter Hand empfahen, und gleiche Gewehr daran haben. Wollen ſie ſich aber darnach ſcheiden mit dem Gut, ſie mægen es wohl theilen unter ſich, aus des Herrn Willen, wie ſie wollen, wenn ſie ſich aber theilen, ſo hat ir keiner kein Recht mehr an des andern Theil, ob ein ander ſtirbet. Im ſey dann anderweit das Geding und die Anwartung daran gelieben.* Adde KNICHEN *de Veſt. Pact. cit. loc. num. 57. ſeqq.*

** De Pomerania teſtatur Priuilegium Erici Ducis anno 1459. *Wenn Vettern von einem Nahmen, Schild oder Geburt, die ſammende Hand fodern, ſo ſoll man ſie ihnen leihen.* Idem in Marchia ſtatutum per Rec. Prou. 1553. RHETIVS *I. F. 1. pag. 94.* Teſtatur etiam FRIDERICVS a SANDE *ad conſuet. Geldr. pag. 58. atque hinc eſt, quod apud Saxones atque alios eodem iure vtentes, Pomeranos, Sileſios, item*

mannico vſitata. * Obtinuit igitur ius

in Polonia, in Bohemia, Morauia introducta eſt ſimultanea conceſſio, quam vocant Geſambte Hand, nimirum, vt adgnatus defuncti, qui iure ſucceſſionis ad beneficium venire non poteſt, iure ſaltim nouae conceſſionis id conſequatur. Quo iure etiam in ſuperiore Geldria ac vicinis locis obtinentur praedia ruſtica, Lüf Gewins-Gœdern appellantur, in quibus & deſcendentes non alio, quam ſimultaneo conceſſionis iure admittuntur. Maximilianus II. Imp. Ordinibus Superioris Luſatiae anno 1575. conceſſit, vt ius ſimultaneae Inueſtiturae adgnatis vaſalli vsque ad ſeptimum gradum incluſiue ipſo iure competat, ſine ſpeciali confirmatione, quod Ioannes Georgius I. Elector Ordin. Feud. de anno 1635. confirmauit HORN *cap. XII.* Adde SCHILTERVM *de Simult. Inueſt. Cap. II.* §. *III.*

* Ius Alemannicum cum Saxonico conuenit. Sic *Cap. XLII.* §. *2.* *Es erbet niemant Lehn, wenn er der Vater uf den Son, das heiſſet Erbe-Lehn. Cap. LXI.* §. *1.* vero dicitur, *Ein Herre mag vil Brüdern ein Lehn liben, das ſie es mit geſamter Hand empfahen und geliche Gewær daran hant. Und wellent ſie ſich ſcheiden mit dem Gute und teillent es unter ſich, das thunt ſie wohl aus des Herrn ürlop, wenn ſie aber das Gut unter ſich geteilent, ſo hat ir keinere nutzit an des andern Gute. Und ſtirbet ir einer von Lehns-Erben, ſo iſt ſin Teil*

ius succedendi ex simultanea inuesti-
Ee 4 tura

dem Herrn ledig. Idem etiam iure Longobardico, sed de feudis nouis saltim dicitur I. F. I. c. 2. *Sin autem vnus ex fratribus a domino feudum acceperit, eo defuncto sine legitimo herede, frater eius in feudum non succedit, quod & si communiter acceperint, vnus alteri non succedit, nisi hoc nominatim dictum sit, scilicet, vno defuncto sine legitimo herede alter succedat.* Idem repetitur *I. F. 14. c. 2. I. F. 20. II. F. 12. 18* Contradicunt equidem GVNDLINGIANA *Part. III. num. I. §. XX. seqq.* Verum, eam posteriori tempore in Germania fuisse obseruatam, testatur HENRICVS HOSTIENSIS, qui tempore Interregni floruit, dum *ad tit. X. de Feudis fol. 269.* sic loquitur: *de consuetudine Imperii non succedit, nisi filius descendens. Imo reuertitur feudum ad Imperatorem & ipse confert, cui vult. Sic vide hoc quando fui in Alemannia, proceres iudicatum.* BERLICHIVS equidem *P. II. Concl. LIII. num. 17.* per Alemanniam intelligi Saxoniam autumat, cum tamen potius omnis Germania sit intelligenda. Immo, in Iure Feudali Alemanico, quod post Henricum VI. fuit compilatum, nihil plane de sublata inuestitura simultanea statuitur. Hinc etiam SCHILTERVS *de Inuestitura Simult. Princip.* plura adducit exempla, quod Principes Imperii ex Iure simultaneae Inuestiturae successerint, siue, prout an-

tura apud Francos & Saxones vsq
du.

tiqua Diplomata habent, *in Gemeinschafft g* *setzet*, vel prout in diplomate Caroli IV. Im de anno 1362. vbi Rudolphus Marchio B. densis in simultaneam inuestituram recep Rupertum Seniorem Elect. Palatinum, habetu *zu einem Gemeiner genommen in der obgen Lehen und hat der mit yme einmutiglich zu sammen geleget, also daß er dieselben Lehe semmentlich mit yme tragen solle in solcher Be scheidenheit, ob der egen Marggrafe Rudolp also stürbe, das er etliche Libes-Erben Mannes Geschlechte hinter yme nit liesse, denn de egen. unser Schwoger H. Ruprecht dieselbe Leben erben sol on alles Hindernisse.* Eaden simultanea Inuestitura etiam in Serenissim Gente Palatina obtinuit. Sic enim per Re cessum Marpurgensem anno 1543. inter Wolf gangum atque Rupertum conuenit, vt Wolf gangus quidem de feudis Imperii inuestiretur *also daß Hertzog Ruprecht und S. Lbden Mann liche Lehn-Erben uf den Fall da Herzog Wolf gang und S. Lbden Mannlich Leibes-Erben all mit Todt abgehen würden, in solcher Lehn schafft auch begriffen seyn solle.* Inde per Recessum Heidelbergensem de anno 1545. Fridericus II. Elector Palatinus cum Ottone Henrico, eiusdemque fratre Friderico Bellicoso, Ioanne Simmerensi, Wolfgango Veldentino Heidelbergæ fuit pactus, vt bini posteriores

dum apud Alemannos, ex instituto Henrici VI. Imp. qui ius succedendi, quod antea saltim dependebat ex Prin-

de terris Electoralibus simultaneam peterent inuestituram *Formul. Success. Palat. sect. I.* §. *XXXIII.* Quare etiam, dum Wolfgangi primogenitus Philippus Ludouicus de Bipontino Ducatu inuestiretur, expectatiua etiam *die Anwartung* ad reliquos fratres fuit directa. Vide *Form. Succ. Palat. pag. 353.* Sic etiam per *Pac. Westphal. art. IV.* §. *5. 9.* Electori Palatino simultanea Inuestitura in terras Bauaricas fuit concessa. Exemplum etiam præbet Ducatus Pomeraniæ, dum per pactum Grimnicense anno 1528. ita conuenerit: *vicissim, vt de Successione in Pomerania Ducatu vacante, Marchioni tanto certius cautum sit, licere ei quotiescunque Imperator Ducibus Pomeraniæ feudum conferret, in signum simultaneæ inuestituræ, vexillum una prehendere.* CERNITIVS *Elect. Brandenb. pag. 52.* Immo, inter Electorem Brandenburgicum, & Marchiones lineæ Franconicæ simultanea inuestitura adhuc obtinet. Quare etiam IOACH. a RVSDORF *Vindic. Causæ Palatinæ Cap. XXII. num. 28. Nihilominus tamen solent omnes fere illustres familiæ in Imperio, etiam vbi iure Franconico viuitur, velut in super abundantem cautelam ius simultaneæ inuestituræ seu coniunctæ manus habere, dum vel Princeps & Caput Familiæ, nomine*

cipis gratia, ad proximiores voluit deuolui.* Et licet hæc Lex Henrici VI. Imperat. fuerit vniuerſalis, nihilominus a Saxonibus haut fuit recepta, quippe, qui iuri Henrici VI. hæreditario, quod cum dicta conceſſione ** erat coniunctum, contradicebant. Inde factum,

reliquorum, vel ipſi etiam Agnati ſimul petere & impetrare ſueuerunt. Hinc, dum ſimultaneam Inueſtituram etiam extra Saxoniam videmus receptam, in Ordinatione Iudicii Aulici *Tit. III.* fuit ordinatum: *In welchen Geſchlechten und in denjenigen Reichs-Kreyſſen da die Simultanea Inueſtitura hergebracht und in Gebrauch, dabey ſoll ſolche auch gehalten und derſelben nachgelebet werden.*

* GERVASIVS TILBERIENSIS *Otiis Imperialibus dieg. II. cap. XIX. pag. 943. hic legem inſtituit apud Teutones, vt militiæ, more Gallorum & Anglorum ſucceſſionis iure deuoluerentur ad proximiores cognationis gradus, cum antea magis penderent ex principis gratia.*

** GOBELINVS PERSONA *at. VI. c. LXI. hic Henricus Imperator concordauit cum Principibus Regni, quod liberi ſui, poſt eum hereditario iure regnum obtinerent, ſed contradictum eſt a Principibus Saxoniæ. Quare ipſe Imperator Principes illos a promiſſo abſoluit, & iuramenta, ea occaſione præſtita, relaxauit.* CORPVS HIST. GERM. *Per. VII. S. III.* §. X.

factum, vt recepto potissimum apud Alemannos ratione successionis, Iure Longobardico, sensim successio ex iure sanguinis apud eosdem introduceretur, simultanea Inuestitura Saxonibus saltim relicta. Licet autem successio adgnatica apud Alemannos introduceretur, non tamen ideo simultanea inuestitura plane fuit exclusa, quin potius inter illustres, etiam hæc post ista tempora, immo adhuc nunc, ex pacto obtineat, * alias vero pacto non existente,

* Idque ideo, quia simultanee inuestiti interdum manu adprehenderint vexilla, vel alia signa, quibus alter primario inuestitus, aut etiam pallium, prout in Inuestitura Ducum Saxoniæ videmus, *Altenburg, Weymar und Gotha aber knieten in einer Reihe nach, und griffen an der Herren Abgesandten von der Chur-Linie ihre Mantel*, STRYK *Exam. Iuris Feud. pag. 421.* Adde SCHILTERVM *de Simult. Inuest. Cap. I. §. 4.* Vocatur alias communis manus, prout in diplomate Theodorici domini de Altena: *quod terram teneamus ego & consanguineus meus Wilhelmus communi manu a dicto Comite Hollandiæ.* Et paullo post: *Quicunque vero nostrum scilicet, Ego & consanguineus meus absque herede moritur, alius præfata bona, quæ communi manu tenemus in feudo a Comite solus retinebit.* ANTON.

ſtente, adgnati ordine ſuccedendi feudali ſuccedunt. Vocantur iſta *die geſambte Hand, die Lehns-Hand*,* *die Mitbelehnſchafft, das Gewehr und Geding, der Inſatz*, ** ſimultanee inueſtiti, *die Mit-Belehnte, Mit-Beſchriebene.*

§. II.

Simultanea Inueſtitura Iuris Longobardici.

Alia tamen eſt ſimultanea Inueſtitura Iuris Longobardici, alia iuris Germanici. Iſta ſimultanea Inueſtitura diuerſis modis eſt vſitata. Dicitur enim primo, ſi duo vel plures inueſtiantur, vt ſimul feudum pro indiuiſo poſſideant, in quo alter alteri non ſuccedit,

MATTHAEI *not. ad res Vltraiect. pag. 98. Manus contuncta* dicitur in Ludouici Brandenburgici diplomate apud LVDEWIG *Reliqu. Tom. VII. p. 76.*

* IVRE FEVDALI ALEMANNICO *Cap. III. §. 3. Vnd hat ein Pfaffe einen Bruder oder me Brüder und emphehet er ein Lehn mit den Brüdern mit einer Lehens-Hand.*

** IVRE FEVDALI SAXONICO *Cap. LIX. Alle Leben ohn Gewehr darben der Folge, Cap. LVII. Vnter ſich aber auch der, dem das Geding oder Anwartung an Gut zuvor geliben war, eher den der Herr, er verleuret damit nichts.* Et Cap. LXXII. *Zweene Mann mægen an einem Gerichte kein Lehn gemein haben, das Geding aber und den Anfall mag man gleich*

cedit, nisi hoc ita fuerit ordinatum.* Talis simultanea inuestitura etiam Iure Germanico occurrit, eiusdemque triplex statuitur effectus, vt non possit alter alteri testimonium valide deponere coram paribus curiæ. Deinde, quod nec refutatio, nec subinfeudatio, nec diminutio feudi fieri possit, nisi communi vtri-

wie andere Leben, wohl verleihen. Adde LANDRECHT *Lib. I. art. XXXIII.* de simultanea inuestitura in Hassia vide Dnum ESTOR *P. I. p. 75.*

* *I. F. 1. c. 2. I. F. 14. c. fin. si duo fratres simul inuestiti fuerint de beneficio nouo, & non de paterno, si vnus eorum sine descendentibus masculini sexus mortuus fuerit, dominus succedit, non frater, nisi pactum fuerit inuestitura, quod frater fratri succedat II. F. 12. 18.* Neque tamen hæc Iure Germanico fuit ignota. Quippe IVRE FEVDALI SAXONICO *Cap. VIII. Ob zueene Mann mit einen Leben sembtlich belieben worden, und ir einer verleibet forder einen andern etwas von dem Gute, ir keiner mag doch darum ohne des andern VVillen und VVissen etwas leiben noch auflassen und sonderlich seinem Herrn zuschaden oder das es den andern nachtheilig sey, alldieweil sie an dem Gut noch nicht getheilet sind.* Cap. XXIX. *Ob viel Manne ein Gut zusammen im Leben haben.*

vtriusque consensu. Tertio, si in communi possidere velint, constituitur prouasallus, *ein Lehntræger*, qui Domino præstet seruitia.* Deinde simultanea inuestitura dicitur, si duo de vno feudo fuerint inuestiti, aut illud pro diuiso possideant.** Tertio, si duo inuestiantur, cum pacto adiecto, vt vnus in alterius parte succedat.*** Quarto, si feudum ita detur nouum, vt adgnatus in eodem succedat.**** Quinto, si duo insimul feudum adquisiuerint, ita, vt siue vterque, siue vnus saltim possideat, vnus tamen fructus percipiat solus, quousque superstes fuerit. Ipso vero defuncto, alter succedat.***** Tali ratione filius cum patre de feudo potest inuestiri: quod in tantum operatur, vt filius, tunc patre defuncto iure proprio succedat.* Demum etiam quibusdam simultanea dicitur inuestitura, si quis expecta-

* IVS SAXONICVM *Cap. VII. VIII.* IVS ALEMANNICVM *Cap. XVI. LXV.* §. *2. LXVIII.* SCHILTER *ad Cap. XVI. LXV.*

** HORNIVS *Cap. XII.* §. *XXV.*

*** *II. F. 12. 18.*

**** *I. F. 1. c. 2.* HORN *cit. loc.*

***** SCHILTER *Cap. XVI. XVIII.* HORN *cit. loc.*

* HORN *cit. loc.*

expectatiuam in feudum certum obtinuerit, vel de eodem fuerit inuestitus, sub conditione, si feudum fuerit apertum. ** Hoc casu, vasallus possessor talem expectatiuarium quandoque, saluo tamen iure suo, in compossessionem admittit.***

§. III.

Ab hac vero simultanea inuestitura Iuris Longobardici distincta est illa Iuris Saxonici, quæ ex Iure olim Germaniæ vniuersali obtinuit, **** atque hodienum Alia est Simultanea Inuestitura Iuris Saxonici.

** *I. F. 3. II. F. 26. c. Moribus. II. F. 35.*

*** *I. F. 3.* verbis: *nisi ille, qui inuestituram acceperit, nomine eius in possessionem missus feudi sit, eo consentiente, qui detinet.* Exemplum in *art. XI. §. 6. 7. Pac. VVestphalic.* vbi Expectatiua in Archiepiscopatum Magdeburgensem Electori Brandenburgico conceditur, ita tamen, vt interea Capitulum, Ordines & Subditi, eidem se statim sacramento fidelitatis & subiectionis in euentum obstringerent, Elector etiam viuo adhuc Augusto Administratore, præsidium ciuitatis Magdeburgensis obtinuit. Adde Io. Christoph Schmidt de diuersis simultaneæ Inuestituræ speciebus earumque differentiis, Lipsiæ 1728.

**** Dnus a LVDEWIG *Differt. de Simultanea Inuestitura Differt. I. Cap. II.* demonstrare conatur, simultaneam inuestituram ex-

num in terris Saxonicis Misnensibus & Thu-

inde fuisse ortam, quod bona Germanicæ olim fuerint allodia, ita tamen, vt adgnati eiusdem nominis & clypei participes succederent. Primos Feudorum militarium natales in loco CONRADI VRSPERGENSIS ad annum 1198. quærit, vbi de Philippo Imp. scribit: *hic cum non haberet pecunias, quibus salaria siue solda præberet militibus, primus cœpit distrahere prædia, quæ pater suus Fridericus Imperator Iure acquisierat in Alemannia: ita, vt cuilibet Baroni, siue ministeriali villas, seu prædia rusticana, vel Ecclesias sibi contiguas obligaret.* Verum, Philippus dominia sua potius tanquam allodia concessit, quæ postea demum in feuda vtplurimum fuerunt oblata. Verum, antiquiora longe apud Germanos fuisse feuda, plura nos docent, dum Angli, Saxonum populus, iam dum seculo quinto feudorum instituta in Britannia introduxerint. Deinde DITMARVS *Lib. I. pag. 325.* de Henrico Aucupe loquitur: *post hac Ottone secundum Calend. Decemb. carnis vniuersæ viam intrante, sæpe memoratus iuuenis in vacuum succedens, hæreditatem iure & maximam beneficii partem gratuito regis suscepit ex munere.* Tertio, tot Leges Germanicorum Imperatorum de re feudali pro Germanis & Italis latæ, de quibus supra Cap. III. §. II. fuit dictum, de eo testantur. Quarto, Auctor Vetus de beneficiis, qui ineunte

Thuringicis dicta etiam *Manus coniuncta, die gesambte Hand.*** Obtinet etiam in Marchia Brandenburgica, * terris Anhaltinis, ** Ducatu Magdeburgico,*** Pomeraniæ Ducatu **** Abbatia Quedlinburgensi, dum in eadem Ius Saxonicum fuerit receptum. Hæc vero

seculo XII. vixit de re beneficiali, tanquam satis nota scripsit, & iura congessit. Immo, simultanea inuestitura plane recedit a Iure veteri Germanorum allodiali, de quo TACITVS *de Mor. Germ. Cap. XX. Heredes sui cuiusque liberi & nullum Testamentum. Si liberi non sunt, proximus gradus in possessione, Fratres, patrui, auunculus.*

** *Torgauisch Ausschreiben de anno 1583. tit. welcher Gestalt die Agnaten §. denn dieweil verbis: vermœge Landübl. Saechsischen Rechtens unter denen Agnaten und Schwerdtmagen keine andere Succession oder Lehn-Folge ist, denn welche mann durch die samtliche Belehnung und gesamte Hand überkomt.* Adde *Part. II. Constit. Elect. XLV.*

* KOPPEN *dec. XLVII. pr.* SCHEPLIZ *in Consuet. March. p. III. Tit. III. §. X. n. 10.* MÜLLER *in pract. March. Resol. LXIX. n. 25.*

** *Ord. Prouinc. Tit. XVI.*

*** *Ord. Polit. Magdeb. cap. VIII. §. 1.*

**** STRYCK *de feudis Pomeranicis §. 1.*

vero vel ad petitionem vasalli possessoris, vel saltim illius consensu impetratur. ** Cum dominus inuito vasallo talem obtrudere nequeat, * exinde ab expectatiua est distinguenda. Requiritur igitur, vt ad instantiam vasalli possessoris, vel saltim ipsius consensu, dominus, adgnatum vel etiam extraneum solenni ritu inuestiat, in vasallum recipiat, ac ius in feudo simultaneum tribuat, *daß einem die gesambte Hand geliehen oder daß einer mit dem andern sæmbtlich beliehen werde.* ** Licet hoc in libera domini facultate sit constitutum, atque

LVDEWIG *de Simult. Inuest. differ. I. cap. II. §. III. sqq.*

** Prout vberius declarauit LVDEWIG *Differ. II. cap. III.* Adde KNICHEN *de Vestit. Pact. Part. I. c. I. n. 135.* Immo, in tota fere Germania eam, vsitatam fuisse testatur BRVNNEMANN, *Consil. CVI.* In Pomerania illam quidem valere, verum necessariam haut esse, testatur STRYK *de Feudis Pomeraniæ Cap. I. X. §. V. num. 6.* In Ducatu Megapolitano simultaneam inuestituram Iuris communis esse introductam, docet TORNOVIVS *de Feudis Megap. Tom. I. pag. 259. seqq.*

* CARPZOV *Lib. VI. Resp. LXXV.*

** *Torgauis. Ausschreiben §. Welcher Gestalt die Agnaten.* HARTM. PISTORIS *Lib. II.*

atque ad hoc cogi nequeat, *** si etiam nullæ subfuerint rationes, cur eam Dominus deneget. In Electoratu Saxonico vero feuda noua adquirentibus libertas concessa, vt simultaneæ inuestiendos præsentare possint intra anni spatium, * quam facultatem potentissimus Rex Augustus ad sexennium extendit. ** Quod si etiam dominus sine vasalli possessoris consensu, quendam simultanee inuestiuerit, hic ad eundem accipiendum haut obligatur, habet tamen nihil-

quæst. XX. pr. & num. 22. MODEST. PISTORIS *Conf. XL. num. 55.* CARPZOV *cit. loc.* B. PARENS *Cap. IX. aph. XIV. num. 2.* Formam & solennia vide apud TITIVM *Append. Teutschen Lehn-Rechts.* & HORNIVM *Iurisprud. Feud. App. I. num. 3.*

*** CARPZOV *Lib. VI. Resp. LXXIV.* In Pomerania tamen Ericus Dux a. 1459. concessit: *Wenn Vettern von einen Nahmen Schild oder Geburt die samende Hand fordern, so soll man sie ihnen leihen.* LVDEWIG *de Simultan. Inuest. differ. I. cap. II. §. 3. & seqq.*

* IOAN. GEORGII IV. *Lehn Mandat* d. 12. Nouembris 1698.

** Per Decretum d. 7. Februarii 1700. & Recess. Prouinc. d. 17. Martii d. anno. Vide CONRAD WILH. STRECKER *Dissertat. de Simult. Inuest. §. VI.*

cipis gratia, ad proximiores voluit deuolui.* Et licet hæc Lex Henrici VI. Imperat. fuerit vniuerſalis, nihilominus a Saxonibus haut fuit recepta, quippe, qui iuri Henrici VI. hæreditario, quod cum dicta conceſſione ** erat coniunctum, contradicebant. Inde factum,

reliquorum, vel ipſi etiam Agnati ſimul petere & impetrare ſueuerunt. Hinc, dum ſimultaneam Inueſtituram etiam extra Saxoniam videmus receptam, in Ordinatione Iudicii Aulici *Tit. III.* fuit ordinatum: *In welchen Geſchlechten und in denjenigen Reichs-Kreyſſen da die Simultanea Inueſtitura hergebracht und in Gebrauch, dabey ſoll ſolche auch gehalten und derſelben nachgelebet werden.*

* GERVASIVS TILBERIENSIS *Otiis Imperialibus dieg. II. cap. XIX. pag. 943. hic legem inſtituit apud Teutones, vt militiæ, more Gallorum & Anglorum ſucceſſionis iure deuoluerentur ad proximiores cognationis gradus, cum antea magis penderent ex principis gratia.*

** GOBELINVS PERSONA *at. VI. c. LXI. hic Henricus Imperator concordauit cum Principibus Regni, quod liberi ſui, poſt eum hæreditario iure regnum obtinerent, ſed contradictum eſt a Principibus Saxoniæ. Quare ipſe Imperator Principes illos a promiſſo abſoluit, & iuramenta, ea occaſione præſtita, relaxauit.* CORPVS HIST. GERM. *Per. VII. S. III. §. X.*

factum, vt recepto potissimum apud Alemannos ratione successionis, Iure Longobardico, sensim successio ex iure sanguinis apud eosdem introduceretur, simultanea Inuestitura Saxonibus saltim relicta. Licet autem successio adgnatica apud Alemannos introduceretur, non tamen ideo simultanea inuestitura plane fuit exclusa, quin potius inter illustres, etiam hæc post ista tempora, immo adhuc nunc, ex pacto obtineat, * alias vero pacto non existente,

* Idque ideo, quia simultanee inuestiti interdum manu adprehenderint vexilla, vel alia signa, quibus alter primario inuestitus, aut etiam pallium, prout in Inuestitura Ducum Saxoniæ videmus, *Altenburg, Weymar und Gotha aber knieten in einer Reihe nach, und griffen an der Herren Abgesandten von der Chur-Linie ihre Mantel*, STRYK *Exam. Iuris Feud.* *pag.* 421. Adde SCHILTERVM *de Simult. Inuest. Cap. I.* §. 4. Vocatur alias communis manus, prout in diplomate Theodorici domini de Altena: *quod terram teneamus ego & consanguineus meus Wilhelmus communi manu a dicto Comite Hollandiæ.* Et paullo post: *Quicunque vero nostrum scilicet, Ego & consanguineus meus absque herede moritur, alius præfata bona, quæ communi manu tenemus in feudo a Comite solus retinebit.* ANTON.

ſtente, adgnati ordine ſuccedendi feudali ſuccedunt. Vocantur iſta *die gesambte Hand, die Lehns-Hand*,* *die Mitbelehnſchafft, das Gewehr und Geding, der Inſatz*, ** ſimultanee inueſtiti, *die Mit-Belehnte, Mit-Beſchriebene.*

§. II.

Simultanea Inueſtitura Iuris Longobardici.

Alia tamen eſt ſimultanea Inueſtitura Iuris Longobardici, alia iuris Germanici. Iſta ſimultanea Inueſtitura diuerſis modis eſt vſitata. Dicitur enim primo, ſi duo vel plures inueſtiantur, vt ſimul feudum pro indiuiſo poſſideant, in quo alter alteri non ſuccedit,

MATTHÆI *not. ad res Vltraiect. pag. 98. Manus coniuncta* dicitur in Ludouici Brandenburgici diplomate apud LVDEWIG *Reliqu. Tom. VII. p. 76.*

* IVRE FEVDALI ALEMANNICO *Cap. III. §. 3. Vnd hat ein Pfaffe einen Bruder oder me Brüder und emphehet er ein Lehn mit den Brüdern mit einer Lebens-Hand.*

** IVRE FEVDALI SAXONICO *Cap. LIX. Alle Leben ohn Gewehr darben der Folge, Cap. LVII. Vnter ſich aber auch der, dem das Geding oder Anwartung an Gut zuvor geliben war, eher den der Herr, er verleuret damit nichts.* Et Cap. LXXII. *Zweene Mann mægen an einem Gerichte kein Lehn gemein haben, das Geding aber und den Anfall mag man gleich*

cedit, nisi hoc ita fuerit ordinatum.* Talis simultanea inuestitura etiam Iure Germanico occurrit, eiusdemque triplex statuitur effectus, vt non possit alter alteri testimonium valide deponere coram paribus curiæ. Deinde, quod nec refutatio, nec subinfeudatio, nec diminutio feudi fieri possit, nisi communi vtri-

wie andere Leben, wohl verleihen. Adde LANDRECHT *Lib. I. art. XXXIII.* de simultanea inuestitura in Hassia vide Dnum ESTOR *P. I. p. 75.*

* *I. F. 1. c. 2. I. F. 14. c. fin. si duo fratres simul inuestiti fuerint de beneficio nouo, & non de paterno, si vnus eorum sine descendentibus masculini sexus mortuus fuerit, dominus succedit, non frater, nisi pactum fuerit inuestitura, quod frater fratri succedat II. F. 12. 18.* Neque tamen hæc Iure Germanico fuit ignota. Quippe IVRE FEVDALI SAXONICO *Cap. VIII. Ob zueene Mann mit einen Leben sambtlich belieben worden, und ir einer verleibet forder einen andern etwas von dem Gute, ir keiner mag doch darum ohne des andern VVillen und VVissen etwas leihen noch auflassen und sonderlich seinem Herrn zuschaden oder das es den andern nachtheilig sey, alldieweil sie an dem Gut noch nicht getheilet sind.* Cap. XXIX. *Ob viel Manne ein Gut zusammen im Leben haben.*

vtriusque conſenſu. Tertio, ſi in communi poſſidere velint, conſtituitur prouaſallus, *ein Lehntræger*, qui Domino præſtet ſeruitia. * Deinde ſimultanea inueſtitura dicitur, ſi duo de vno feudo fuerint inueſtiti, aut illud pro diuiſo poſſideant.** Tertio, ſi duo inueſtiantur, cum pacto adiecto, vt vnus in alterius parte ſuccedat.*** Quarto, ſi feudum ita detur nouum, vt adgnatus in eodem ſuccedat.**** Quinto, ſi duo inſimul feudum adquiſiuerint, ita, vt ſiue vterque, ſiue vnus ſaltim poſſideat, vnus tamen fructus percipiat ſolus, quousque ſuperſtes fuerit. Ipſo vero defuncto, alter ſuccedat.***** Tali ratione filius cum patre de feudo poteſt inueſtiri: quod in tantum operatur, vt filius, tunc patre defuncto iure proprio ſuccedat.* Demum etiam quibusdam ſimultanea dicitur inueſtitura, ſi quis expecta-

* IVS SAXONICVM *Cap. VII. VIII.* IVS ALEMANNICVM *Cap. XVI. LXV. §. 2. LXVIII.* SCHILTER *ad Cap. XVI. LXV.*

** HORNIVS *Cap. XII. §. XXV.*

*** *II. F. 12. 18.*

**** *I. F. 1. c. 2.* HORN *cit. loc.*

***** SCHILTER *Cap. XVI. XVIII.* HORN *cit. loc.*

* HORN *cit. loc.*

expectatiuam in feudum certum obtinuerit, vel de eodem fuerit inuestitus, sub conditione, si feudum fuerit apertum. ** Hoc casu, vasallus possessor talem expectatiuarium quandoque, saluo tamen iure suo, in compossessionem admittit. ***

§. III.

Alia est Simultanea Inuestitura Iuris Saxonici.

Ab hac vero simultanea inuestitura Iuris Longobardici distincta est illa Iuris Saxonici, quæ ex Iure olim Germaniæ vniuersali obtinuit, **** atque hodienum

** *I. F. 3. II. F. 26. c. Moribus. II. F. 35.*

*** *I. F. 3.* verbis: *nisi ille, qui inuestituram acceperit, nomine eius in possessionem missus feudi sit, eo consentiente, qui detinet.* Exemplum in *art. XI. §. 6. 7. Pac. VVestphalic.* vbi Expectatiua in Archiepiscopatum Magdeburgensem Electori Brandenburgico conceditur, ita tamen, vt interea Capitulum, Ordines & Subditi, eidem se statim sacramento fidelitatis & subiectionis in euentum obstringerent, Elector etiam viuo adhuc Augusto Administratore, præsidium ciuitatis Magdeburgensis obtinuit. Adde Io. Christoph Schmidt de diuersis simultaneæ Inuestituræ speciebus earumque differentiis, Lipsiæ 1728.

**** Dnus a LVDEWIG *Differt. de Simultanea Inuestitura Differt. I. Cap. II.* demonstrare conatur, simultaneam inuestituram ex-

num in terris Saxonicis Misnensibus & Thu-

inde fuisse ortam, quod bona Germanicæ olim fuerint allodia, ita tamen, vt adgnati eiusdem nominis & clypei participes succederent. Primos Feudorum militarium natales in loco CONRADI VRSPERGENSIS ad annum 1198. quærit, vbi de Philippo Imp. scribit: *hic cum non haberet pecunias, quibus salaria siue solda praberet militibus, primus cœpit distrahere prædia, quæ pater suus Fridericus Imperator Iure acquisierat in Alemannia: ita, vt cuilibet Baroni, siue ministeriali villas, seu prædia rusticana, vel Ecclesias sibi contiguas obligaret.* Verum, Philippus dominia sua potius tanquam allodia concessit, quæ postea demum in feuda vtplurimum fuerunt oblata. Verum, antiquiora longe apud Germanos fuisse feuda, plura nos docent, dum Angli, Saxonum populus, iam dum seculo quinto feudorum instituta in Britannia introduxerint. Deinde DITMARVS *Lib. I. pag. 325.* de Henrico Aucupe loquitur: *post hac Ottone secundum Calend. Decemb. carnis vniuersæ viam intrante, sæpe memoratus iuuenis in vacuum succedens, hæreditatem iure & maximam beneficii partem gratuito regis suscepit ex munere.* Tertio, tot Leges Germanicorum Imperatorum de re feudali pro Germanis & Italis latæ, de quibus supra Cap. III. §. II. fuit dictum, de eo testantur. Quarto, Auctor Vetus de beneficiis, qui ineunte

Thuringicis dicta etiam *Manus coniuncta, die gesambte Hand.*** Obtinet etiam in Marchia Brandenburgica, * terris Anhaltinis, ** Ducatu Magdeburgico, *** Pomeraniæ Ducatu **** Abbatia Quedlinburgensi, dum in eadem Ius Saxonicum fuerit receptum. Hæc vero

seculo XII. vixit de re beneficiali, tanquam satis nota scripsit, & iura congessit. Immo, simultanea inuestitura plane recedit a Iure veteri Germanorum allodiali, de quo TACITVS *de Mor. Germ. Cap. XX. Hæredes sui cuiusque liberi & nullum Testamentum. Si liberi non sunt, proximus gradus in possessione, Fratres, patrui, auunculus.*

** *Torgauisch Ausschreiben de anno 1583. tit. welcher Gestalt die Agnaten §. denn dieweil verbis: vermœge Landübl. Saechsischen Rechtens unter denen Agnaten und Schwerdtmagen keine andere Succession oder Lehn-Folge ist, denn welche mann durch die samtliche Belehnung und gesamte Hand überkomt.* Adde *Part. II. Constit. Elect. XLV.*

* KOEPPEN *dec. XLVII. pr.* SCHEPLIZ *in Consuet. March. p. III. Tit. III. §. X. n. 10.* MÜLLER *in pract. March. Resol. LXIX. n. 25.*

** *Ord. Prouinc. Tit. XVI.*

*** *Ord. Polit. Magdeb. cap. VIII. §. 1.*

**** STRYCK *de feudis Pomeranicis §. I.*

vero vel ad petitionem vasalli possessoris, vel saltim illius consensu impetratur. ** Cum dominus inuito vasallo talem obtrudere nequeat, * exinde ab expectatiua est distinguenda. Requiritur igitur, vt ad instantiam vasalli possessoris, vel saltim ipsius consensu, dominus, adgnatum vel etiam extraneum solenni ritu inuestiat, in vasallum recipiat, ac ius in feudo simultaneum tribuat, *daß einem die gesambte Hand geliehen oder daß einer mit dem andern sæmbtlich beliehen werde.* ** Licet hoc in libera domini facultate sit constitutum, atque

LVDEWIG *de Simult. Inuest. differ. I. cap. II.* §. *III. sqq.*

** Prout vberius declarauit LVDEWIG *Differ. II. cap. III.* Adde KNICHEN *de Vestit. Pact. Part. I. c. I. n. 135.* Immo, in tota fere Germania eam, vsitatam fuisse testatur BRVNNEMANN, *Consil. CVI.* In Pomerania illam quidem valere, verum necessariam haut esse, testatur STRYK *de Feudis Pomeraniæ Cap. I. X.* §. *V. num. 6.* In Ducatu Megapolitano simultaneam inuestituram Iuris communis esse introductam, docet TORNOVIVS *de Feudis Megap. Tom. I. pag. 259. seqq.*

* CARPZOV *Lib. VI. Resp. LXXV.*

** *Torgauis. Ausschreiben* §. *Welcher Gestalt die Agnaten.* HARTM. PISTORIS *Lib. II.*

atque ad hoc cogi nequeat, *** si etiam nullæ subfuerint rationes, cur eam Dominus deneget. In Electoratu Saxonico vero feuda noua adquirentibus libertas concessa, vt simultaneæ inuestiendos præsentare possint intra anni spatium, * quam facultatem potentissimus Rex Augustus ad sexennium extendit.** Quod si etiam dominus sine vasalli possessoris consensu, quendam simultanee inuestiuerit, hic ad eundem accipiendum haut obligatur, habet tamen nihil-

Ff 2 ominus

quæst. XX. pr. & num. 22. MODEST. PISTORIS *Conf. XL. num. 55.* CARPZOV *cit. loc.* B. PARENS *Cap. IX. aph. XIV. num. 2.* Formam & solennia vide apud TITIVM *Append. Teutschen Lehn-Rechts.* & HORNIVM *Iurisprud. Feud. App. I. num. 3.*

*** CARPZOV *Lib. VI. Resp. LXXIV.* In Pomerania tamen Ericus Dux a. 1459. concessit: *Wenn Vettern von einen Nahmen Schild oder Geburt die samende Hand fordern, so soll man sie ihnen leihen.* LVDEWIG *de Simultan. Inuest. differ. I. cap. II. §. 3. & seqq.*

* IOAN. GEORGII IV. *Lehn Mandat* d. 12. Nouembris 1698.

** Per Decretum d. 7. Februarii 1700. & Recess. Prouinc. d. 17. Martii d. anno. Vide CONRAD WILH. STRECKER *Dissertat. de Simult. Inuest. §. VI.*

ominus simultanea inuestitura effectum ratione domini, si vasallus sine hæredibus fuerit extinctus. *** Simultanee inuestitus vero inuestituram suscipere, fidelitatem & obsequium domino iuramento promittere tenetur. Et licet conuentio de mutua successione plerumque fieri soleat, neque tamen ista est de essentia simultaneæ inuestituræ. ****

§. IV.

Effectus Simultaneæ Inuestituræ

Hæc igitur inuestitura simultanea, ius in re tribuit, ideoque ab Exspectatiua & Inuestitura abusiua differt, minime vero tribuit possessionem. Ad hunc effectum autem non sufficit, vt Dominus & possessor vasallus consentiant, sed requiritur, vt talis, in quem consenserunt, etiam consenserit, simultaneam inuestituram petierit, atque impetrauerit. * Inde vasallus sine consensu simultanee

*** STRECKER §. *VII.*

**** PRVCKMANN *Vol. I. Consil. XXXIX. num. 29.* de necessitate esse putat, contrarium adserit HARTM. PISTORIS *quæst. XXVI. num. 2.*

* *Torgauisch Ausschreiben de anno 1583. Rubr. Welcher Gestalt die Agnaten.* HARTM. PISTORIS *Part. II. quæst. XX.* MODEST. PISTOR *Vol. II. Consil. II. num. 38. 48.* STRECKER *§. VIII.*

tanee inueſtitorum feudum nec oppignorare poterit, multo minus alienare, vel de eodem per vltimam voluntatem disponere. Licet etiam dominus dirigens conſenſerit, ** niſi vaſallus poſſeſſor de hiſce ſingulis per pacta ſibi proſpexerit, *** quod ipſi licet. Neque tamen ſimultanee inueſtito ideo competit dominium vtile, nec poſſeſſio, nec tribuit ſimultanea inueſtitura ius domicilii & incolatus, ideoque non liberat ab onere ſatisdationis. * Licet ex ſpeciali conſuetudine ſimultanee inueſtiti coram domino feudi non actionibus feudalibus ſolum, ſed etiam ob Homagium vaſallagio iunctum, quibuscunque actionibus ciuilibus poſſint conueniri. **

** B. PARENS *Cap. IX. aph. XVI.* HORN *Cap. XII.* §. *XXIX.*

*** Talem Formulam Pactionis Feudalis *eines Leben-Reuerſes* exhibet HORN *Append. num. 33.*

* CARPZOV *Part. II. dec. CXXIX.* B. PARENS *Cap. IX. aphor. XVI.* HORN *Cap. XII.* §. *XXX.*

** CARPZOV *Proc. Tit. II. art. IV. n. 50. Lib. VI. Reſp. CXV.* B. PARENS *cit. l. num. 3.* HORN *Cap. XII.* §. *XXX.*

§. V.

Effectus ratione successionis.

Potissimum Simultaneæ Inuestituræ effectus in successione consistit. Equidem si in genere simul fuerint inuestiti, in toto feudo succedunt, quandoque ad certam summam saltim *an ein gewisses Lehns Quantum* inuestiuntur, tunc ad illam saltim successio, vel secundum stirpes, vel secundum proximitatem gradus, vel secundum lineas, vel omnes simultanee inuestiti, licet diuersi sint gradus, ex æquo succedunt, dum nulla hic adgnatio & gradus proximitas, sed sola inuestitura consideretur, ita, vt etiam frater defuncti possessoris vasalli in feudo, quod pater tenuit, non excludat alios simultanee inuestitos. * Fit igitur talis successio regulariter in capita, nisi singuli non nominatim, sed communi nomine simultanee fuerint inuestiti, tunc succedunt in stirpes, nisi contrahentium adpareat mens, quod nihilominus æqualiter debeant succedere. ** Transit etiam hæc simultanea Inuestitura, si non fuerit personalis, ad filios,

* HARTM. PISTORIS *Lib. II. quæst. XXI.* COLER *Decis. LII.* GODEN *Cons. XX.* CARPZ. *Part. II. Const. XLIX.* §. *XII.* B. PARENS *Cap. IX. aph. XVI. num. 5.*

** B. PARENS *Cap. IX. aph. XVI. num. 6.*

filios, qui tamen vsque dum pater fuerit defunctus, ius reale non habent.*** Fœminæ etiam si in fœmineo feudo velint succedere, simultanee debent esse inuestitæ. **** Neque tamen aliis hoc Ius ex simultanea inuestitura quæsitum, nisi dominus & vasallus consenserint, cedi poterit, ne ipsis inuitis, aliis obtrudatur.*

§. VI.

Sæpius tamen verbis Inuestituræ simultaneæ expresse cauetur, graduum prærogatiuam esse obseruandam, quod fieri solet, hac adiecta formula, *nach rechter Sippzahl*, vel æquipollente, *daß die* Simultanea Inuestitura *nach rechter Sipp-Zahl.*

vtpote Caius, Titius, Meuius simultanee inuestiti succedunt in capita, Caius & Titii Erben, in stirpes.

*** CARPZOV *Lib. II. Resp. XII.* STRECKER §. *X.* Adde IO. FRID. VVERNHER *de Success. in simultaneam Inuestituram VVitteberg. 1731.*

**** Vide GODFRIDI LVDOVICI MENCKENII diss. *de Simult. Inuestitura Fœminis in feudo fœmineo ad successionem necessariis VVitteberga 1728.*

* Vide CAROLI GODOFR. ENGELSCHALLS diss. *de Iure Simult. Inuestitura non alienabili, VVitteberga 1728.* & IO. GODOFR. KRAVSII diss. *de Renuntiatione Iuris ex simultanea Inuestitura quæsiti. VVitteberga 1731.*

die næchſten Vettern in Lehn ſuccediren ſollen, tunc eodem qui iure feudali communi præſcriptus eſt, modo ſuccedit. * Nonnunquam in ſimultanea Inueſtitura exprimitur, quod, vna linea plane decedente, demum altera ad ſucceſſionem ſit admittenda, per verba *alsdann und nicht ehe.*** Quibusdam in locis, nec non in familiis quibusdam ſpeciatim eſt receptum, vt licet in ſimultanea inueſtitura non ſit expreſſum, tamen proximiores gradu remotiores excludant.*** Quod ſi igitur de conſuetudine in quadam familia conſtet, quod fratres vel fratrum filii excludant remotiores adgnatos, æque ſimultanee inueſtitos, an iſta conſuetudo erit etiam ad alios caſus, quibus alii proximiores adgnati concurrunt cum ſimultanee inueſtitis remotioribus ſit extendenda, quod Saxonici ICti adfirmant, eo quod fundamentum dictæ conſuetudi-

* COLER *Deciſ. LII. num. 17.* BERLICH *Part. II. concluſ. LIII. num. 63.* B. PARENS *Cap. IX. aph. XVI. num. 7.* diuerſis hoc confirmat Reſponſis. HORN *Cap. XVI. §. XIV.*

** B. PARENS *num. 8.* HORN *cit. loc.*

*** CARPZOV *Lib. VI. Reſponſ. LXXIX.* RICHTER *de Succ. ab inteſt. ſect. III. num. 4. 14.* B. PARENS *num. 9.*

tudinis in eo consistat, quod illa familia velit obseruare proximitatem & ordinem succedendi Iuris Communis.*** Extincta tamen linea primi adquirentis, si feudum deuoluatur ad lineam aliam, cuius stipes eo tempore, quo feudum fuerit adquisitum, simultaneam inuestituram adquisiuit, cuius posteri renouationem, vbi opus fuerit, petierant, tunc

*** P. HEIGIVS *Part. I. qu. XXIII. n. 45.* ANDR. KNICHEN *de Vest. Pact. Part. I. cap. I. num. 81.* EERLICH *Part. II. conclus. LIII. num. 66.* Idem in certis Thuringiae partibus, nostrae maxime viciniae obseruari, tradit MATTH. COLERVS *Dec. LII. num. 16.* dum ait: *Nos tamen in hac parte Thuringiae simultaneam inuestituram semper intelleximus secundum praerogatiuam gradus: Ita pronuntiatum vidimus in causa Adolphi Comitis Gleichen & secundum nos in aula iudicatum fuit, quanquam Lipsienses contrarium pronuntiarent,* BECHMANN *Exercitat. XII. num. 27.* Exinde Dnus a LVDEVVIG *de Simult. Inuest. Cap. VIII.* concludit: Simultaneam Inuestituram in Thuringia plane non obtinere, qui plures seduxit, quod omnino falsum, dum obtineat quidem, simultanee inuestiti vero secundum gradus praerogatiuam succedant, licet omissa fuerit clausula, *nach rechter Sipp-Zahl.* Contradicit tamen HORNIVS *Cap. XVI. §. XXV.* In Lu-

omnes ſimultanee inueſtitos ſuccedere, Doctores ſentiunt.*

§. VII.

Graduum computatio ciuilis obſeruatur.

Circa graduum vero computationem, obſeruatur ciuilis, non Canonica, ideoque communes regulæ hic locum habent. Quod ſunt perſonæ, tot ſunt gradus, dempto ſtipite, vel etiam quot ſunt generationes inter perſonas, de quorum conſanguinitate quæritur, tot ſunt gradus.**

§. VIII.

Differentia ratione ſucceſſionis inter filios & adgnátos.

Ea tamen inter ſucceſſionem adgnatorum & filiorum eſt differentia, vt filius, ſi hæreditatem feudalem adire velit, etiam hæres allodialis eſſe debeat, & vel vtrumque retineat, vel vtrumque repudiet, id quidem ex reuerentia erga patrem, & quia mediante patre in feudo ſuccedit, ideoque factum patris præſtare, & debita paterna ſoluere tenetur, non tanquam hæres feudalis, ſed tanquam allodialis. Id quidem non legibus

ſatia idem obtinet ex Maximiliani II. Imp. priuilegio de a. 1570,

* B. PARENS *cit. loc. num. 9.*

** *I. F. 1. c. 4. I. F. 8. c. 1.* MEVIVS *Conſil. XC. num. 94.* B. PARENS *Cap. IX. aphoriſm. VII. num. 9.* TORNOVIVS *de Feudis pag. 306.*

bus Longobardicis * solum, sed etiam Constitutionibus Saxonicis ** obtinet. Adgnatus vero Ius succedendi non a defuncto, nec per istum habet, sed ex iure ipsi a primo adquirente quæsito succedit, ideoque ipsi liberum est, hæreditatem allodialem, ipsi licet delatam, repudiare, solam feudalem adire, atque tunc defuncti facta præstare, vel ipsius debita, nisi feudalia fuerint, soluere non tenetur.

§. IX.

* *II. F. 45. Si contigerit, vasallum sine prole decedere, adgnatus succedere potest, repudiata hereditate decessoris, non filius, qui vel vtrumque retineat, vel repudiet vtrumque II. F. 51. c. 4. filius non potest recusare hereditatem patris absque feudo, propinquus potest.* Quæ verba non saltim de feudo hæreditario & mixto, prout quidam volunt, apud Dominum de LVDEVVIG *de Oblig. Success. Cap. V. §. 5. & seqq.* intelligenda. DARPÆVS *praiud. XXVIII.*

** Const. Elect. *Part. II. Constit. XLVII. nach Sachsen-Recht wollen einige, daß dem Sohn frey stehe des Vaters Erbe sich zu äussern, und das Lehn zu behalten. VVir lassen Uns aber die Meynung gefallen, daß der Sohn des Vaters Erbe seyn solle, ohne allen Unterscheid des Inventarii, oder sonsten,* CARPZOV *ib.* BERLICH *Part. II. concl. VII.* HORN *Cap. XVI. §. XXV. seqq.*

§. IX.

Quid iure Germanico obtineat.

Licet autem hæc iure Longobardico & Saxonico Electorali sint statuta, non desunt tamen, qui nec filios teneri in feudis priuatorum vel illustrium velint. Circa feuda priuatorum, Ius prouinciale Saxonicum, * immo etiam Alemannicum feudale ** filio equidem concedit, repudiata hæreditate paterna, feudum retinere, verum legibus & moribus aliud quid, vti diximus, hodie obtinet in Saxonia Extra Saxoniam vero, filii

* LANDRECHT *Lib. II. art. XXI. hat auch ein Mann einen Sohn, der sein Lehns-Erbe ist, und nicht sein Erbe nach Land-Recht, er behält das Lehn*; & Lib. I. art. IX. *Stirbt auch einer, der sein Lehn einem andern auflassen solle, dessen Sohn ist es nicht pflichtig aufzulassen, er hab denn selber mit gelobt oder Bürgen davor gesetzet.* IVS FEVD. SAX. *Cap. LV. Der Mann ist auch nicht pflichtig seines Herren Geliebde iemands zu leisten noch auch ein Sohn seines Vaters, daß er sein Gut auflassen solle.*

** Cap. XCVIII. *Der Mann ist nicht schuldig zu leisten des Herren Gelübde, noch das Kind des Vaters.* Id quod etiam Dnus A LVDEVVIG *Differt. de Oblig. Successoris Cap. VI.* §. 2. vberius declarauit & diuersis exemplis illustrauit.

filii non obligantur, * idemque in Camera Imperiali fuiſſe obſeruatum, ICti teſtantur Camerales, ** ſed repudiata hæreditate allodiali, ſolam feudalem poſſunt adire, niſi aliud legibus vel moribus obtineat, prout in Ducatu Magdeburgico, filii ad debita patrum ex reditibus feudi ſoluenda, in terris Branden-

* LIB. BAR. DE LYNCKER *Anal. ad Struv. Cap. IX. aphor. XI.* ſcribit: *ſane extra terras Saxonicas iuxta formulam pronuntiatur in Scabinatibus: das ein Sohn, vermœge der Rechten, ſo im Keyſerlichen Cammer-Gericht üblich, ſeiner vaterlichen Verlaſſenſchafft ſich entſchlagen, und nichts deſto weniger ſein altvaterliches Stam-Leben behalten mœge, dabey er die vaterlichen Schulden abzutragen unverbunden.* LVDOLPH *de Iure Primogenituræ aphor. VI. §. VI.*

** GAILIVS *Lib. II. obſ. CCIV. num. 4. 5. & ita in grauiſſima cauſa obſeruatum memini in Camera. Vbi exceptio talis non ſolum oppoſita fuit contra chirographarios, ſed etiam hypothecarios creditores. Quod defunctus vaſallus feuda non potuit grauare. Quapropter circumſpecti ſint, qui contrahunt cum vaſallis, ne decipiantur.* Adſtipulatur IOACH. MYNSINGERVS *Cent. III. obſ. LXI.* SCHRADER *Part. VII. cap. V. n. 74.* ROSENTHAL *Cap. VII. concl. XX. num. 5.* CHRISTINAEVS *Volum. I.*

denburgicis etiam adgnati obligantur, si allodium non suffecerit, vt ideo cuiuslibet prouinciæ mores legesque sint considerandæ. **

§. X.

Quid circa feuda Imperii obtineat.

Circa feuda illustrium plurimum hoc controuertitur. Sunt, * qui successores illustres filios æque & adgnatos ab omni plane liberent obligatione, eo quod feuda Imperii sint ex pacto & prouidentia, ** deinde Maioratibus, fideicommissis, iuri primogenituræ subiectæ, *** Principes Ordinum Prouincialium

Decis. *CCXXIX.* *num.* *29. 30.* Immo etiam inter Saxonicos ICtos non desunt, qui hoc adserant ZOBEL *Part. II. differt. XXXIX. n. 1.* COLER *Dec. LXXIX.* MODEST. PISTORIS *Part. II. Conf. XLV. num. 19.*

** Dominus a LVDEWIG *Cap. VI. §. IV.* diuersas leges prouinciales hac de re exhibet.

* Et potissimum Dominus a LVDEWIG *Cap. VII.*

** ROSENTHAL *Cap. IX. num. 11. Conclus. LXVII. num. 5.* BRVNNEMANN *Conf. I. n. 189.* LVDEVVIG *Cap. VII. §. VI. lit. cc.* qui etiam plura adducit exempla, quæ tamen potissimum tangunt adgnatos. LÜNIG *Scripta Selecta p. 242.*

*** BRVNNEMANN *Consil. III. num. 173.*

cialium consensu ad obligandum successorem indigeant, **** inde damnum Reipublicæ irreparabile oriatur, ***** omnia Principum bona in nexu sint domaniali. Denique etiam Cæsarum constitutiones & Contractuum formulæ excludant successores illustres. * His omnibus non obstantibus, potius adserere non dubito, filios & successores vniuersales omnino obligari, non æque adgnatos, nisi insimul in allodio successerint, idque non solum ob reuerentiam dignitati paternæ debitam, sed etiam quod nullus in Germania sit Ducatus & Comitatus, cui non plures terræ allodiales sint intermixtæ, ** vt ideo Prin-

KNIPSCHILD *de fideicomm. Cap. XI. num. 230.* L. B. de LYNCKER *Decis. DCCCII.*

**** BRVNNEMANN *Consil. I. num. 136.* LYNCKER *Decis. DCCXVII.*

***** BRVNNEMANN *Consil. I. num. 178. 190. 191.*

* Talia adducit Dnus a LVDEVVIG *Cap. VII.* §. 12. licet ista plerumque singulares casus comprehendant.

** KLOCKIVS *Vol. II. consf. XXIX. n. 135.* MYLER ab EHRENBACH *Nomol. Princ. cap. XV.* §. *V.* B. PARENS *Cap. XIV. aph. XXIX. n. 5.* RHETIVS *de Transmiss. Territor. in successores, Cap. III. num. 18. 19.* Eadem sentientes

Princeps & Comes Imperii succeſſor ſimul ſit allodialis neceſſarius, ideoque ad facta patris præſtanda obligetur. Hanc etiam ſententiam obtinere Iuris Publici docent Doctores.

§. XI.

Succedendi ratio ex pacto. Pacta Succeſſoria Confraternitatis.

Alia ſuccedendi ratio ex pacto oritur & conuentione. Dum vel ſolus dominus ius ſuccedendi concedit, prout fit in Expectatiua, * vel Dominus & Vaſallus, feudi poſſeſſor, vel per ſimultaneam inueſtituram, vel per fideicommiſſum, vel pactum ſucceſſorium ius ſuccedendi concedunt. Eiusmodi pacta ſucceſſoria etiam, prout moribus introductum, inter Principes de hæreditate viuentis, ſiue iſte conſenſerit, ſiue non, & futura poſſunt inſtitui, ** quod tamen

vide apud LVDEVVIG *Cap. VII. §. III.* Adde Tract. *de Allodiis Imperii &* SYNT. IVR. PVBL. *Cap. XXVI. §. III.* Adde HENR. COCCEII diſſ. *de obligatione ſucceſſoris ex facto anteceſſorum*, IVSTVS GEORGIVS CLADENIVS *de obligatione ſucceſſoris ex Facto anteceſſoris.* ITTER *de Feudis* Imperii c. XVIII.

* De qua ſupra *Cap. VIII.*

** RINGLERVS *de Pactis Illuſtrium ſucceſſoriis Cap. II. §. VI.* nec inter Illuſtres hoc procedere autumat, ſi vel maxime iuramentum acceſſerit. HORNIVS etiam *Cap. XVI. §. XVI.*

men inter priuatos iure Romano pro-
hibi-

in Collegio VVittebergenſi negatiue fuiſſe reſponſum, adſerit, contrarium tamen ſentit SCHILTERVS *Exerc. VII. §. XLVI.* Idem HORNIVS fateri neceſſum habet, pacta hæc tunc valida fieri, ſi Principis accedat conſenſus, vel conſuetudo, vel ſtatuta, quibus contrarium eſt receptum, adſint, concedit etiam, ſi de tertii incerti, vel certi etiam conſentientis hæreditate conficiantur. Exemplum præbet Receſſus Diſibodenbergenſis anno 1541. & Simmerenſis de anno 1546. ſuper ſucceſſione in Electoratu Palatino, FORMVLA SVCCESS. PALAT. *Sect. I. §. XXXII. XXXIV.* Et licet obiiceretur, hosce Receſſus contra bonos mores eſſe, reſpondit tamen Georgius Iohannes Palatinus, quod, licet Iure Romano de hæreditate adhuc viuentis paciſci haut liceat, hoc tamen locum habere non poſſit, ſi de ſucceſſione perſonæ incertæ agatur, vtpote de ſucceſſione totius lineæ, vel plurium perſonarum adhuc viuentium, de quibus non conſtet, quisnam primo loco diem ſuum ſit obiturus, probitatem etiam & dignitatem contrahentium eſſe ſpectandam, ſiquidem talis ſuſpicio de captando voto mortis alienæ in illuſtres perſonas minime cadat. FORM. SVCCESS. PALAT. *Sect. III. pag. 238.* Tale etiam pactum olim ſuper ſucceſſione Principis Ienenſis adhuc viui fuit confectum. Adde BETSIVM & RINGLERVM *de Pactis Illuſtrium cap. V. §.*

hibitum.* Confici vero pacta possunt de hæreditate vel acquirenda vel conseruanda vel restituenda vel omittenda, ** quod vltimum circa renuntiationes Filiarum Illustrium, *** vel Nobilium **** videmus, dum hæreditati paternæ

VII. STRYK *de Succ. ab intest. dissert. VIII. cap. VII.* §. *XVIII.* IO. HENR. MVNCH *de Pacto Hæreditatis inter Illustres Fœminas acquisitiuo Cap. I.* §. *XII.* & FRANCISCVS AVGVSTINVS SEBASTIANVS GREINER *de Success. Princip. Cap. VI.* §. *III.* ITTER *Cap. XVII.* Vide perill. de LVDOLF de Iure *Fœmin. illustr. S. II. m. 1.* §. *4.* FRANTZKIVM *lib. III. Resol. I. n. 25. seqq.*

* L. *30. C. de pactis*, ita, vt hæreditas paciscentibus tanquam indignis auferatur *l. 29.* §. *2. l. 30. ff. de donat. l. 2.* §. *3. ff. de his, quibus vt indignis.* Idemque adhuc hodie obtinere, adserunt RICHTER *Part. I. decis. LXVII. num. 4.* STRYK *de Succ. ab intest. Cap. VII. Vs. Modern. tit. de pactis* §. *14. 15.*

** De quo late disputat HORNIVS *Cap. XVI.* §. *XVII.*

*** SYNTAGMA IVRIS PVBLICI *Cap. XXIV.* §. *LI. Cap. XXVII.* §. *XXII.* de quibus sigillatim egerunt NIC. HIER. GVNDLING & IO. FRID. CRAMER. Adde Tractatum *de Allodiis Cap. IV.*

**** CAPIT. LEOPOLDI *Art. XXXIX.* SYNT. IVRIS PVBLICI *Cap. XXVIII.* §. *XVI.*

paternæ & maternæ renunciant, *wenn sie Verzicht thun*, maxime si feudis multa allodia sint intermixta. Hæc tamen plerumque fieri solet, *bis auf einen ledigen Anfall*, extincta mascula progenie. Talia etiam pacta successoria non inter illustres solum, sed etiam inter nobiles immediatos & mediatos, immo etiam priuatos **** locum habere possunt. Eiusmodi pacta vel per modum successionis anomalæ vel vltimæ voluntatis, non inter collaterales solum instituuntur, sed etiam inter alios, qui nullo vel adgnationis vel cognationis vinculo inuicem sunt obstricti, & vocatur *Pactum Confraternitatis*, *eine Erb-Verbrüderung*, siue pactum successionis. Hoc plerumque mutuum esse solet, licet quandoque sit vnilaterale, atque a pacto mutuæ defensionis, siue *Erb-Vereinigung*, probe est distinguendum. Pactum Confraternitatis vero est vel vniuersale, quod ad omnes terras est directum, hac ratione, vt extincta plane omni familia, successio fiat in omnes terras. Pactum vero particulare ad quasdam saltim prouincias est directum. * Eiusmodi autem pacta, si ra-

 tione

**** STRYK *Vsu moderno Tit. de Pactis* §. *10*.

* De his HORN *Cap. XVI.* §. *XX. XXI.* &

tione succeſſionis in feuda valida eſſe debent, præter conſenſum adgnatorum & ſimultanee inueſtitorum, a Domino dirigente ſunt confirmanda. * Quo vero opus non eſt, ſi pactum ſaltim tangat hæreditatem allodialem.** Neque tamen etiam in prouinciis hæreditariis ad eiusmodi pacta ſubditorum conſenſus requiritur, niſi ex pacto Domini obligentur.*** Talia ſunt etiam *pacta Ganerbinatus* de mutua ſucceſſione & defenſione, olim apud Germanos vſitata.****

§. XII.

vberius SYNTAGMA IVRIS PVBLICI *Cap. XXVII.* §. *XVIII. XIX.* ITTER *Cap. XVII.* §. *V. VII.*

* ITTER *Cap. XIII.* §. *XI.* HORN *Cap. XVI.* §. *XXI.* Hinc pactum ſucceſſorium inter Brandenburgicum Electorem & Lignicenſem Ducem a Ferdinando II. Imp. fuit improbatum MYLER ab EHRENBACH *de Princip. & Stat. Imperii Part. I. cap. XXV.* §. *15.*

** CAPIT. LEOPOLDI *Art. XXXIX.* IOSEPHI *Artic. XXXVIII.* verbis *von dem Lehnthum keine Dependenz haben.* HORN §. *XIX.*

*** BETSIVS *de Pactis Illuſtr. Cap. V.* ITTER *Cap. XVII.* §. *XII.* GREINER *de Succ. Princ. Cap. VI.* §. *IV.*

**** Vide SYNT. IVRIS PVBLIC *Cap. XVIII.* §. *XXI.*

§. XII.

Habet etiam ex Teſtamento ſucceſſio locum. In feudis enim ex pacto & prouidentia vaſallus etiam, ſi feuda antiqua fuerint, inter filios poterit diſponere, ita, vt vni ſoli poſſit feudum adſignare, vel inter filios portiones inæquales conſtituere. * Immo, ſi vni filio feudum adſignetur, vel inæquales portiones conſtituantur, nec domini conſenſu opus erit, dum vaſallus alterius ſanguinis illi haud obtrudatur. ** Quod ſi vero filius fuerit exhæredatus in allodio, tunc ad diſpoſitionem patris non tenetur, ſed ex pacto & prouidentia maiorum, in feudo nouo non ſolum, ſed etiam antiquo ſuccedit.*** Circa feudi ſucceſſionem enim pater

Patres etiam teſtamento inter filios poſſunt diſponere.

* SCHRADER *Part. VII. cap. II.* HARTM. PISTORIS *Lib. I. qu. XXXVII. num. 14.* ROSENTHAL *Cap. XII. concl. XIII. num. 9.* STRYK *Cautel. Teſtam. Cap. VI. num. 11. §. 23.* B. PARENS *Cap. IX. aph. XII. num. 5.* HORN *Cap. XIV. §. IX.* Vide HIER. GVIL. BRÜCKNERVM *de diſpoſitione parentum vaſallorum inter liberos.*

** HORN *cit. loc.* ITTER *Cap. XVI. §. VII.*

*** GVDELINVS *Part. III. cap. I. num. 14.* B. PARENS *num. 8.*

filium valide exhæredare nequit, si vel maxime dominus consenserit, dum filius ius suum non a patre, sed primo adquirente habet. * In feudo tamen nouo, in quo liberiorem potestatem pater habet, filium, cum domini consensu poterit exhæredare. ** In feudo etiam mere hæreditario, vbi successio fit iure allodiali, exhæredatio locum habet. *** Hinc, si pater filium saltem in legitima instituit hæredem, feudum in legitimam imputari nequit, nisi in feudo mere hæreditario. ****

§ XIII.

Feuda possunt diuidi. Feuda etiam, siue Regalia fuerint, siue non Regalia, vel in communi possideri, vel per Regimen alternatiuum, secundum personas vel lineas, quod vocari solet, *eine Mutschierung* possunt dirigi, ***** vel diuisioni sunt obnoxia, * præter

* HORN *Cap. XIV.* §. *XI.* Vide IO. GODFRIEDVM BAVERVM *de vasallo exheredante.*

** ROSENTHAL *Cap. VII. concl. X.* B. PARENS *num. 8.* HORN *cit. loc.*

*** HORN *cit. loc.*

**** HORN §. *XII.*

***** SYNT. IVRIS PVBLICI *Cap. XXVII.* §. *XV.*

* Ius Longobardicum distinguit inter feuda Regalia & non Regalia. *II. F. 55. c. 1.*

præter terras Electorales,** Principatus & Comitatus, quibus Ius Primogenituræ ex priuilegio, pactis Gentilitiis, vel Testamento obtinet. *** Et quidem

Præterea Ducatus, Marchia, Comitatus de cætero non diuidatur, aliud autem feudum, si consortes voluerint, diuidatur, ita, vt omnes, qui partem feudi habent, iam diuisi vel diuidendi, fidelitatem faciant. Obseruatum hoc etiam adhuc Gerhardi Nigri temporibus, *I. F. 14.* Licet ista Friderici I. constitutio pro Italis, non pro Germanis fuerit scripta. Iure Germanico tamen idem olim obtiuisse, docet IVS FEVDALE ALEMANNICVM *Cap. XLII. Episcopalia & vexillaria feuda Rex integra conferre debet*, in textu Germanico tamen saltim dicitur *Bischaffe-Gut und Vanlehn Gut soll der Kænig geben zu Lehen.* Qua ratione vero diuisio inualuerit, vberius exposui in SYNTAGM. IVRIS PVBLICI *Cap. XXVII.* §. *II.* & potissimum in FORMVLA SVCCESSIONIS PALATINAE *Sect. I.* §. *XV.*

** SYNTAGMA IVRIS PVBLICI *Cap. XVI.* §. *XXXI.* licet terræ Electorales a reliquis Electorum hæreditariis *die Chur-Lande* & *Erb-Lande* probe sint distinguendæ. Adde FORM. SVCCESSIONIS PALATINAE *Sect. I.* §. *14.*

*** LVDOLPH *de variis modis introducendi Ius Primogenituræ.* SYNT. IVRIS PVBLICI *Cap. XXVII.* §. *IV. seqq.*

dem inter Saxoniæ Duces principium obtinuit: Maior diuidit, Minor eligit, prout in diuiſione inter Erneſtum & Albertum anno 1485. videmus. * De eo tamen plurimum adhuc diſputatur, an Princeps vel Comes Imperii, accedente etiam Cæſaris auctoritate, in præiudicium ſequius genitorum, Teſtamento introducere poſſit Ius Primogenituræ, quod propter vtilitatem publicam fieri poſſe, vt plurimum adſerunt. Licet deſuper mota ſubinde fuerit controuerſia. Potiſſimum vero locum habet, ſi filii conſenſerint, adgnati & ordines Prouinciales. ** Neque tamen pater communionem perpetuam teſtamento poterit introducere, nec, quo minus ius primogenituræ introducatur, Teſtamento facile poterit prohibere, dum ad hoc conſenſus eorum, quorum intereſt, requiratur. ***

§. XIV.

Feudum alternatiuum *ein umgebend Lehn.* Alia eſt ratio feudi alternatiui, *eines umgebenden Lehns*, quod in Familiis Illuſtri-

* LVDOLPH *de Iure Primogenituræ Part. ſec. aph. XI. XV.*

** Prout patet ex pacto inter vtrosque, apud LVNIG *Reichs-Archivs Part. ſpec. Contin. II. pag. 236.*

*** HORN *Cap. XIV. §. XIII. & Reſp. VII.*

luſtrium non ſolum, ſed etiam Nobilium obtinet, vt Senior, ratione Directorii, quod apud eiusmodi familias obtinet, certo feudo fruatur. Exemplum in Sereniſſima Gente Saxonica præbet præfectura Oldiſchleben, quod vulgo vocari ſolet *das Seniorats-Ambt.** Talia etiam reperiuntur in gente Bünauiorum, Schœnbergiorum, Brandenſteiniorum apud Saxones, & Künsbergiorum apud Francos, qui Seniores familiæ habent, *die Geſchlechts-Aelteſten*, qui tali feudo gaudent.**

§. XV.

Alias de feudo mere hæreditario libere diſponit vaſallus, quod ſi vero ratione modi ſuccedendi ſaltim ſit hæreditarium, inter eos, qui alias ipſi ſucceſſuri eſſent, tam filios quam adgnatos, etiam citra domini conſenſum diſponere poteſt, non vero in extraneum feudum transferre.*** Id quidem de Iure communi; ſecus de Iure Saxoni-

De feudo qua ratione diſponat vaſallus.

Gg 5 co,

* MVLLERI *Annal. Sax. ad annum 1640. pag. 363.*

** B. PARENS *Cap. IX. apb. V. num. 5.*

*** HARTM. PISTOR *Lib. II. quæſt. II. n. 6.* ITTER *Cap. XVI. §. V. 57.* GAILIVS *II. Obſeru. CLVII.* B. PARENS *Cap. IX. aphor. XII.* HORN *Cap. XIV. §. III.*

co, quo adgnati non iure sanguinis, sed simultaneæ inuestituræ succedunt, quibus vasalli dispositio, etiam cum domini consensu facta, nequit præiudicare.* De feudo vero ex pacto & prouidentia, vasallus, nisi inter filios, disponere nequit,** nec ad pias caussas, nec cum solo domini consensu, nisi feuda noua fuerint, & simultanee inuestiti non adsint, dum domino inde exoriatur præiudicium, & ipsi inuito vasallus obtrudatur, atque illis, qui a primo adquirente ius quæsitum habent, nisi dominus & adgnati vel simultanee inuestiti consenserint, & quidem, si feudum extraneo relictum, omnium consensus requiritur, si remotiori, saltim proximiorum. *** Idemque in feudis Regalibus obtinet.* Patet hoc exemplo Georgii diuitis

* CARPZOV *Part. II. const. XLVII. d. vlt.* B. PARENS *num. 4.* Adde HORNIVM *de successione Testamentaria.*

** *I. F. 8. Nulla ordinatione vasalli in feudo manente vel valente.* ITTER *Cap. XVI. §. IV.* HORN *Cap. XIV. §. I.*

*** ROSENTHAL *Cap. VII. concl. IV. n. 6.* STRYK *de Cautel. Testament. Cap. V. num. 2. §. 2. seqq.*

* ITTER *Cap. VII. §. X. XI.* Vide BVDDEI *diss. de Testamentis summorum Imperantium.*

uitis Bauariæ Ducis, qui generum ſuum Rupertum Palatinum teſtamento ſcripſerat heredem, qui tamen reiectus, atque ex decreto Maximiliani I. illæ terræ ad adgnatos fuerunt delatæ. ** Immo etiam tacitus conſenſus ſufficit, vtpote ſi præſentibus & tacentibus domino & adgnatis, teſtamentum fuerit factum, & ipſi diſſenſum non declarauerint, idque ob fauorem vltimæ voluntatis. *** Quod ſi vero adgnati vel ſimultanee inueſtiti conſenſerint, domini vero conſenſus deficiat, diſpoſitio quidem eſt inualida, illud pactum tamen efficere poteſt, vt ex feudo ſucceſſor aliquid præſtare debeat. **** Ordinum Prouincialium tamen conſenſus haut requiritur. *****

§. XVI.

** Vide CORPVS HIST. GERM. *Per. X. S. III. §. XIX.*

*** STRYK §. 7. HORN *Cap. XIV. §. II.* Licet in alienatione inter viuos non ſufficiat, dum adgnati ſemper adhuc poſſint contradicere.

**** MENCKE *Diſſertat. de feudo ex Pacto cum ſimult. inueſtit. alienabili* §. *XX.* HORN *Cap. XIV.* §. *II.*

***** Licet BESOLDVS *Lib. I. de Succeſſ. diſſert. XV. num. 5.* MYLER *de Princ. & Stat. Imperii cap. XXV.* §. *XVI.* etiam hunc requirant, ITTER *Cap. XVII.* §. *XI.*

§. XVI.

Sub alienandi facultate concessa, non statim disponendi facultas.

Quod si vero alienandi potestas fuerit concessa, non statim sub ea testandi, vel de eodem per vltimam voluntatem disponendi facultas competit, nisi vasallo potestas fuerit relicta, de feudo pro lubitu disponendi, *mit dem Lehn-Gut zu thun und zu lassen wie er wolle.* * Nec obstat, cuius naturæ fuerit feudum, cum nec de feudo oblato, franco, censuali, emptio, possit disponere vasallus, cum eiusmodi feuda legibus feudalibus in omnibus alias sint subiecta, nisi, quod in certis naturalibus a feudorum indole propria degenerent. ** De feudo oppignorato vero, tanquam re allodiali, creditor, non æque vasallus possessor poterit disponere, & nisi pactum obstet, de feudo pignoratitio. *** Sic etiam de fructibus feudi & meliorationibus, quia sunt res allodiales, disponere poterit vasallus * etiam de

* RHETIVS *I. F. 8. pag. 318.* STRYK de *Caut. Testam. cap. VI. num. 11. 12.* HORN *Cap. XIV.* §. *IV.*

** HORN *Cap. XIV.* §. *V.* Vide supra *Cap. V.*

*** Vide supra *Cap. V.* §. *XVII.*

* Vide supra *Cap. VII.* §. *XV. II. F. 28. c. si vasallus.* SCHRADER *Part. VII. cap. II.*

de fructibus vltimi anni, in quantum isti ad hæredes allodiales spectant, non * vero de fructibus futuris, dum per mortem desinat ius vasalli in feudo, Filius tamen etiam in hoc patris dispositionem seruare tenetur, ** etiam adgnatus, si ipse consenserit. Et si adgnatus vel simultanee inuestitus pacto permiserit possessori vasallo facultatem disponendi mortis caussa, pactio talis, licet, feudum ipsum haut afficiat, talem effectum habet, vt de fructibus etiam futuris vasalli dispositio valeat, si modo vasallo successori tantum relinquatur, quantum opus est ad seruitia, aliasque præstationes. *** Immo etiam talis dispositio locum habet in feudis nouis, cum domini consensu. ****

§. XVII.

num. 214. HORN *Cap. XIV.* §. *VII.* SCHVVEDER *de Feudi Meliorationibus.*

* *II. F. 28. c. si bis consequenter.*

** arg. *II. F. 45.* SCHRADER *Part. VII. cap. I. num. 25.* CARPZOV. *Lib. VI. Resp XV.*

*** MENCKEN *de feudo ex pacto alienabili*, §. *XX.* HORN *Cap. XIV.* §. *VII.*

**** RHETIVS *ad I. F. 8. pag. 321.* ITTER *Cap. XVI.* §. *III.*

§. XVII.

Dispositio vasalli testamentaria qua ratione locum habeat.

Habet etiam dispositio vasalli testamentaria circa feuda locum, si consuetudine vel statuto fuerit introductum, vt vasallus sine domini & adgnatorum consensu de feudo possit disponere. Deinde si per pacta inuestituræ adiecta, hoc ita fuerit cautum. * Immo valet etiam dispositio vasalli circa allodialia. **

§. XVIII.

Eadem dicenda sunt de codicillis, legatis, & eiusmodi

Quæ autem de vasalli testamento dicta fuerunt, etiam circa codicillos, legata, donationes mortis caussa, fideicommissa vel vniuersalia vel particularia locum habent. Quatenus enim de feudo testari licet, vel non, eatenus etiam reliquæ dispositiones valent per vltimam voluntatem. *** Ideoque nec sub dispositione generali, nec sub fideicommisso generali feuda comprehenduntur, **** nisi feudum sit mere hæredita-

* GREG. DARPAEVS *Præiud. Feud. V.*

** BERLICH *Part. I., dec. XLIX.*

*** HORN *Cap. XIV. §. XVII.*

**** *II. F. 66. c. in Genere.* ROSENTHAL *Cap. VII. concl. XI. num. 2.* STRYK *Cautel. Testam. Cap. VI. num. I. §. 6.*

ditarium * liberæ vaſalli diſpoſitioni ſubiectum. Legato vero feudo ſiue alieno, ſiue proprio, de quo per vltimam voluntatem vaſallo diſponere haud licuit, ſi res ipſi ab hærede præſtari nequeat, æſtimatio eiusdem ab hærede allodiali erit præſtanda. **

§. XIX.

Iura Fiſci in Feudis locum non habent, ſaltim in allodiis. *** Succedit vero dominus in feudo, vel ſi vaſallus ſine hæredibus feudalibus fuerit extinctus, & nulli adſint ſimultanee inueſtiti, Expectatiuarii, vel qui ex pacto ſuccedunt, tunc dominium vtile cum directo conſolidatur, vel ſi vaſallus ob feloniam feudo fuerit priuatus, tunc vero tantisper ſaltim illud retinet, quousque vaſallus eiusdemque hæredes vixerint; His vero extinctis, feudum proximioribus adgnatis reſtituere tenetur. Nec alia ratio eſt feudi mere hæreditarii, quod dominio equidem directo, non æque iuri fiſci ſubeſt. **** *In feudo qua ratione dominus ſuccedat.*

Si

* MENOCHIVS *Conſil. LXIX. num. 29.* HORN *cit. loc.*

** BRVNNEMANN *ad l. 34. ff. de legatis.* HORN *cit. loc.*

*** CAPIT. CAROLINA *Art. LXI.*

**** HORN *Cap. XVI. §. XXIII.*

Si vero vaſallus immediatus vel mediatus ex crimine læſæ Maieſtatis feudo priuatur, immediata Imperio, mediata Domino directo aperiuntur.*

CAPVT XV.

DE

RENOVATIONE INVESTITVRÆ ET LAVDEMIO.

§. I.

Renouatio inueſtituræ eſt neceſſaria.

NEque tamen ſufficit, feudum per adquiſitionem originariam vel deriuatiuam ad aliquem fuiſſe delatum, cum etiam mutata perſona vel Domini vel vaſalli, inueſtituræ renouatione ſit opus, ** id quidem ideo, dum promiſſio fidei iurata

* CAPIT. CAROLINA *cit. loc.*

** *II. F. 24. pr. 32. 40.* IVRE SAX. FEVD. *Art. XXI. L.* IVRE ALEMANNICO *Art. XLIII.* CAPITVLATIONE LEOPOLDI *Art. IV.* ROSENTHAL *Cap. VI. concl. XXX.* In Caroli IV. Imp. diplomate, Luxenburgenſibus Ducibus conceſſo, apud LEIBNITIVM *Cod. Diplom. n. XCIV. p. 208. Decernimus - - quod tu, haredes & ſucceſſores tui, Duces L. Ducatum ſiue Principatum - - a nobis, nec non a Sereniſſimis Imperatoribus ſeu Regibus Romanorum ſucceſ-*

iurata sit personalis, quæ cum promittentis persona extinguitur, vt nouus vasallus se obliget, atque a domino rem in feudum, tanquam beneficium, recognoscat, ipseque per factam renouationem in possessione feudi tanto certior reddatur. * Hæc etiam renouatio, qualecunque etiam fuerit feudum, semper est necessaria, ** nisi ex singulari consuetudine vel pacto speciali fuerit remissa. ***

§. II.

Exinde facile sequitur, omnem in feudo, siue immediato siue mediato succedentem, cuiuscunque sit conditionis, ad petendam inuestituram esse obligatum, nec obstare, quod primus adquirens pro Obligantur omnes vasalli ad petendam renouationem.

soribus nostris, & ab ipso Romano Imperio, quoties opportunum fuerit, debito solemnitatis honore, cum vexillis, vt moris est, & solita reuerentia suscipere debeatis.

* Nec obstat, quod clausula *daß der Vasall der Lehn, so offt sie zu Fall kommen, gebührende Folge thun solle*, non fuerit inserta. B. PARENS *Cap. X. aphor. I.* HORN *Cap. XVII. §. I.*

** LVDEVVIG *de Simult. Inuest. pag. 14.*

*** KNICHEN *Part. III. cap. IV. n. 79.* CARPZOV *Lib. II. Resp. LXXVIII. num. 13.*

pro se & hæredibus suis fuerit inuestitus. **** Illi tamen, ad quos successio feudi nondum est deuoluta, siue liberi sint, siue adgnati, siue etiam expectatiuam habentes, ad eandem petendam non obligantur, nisi conditione existente, feudum ad ipsos fuerit delatum. *****

§. III.

Obligantur etiam simultanee inuestiti. Iure Saxonico hodierno * tamen & moribus Germaniæ, vbi simultanea inuesti-

**** HORN *Cap. XVII. §. III.*

***** CONSTIT. ELECT. *Part. II. c. XLV. daß dem Gedinge nicht ehe Folge geschehen soll, denn wenn sich der Fall zugetragen, und der, welchen es verschrieben, den würcklichen Besitz des Lehn-Guths erlanget.* HARTM. PISTOR. *Lib. II. quaest. XXXI.* SCHVRF *II. Consil. LXXIV.* ALEMANN *de Simultan. Inuestit. pag. 118. num. 5.*

* Adlegari equidem solet IVS FEVD. SAX. *Cap. XXXII.* quod tamen saltim de simultaneæ inuestituræ necessitate ad successionem agit, alias nec iure Alemannico nec Saxonico de hac renouatione quidpiam statutum. HIERON. SCHVRFF *Cent. I. cons. XVI.* SCHILTER *Addit. ad Ius Alemann. pag. 657.* Verum, in Constitutionibus Augusti Electoris *Part. II. c. XLV.* est definitum, *der Gesamten Hand aber soll ein ieder dem sie verschrieben, wenn dieselbige*

uestitura est introducta, * quoties vel dominus vel vasallus, feudi possessor fuerit mutatus, *wenn die Gesammte Hand durch Absterben des Lehn-Herren oder Lehn-Manns und Besitzers, oder sonsten gebrochen wird*, etiamsi ad illum feudi successio nondum deuenerit, dum ius reale & praesentaneum, per inuestituram adipiscatur, ad feudi renouationem tenetur, nisi singulari consuetudine haec renouatio fuerit remissa, prout in Lusatia Superiori. ** Ad hanc renouationem etiam Saxoniae Duces, aliique Germaniae Principes, inter quos simultanea inuestitura locum habet, obligantur.***

Hh 2 Fili-

durch Absterbung des Lehn-Herrens, oder des Lehn-Manns und Besitzers gebrochen, ungeachtet, ob er gleich das Guth in würcklichen Besitz nicht hat, innerhalb Iahr und Tag von Zeit der Wissenschafft an, Folge zu thun pflichtig seyn. CARPZOV *d. 17. 24. 25. lib. VI. Respons. LXXVIII.* BERLICH *Part. II. concl. LII. num. 36.* KLOCK *Lib. I. cap. XV. n. 67. 68.* B. PARENS *Cap. X. aphor. I. num. 3.* HORN *Cap. XVII. §. V.*

* Id quod de Marchia, Ducatu Magdeburgico, & terris Anhaltinis testatur. HORN *Cap. XVII. §. V.*

** B. PARENS *Cap. X. aph. I. num. 5.*

*** SCHILTER *de Simult. Inuestit. Pincip. Imperii.* HORN *Cap. XVII. §. VI.*

Filius etiam simultanee inuestiti, si patre mortuo, ius ad ipsum fuerit deuolutum, petere debet renouationem, **** nisi legibus vel moribus aliud statutum. *****

§. IV.

Qua ratione Dominus mutetur.

Mutatur vero dominus vel morte, vel alienatione, vel diuisione. Mortuo enim domino dirigente, alius succedit, maxime, vbi ius Primogenituræ introductum, a quo renouatio petenda. * Quod si plures fuerint successores, ab omnibus coniunctim petenda est inuestituræ renouatio, omnibus etiam coniunctim fidelitas est præstanda, ** nisi vnus, plerumque Senior, qui vocatur *Prodominus directus*, nomine omnium, quem inter se constituerint, eam receperit. *** Vno vero ex pluribus dominis,

**** BERLICH *Part. II. concl. LIII. n. 42.* HORN *Cap. XVII.* §. *VII.*

***** Prout in Ordin. Prouinciali Anhaltin. *Cap. XVI.*

* *II. F. 40.*

** *II. F. 55. 77. 102.* IVS FEVD. SAXON. *cap. XXIX.* IVS FEVD. ALEMANN. *cap. LVIII.*

*** CARPZOV *Part. II. Const. XLV.* §. *XXIX.* ROSENTHAL *Cap. VI. concl. XXXVIII.* HARTM. PISTORIS *Lib. II. quæst. XLVII.* B. PARENS *cap. X. aph. II.*

minis, in communione viuentibus, moriente, distinguendum est, an ille dominus liberos post se relinquat, aut, nullis liberis relictis, moriatur. Priori casu, petenda omnino est inuestiturae renouatio & fidelitatis iuramentum liberis est praestandum, dum vis iuramenti defuncto praestiti cum ipsius morte expirauerit. Posteriori casu, iuramenti praestatione opus non est, aliqua tamen petitione inuestiturae renouationis vasalli, qua se iam a ceteris dominis partem defuncti domini, ad eos deuolutam, recognoscere ostendat. * Quando tamen ex pacto senior frater vel adgnatus nomine reliquorum, facit inuestituram, *der die Lehnische Hand hat*, atque tunc, non nisi eo defuncto, inuestiturae renouatio erit petenda.** Si plures Territorium ad tempus coniunctim possessum inter se diuidant, quilibet vasallorum apud dominum, cui per diuisionem fuit subiectus, renouatio-

* FRANTZKIVS *Lib. I. resol. XIX. num. 22.* B. PARENS *Cap. X. aphor. II. num. 2.* HORN *Cap. XVII. §. X.*

** IVS SAXON. FEVD. *Cap. XXIX.* ALEMANNICVM *Cap. LVIII. LXV.* EYBEN *Electis Feud. cap. VIII. §. V.* FRANTZKIVS *num. 34.* HORN *cit. loc.*

nem petere tenetur. *** Si dominus absens fuerit, Vicarius ipsius, vel Regimen, cui negotium hoc commisit, illius vices gerit, & ab hoc renouatio erit petenda. **** Quod si duo de dominio directo contendant, ab illo renouatio erit petenda, qui est in possessione. Quod si vero neuter possideat, Curia tamen Feudalis in quauis prouincia est constituta, a quo renouatio petenda. * Mortuo Episcopo, si collatio feudi ad Episcopum & Capitulum simul spectet, renouatio inuestiturae a Capitulo est petenda, si intra annum & diem alius Episcopus non fuerit electus. ** Quod tamen secus est, si feudi collatio soli Episcopo competat, dum Capitulo in eiusmodi feuda nihil iuris competat, ideoque nulla culpa imputari possit vasallo. ***

§. V.

*** CARPZOV *Part. II. Const. XLI. §. XXIX. num. 11.* HORN *cit. loc.*

**** HORN §. *XI.*

* Vide HERM. ZOLLIVM *de dominio directo inter plures controuerso.*

** CARPZOV *Part. II. Const. XLV.* §. *22.* B. PARENS *num. 3.* HORN §. *XI.*

*** LEVRENIVS *de Vicario Episcopi Tr. III. quaest. 488.* id quod BOEHMERVS *de Feudis Ecclesiasticis cap. IV.* §. *II.* vberius declarauit.

§. V.

Præterea dominus mutatur, ſi iſte dominium directum vna cum territorio in alium transferat. Vel ſi domini in communione antea viuentes, poſtea diuiſionem inſtituerint, ita, vt ſingulis dominis certa adſignentur feuda & vaſalli, tunc, quia in locum plurium, vnus dominus dirigens ſuccedit, renouatione inueſtituræ opus eſt, licet iuramentum vt repetatur, neceſſe non ſit, eo quod illud iam ante fuerit præſtitum.*

Dominus mutatur per translationem dominii directi.

§. VI.

Vaſallus mutatur morte, alienatione, refutatione, vel per feloniam. Mortuo vaſallo; hæredes eius ad petendam inueſtituram ac fidelitatem præſtandam, domino tenentur. Inde ſequitur, ſi vaſallus moriatur, atque plures reliquerit ſucceſſores, horumque vnus ſaltim feudum accipiat, ille ſolus quoque petit renouationem inueſtituræ. Quod ſi vero plures feudum in communi poſſideant, ſinguli ad petendam renouationem & iuramentum fidelitatis præſtandum ** tenentur, licet vno præſtante ſer-

Vaſallus qua ratione mutetur.

* FRANTZKIVS *Cap. I. num. 16.* CARPZOV *cit. loc. def. XXVI.* B. PARENS *num. 5.*

** *II. F. 26. Omnes filii eius, qui feudum acquiſierint, fidelitatem facere debent, ma-*

seruitia, reliqui liberentur. *** Quandoque tamen ex pluribus vasallis cum domini consensu, vnus constituitur, qui omnium vices sustineat, & vocari solet *der Lehn-Træger*. Hic omnium nomine petit renouationem, seruitia exhibet, nec inuestitura, nisi eo mortuo, iterum erit renouanda, quamuis omnes fidem domino debeant & reuerentiam.* Idem dicendum de filiis simultanee inuestitorum, qui mortuo patre, etiam ad petendam renouationem sunt obligati, si vel maxime pater iamdum pro se & hæredibus suis fuerit inuestitus. ** Secus est de Expectatiuarii hæredibus, qui ius saltim habent conditionale, qui renouationem

xime si indiuisum habent, quod si feudum ex diuisione ad unum tantum perueniret, ille tantum faciet fidelitatem. DARPAEVS *Praiud. IX.*

*** *II. F. 77.* vbi dicitur, *vnam fidelitatem, vnum seruitium, ab hæredibus pluribus domino fieri debere.* HARTM. PISTORIS *Lib. II. quæst. XLVII. num. 2.* B. PARENS *Cap. X. apb. III. num. 1.* HORN *Cap. XVII. §. XII.*

* ROSENTHAL *Cap. VI. conclus. XXXVI. num. 4.* MYNSINGER *V. Obseru. IX.* B. PARENS *num. 2.*

** BERLICH *Part. II. concl. LIII. n. 4. 42.* HORN *Cap. XVII. §. VII.* Contrarium sentit ZOBELIVS *p. III. diff. XIX.* sed redit ad con-

tionem non petunt, licet pater abusiue fuerit inuestitus. ***

§. VII.

Quod si vero vnus ex fratribus vel adgnatis simul feudum possidentibus, fuerit demortuus, quaeritur, an opus sit inuestiturae renouatione. Distinguendum est, an iste liberos reliquerit vel non. Priori casu liberi omnino inuestiturae renouationem petere tenentur, & iuramentum praestare. Posteriori vero casu, si feudum reliqui pro indiuiso possideant, renouatione opus non est, * cum superstites de eodem iamdum inuestiti, sin vero feudum inter ipsos iamdum fuerit diuisum, ideoque feudi pars in defunctum translata, renouatione omnino opus erit, quia tunc *Quod si vnus ex fratribus defunctus, an renouatione sit opus.*

Hh 5 vasalli

suetudinem, dum in terris Anhaltinis simultanee inuestitorum liberi non teneantur.

*** Sic enim Constitutio Electoralis *Part. II. cap. XLV. Daß dem Gedinge nicht ehe Folge geschehen soll, denn wenn sich der Fall zugetragen, und der, welchem es verschrieben, den würcklichen Besitz des Leben-Guths erlanget*; & ib. CARPZOV *d. 10.* ORD. POLIT. MAGDEB. *cap. VIII. num. 5.* Adde SCHILTERVM *ad cap. LXVIII.*

* Confirmatur illud praeiudicio, *Obs. Feud. ad cap. X. §. II.*

vasalli persona fuit mutata. * Vniuersitatibus & Collegiis vero vel certum tempus præfinitur, vt plurimum decennium, quo præterlapso, inuestituræ renouationem petere tenentur, vel ab ipsis provasallus constituitur, qui vasalli vices sustinet, nomine communi inuestitur, vt non nisi ipso defuncto, renouatio sit necessaria. Et si plures constituti fuerint provasalli, renouatio inuestituræ repetenda haut est, nisi istis omnibus exstinctis. **

§. VIII.

Vasallus mutatur alienatione

Deinde vasallus mutatur alienatione. Quod

* IVS FEVDALE SAXONICVM *Cap. XXXII.* SCHRADER *Part. VI. cap. I. num. 18.* KNICHEN *de Vestit. Pact. Part. I. cap. I. num. 37.* BERLICH *Part. II. concl. LIII. num. 36.* B. PARENS *num. 2.* HORN §. *XIII.* ORDIN. IVDICII AVLICI *tit. III. So offt auch ein Lehn in viel vertheilet, und ingesammt gesuchet, und darnach dergestalt die Belehnung erfolget, soll iederzeit der Gewalt von allen verfertiget, und worauf einer von den Belehnten so in den Lehn-Brieffen vermeldet verstirbet, soll die Belehnung wieder gesuchet und verneuret werden.* ITTER *Cap. XI.* §. *I.*

** SCHRADER *Part. VI. cap. I. num. 5.* ROSENTHAL *Cap. VI. concl. XXXII. num. 11.* B. PARENS *num. 4.*

Quod si vero feudum in extraneum plane transferatur, noua opus est inuestitura, secus si transferatur in adgnatum a primo adquirente descendentem, qui opus saltim habet renouatione, dum inuestitura iamdum fuerit comprehensus. * Filii vero, si post patris mortem de feudis primum coniunctim fuerint inuestiti, postea vero feuda inter se diuiserint, inuestiturae renouationem petere tenentur, cum mutatio vasalli fuerit facta, licet iuramentum, quod ipsi in communi inuestitura praestiterunt, non sit repetendum, nisi Curiae feudalis consuetudo aliud postulet. **

§. IX.

Simultanee etiam inuestiti, Iure Saxonico ad petendam inuestiturae renouationem sunt obligati, si feuda inter se diuiserint, *wenn die Gesambte Hand durch Theilung gebrochen wird.* *** Hoc si Simultanee inuestiti tenentur ad renouationem.

* ROSENTHAL *Cap. VI. concl. XXXII. n. 1.* B. PARENS *num. 4.*

** HARTM. PISTORIS *Part. II. qu. XLVII.* B. PARENS *num. 5.*

*** IVS SAXONICVM FEVDALE *Art. XXXII. Mann mac vil Brudern ein Gut lieben ob sie es mit gesambter Hand und gliche Gewere daran haben. Wollen sie aber sich scheiden mit deme Gute sie teilen ez unter sich ane des Herren*

ſi facere neglexerint, & vnus ex illis fuerit mortuus, huic non ſuccedunt. Eadem opus eſt, ſi vni ex fratribus feudum legitime vendatur. * Hæc vero diſpoſitio illos ſimultanee inueſtitos, qui non inſimul diuiſerunt, non tangit, dum illis factum diuidentium poſſeſſorum obeſſe nequeat. ** Quod ſi etiam vaſallus poſſeſſor feudum legitime alienet, ita, vt ſimultanee inueſtitis ius ſuum ſal-

Urlaub. Swenne aber ſie ſich beteylen ia auch, ein hat Recht an des andern Gute ab der andere ſtirbet em ſi anderweide daz Gedinge daran gelegen. IVS FEVDALE ALEMANNICVM *Cap. LXV.* & ibi SCHILTERVS. CONSTITVT. SAXONICÆ *Part. II. Conſt. XLV. Gleicher Geſtalt, ſo wird die Geſambte Hand und Anwartung durch Theilung der Leben-Güther, vermœge Sæchſiſcher Rechte, gebrochen, und derowegen ſollen die, ſo ſich getheilet, und hiebevor, die geſamte Hand gehabt, alsdenn anderweit Verneurung des Geſambtnüſſes eine gebührliche Friſt erlangen, die ihnen auch unweicherlich gelieben werden ſolle,* ibi CARPZOV *def. 25.* BERLICH *Part. II. concluſ. LIII. num. 50.* B. PARENS *num. 6.* HORN *Cap. XVII. §. VIII.*

* BERLICH *Part. II. concl. LIII. num. 5.* HORN *cit. loc.*

** HARTMANN. PISTORIS *Lib. II. qu. XX. num. 35. 36.* BERLICH *num. 53.* HORN *c. l.*

saluum manere debeat, per hoc simultanea inuestitura non frangitur, nisi ipse consenserit, quo ipso iure suo excidit, nisi illud consentiente domino & nouo possessore, speciatim fuerit reseruatum. *** Quod si etiam simultanea inuestitura omnium bonorum, præsentium & futurorum fuerit concessa, atque vnus ex illis nouum feudum adquisiuerit, reliqui in eodem non succedunt, nisi etiam intra annum & diem a tempore, quo nouum feudum fuit adquisitum, talem renouationem petierint. * Denique vasallo feloniam committente, si feudum ad adgnatos vel simultanee inuestitos perueniat, isti omnino inuestituræ renouationem petere tenentur. **

§. X.

*** *Part. II. Constit. XLV. Wenn denn iemand sein Lehn-Guth, daran ein ander die Gesamte Hand hat, verkaufft, oder verandert, so soll durch solche Alienation die Gesammte Hand nicht gebrochen seyn, es hætte denn der, so sie hat, in solche Verænderung, Krafft eines vorgehenden Pacts, Verschreibung oder Reuers oder sonsten hernach gewilliget, oder wære nach Verordnung der Rechte wieder ihn præscribiret.* CARPZOV *d. 25.* HORN *cit. loc.*

* B. PARENS *num. 7.*

** B. PARENS *num. 8.*

§. X.

Tempus petendæ renouationis.

Petenda eſt autem renouatio intra annum & menſem, *** quod tempus etiam circa feuda Imperii obtinet, * ſiue

*** *II. F. 24. pr. 40. 52. vlt.* dicitur *per annum & diem. I. F. 22.* vero dicitur: *ſancimus, vt nemo miles vltra annum & menſem vadat, vt inueſtituram beneficii ſui a filio vel ſucceſſore domini ſui petat, vel poſt mortem domini ſui, vel patris ſui, vel alterius, cui ſuccedere debet.* CVIACIVS equidem fide Codicis MSpti, ad quem prouocat, lectionem vitioſam eſſe putat, & ſupponit annum & diem, quem ſequuntur DIONYSIVS GOTHOFREDVS & CONRADVS RITTERSHVSIVS. Verum, ER. MAVRITIVS *Poſit. Feud. Dec. XI. poſ. I.* auctor eſt, ſe in optimis Iuris Feudalis editionibus ſemper annum & menſem hoc textu legiſſe. Solent quidem DD. inter militem & alium vaſallum, diſtinguere, illi annum & menſem, huic annum & diem, præfinitum eſſe ſtatuentes. Verum, dum Iure Feudali nulla inter militem & vaſallum ſit differentia, potius diem prioribus textibus ciuiliter eſſe intelligendum, cum B. PARENTE *Aph. VII. num. 2.* puto.

* Obiicitur quidem ORDINAT. REGIMENTI de anno 1521. §. *und behalten uns*; vbi: *nach Verſcheinung des erſten Iahres darinnen einem ieden ſeine Regalien zu empfangen gebühret*, ideoque LIMNAEVS *Lib. IV. cap. VII.*

siue Iure Saxonico intra annum & sex septimanas, * quod tempus lege statutum dominus nec coarctare potest, quibus vsu tres dies adduntur. Currit vero hoc tempus statutum in feudis Ecclesiasticis non a die scientiæ, sed electionis, seu postulationis, ** alias currit tempus a die scientiæ, *** nec ignorantia nocet, nisi sit **** supina, quoad cursum tamen continuum est, nisi iustum interuenerit impedimentum, ***** nec inuito etiam vasallo pro-

num. 3. annum saltim requiri, autumat Verum, & in his annum & diem obseruari, ciuilem scilicet, non naturalem, docet VFENBACH *de Iudicio Aulico Cap. XI. pag. 122.* Adde ITTERVM *Cap. XI. §. 10.*

* IVRE SAXONICO FEVDALI *Cap. XXII.* dicitur: *binnen Iahr und Tag*, quod *Cap. XXV.* explicatur per *binnen sechs Wochen und ein Iahr.*

** INSTR. P. *Art V. §. XXI. II. F. 3. fin. II. F. c. 1. fin.*

*** *II. F. 9. c. 1.* vel. *annali silentio, ex quo sciuerit, computando.*

**** CARPZOV *Part. II. Constit. XLV. def. XX.* HORN *Cap. XVII. §. XIV.*

***** SCHRADER *Part. VI. cap. II. n. 50.* HORN *cit. loc.*

prorogari poterit.****** Quod si vero vasallo prægnantes caussæ subfuerint, cur statuto tempore renouationem petere nequeat, petit a domino Indultum ad certum tempus, *einen Lehns-Indult*, quod non facile denegatur, * etiam in feudis Imperii locum habet, atque Indultum menstruum a Principe quindecim a Comite decem florenis redimitur. Maxime tempore Vicariatus, si tempus inuestituræ durante interregno, præterlabatur, si intra tempus destinatum moriatur vasallus, nouo successori annus denuo erit concedendus. ** Renouationem a Domino petere debet, quod vocatur *die Lehnmuthen, der Lehn gebührende Folge leysten*, & accipit desuper breue attestatum, *einen*

****** IVRE SAXONICO FEVD. *Cap. XXII.* equidem contrarium statuitur, quod tamen contraria consuetudine est abolitum, SCHRADER *Part. VI. cap. II. num. 2.* B. PARENS *n. 2.* Adde SCHILTERVM *Cap. XLV. §. 3. Iuris Alemannici.*

* Vide LVDEWIG *von Lehns-Indulten.* ITTER *Cap. XI. §. VII.* Reperitur *Würtenbergischer gesuchter Indult wegen Bœhmischer Lehn*, apud LÜNIGIVM *Grund-Veste p. II. p. 311.*

** ITTER *Cap. XI. §. VII.*

einen Muth-Zettul. *** Inde a domino terminus renouandæ inuestituræ præfigitur, quæ eodem modo ac noua inuestitura, **** præstito iuramento, procedit. Fidelitatis vero iuramentum, si antea iamdum præstitum, non iterum est repetendum. Hoc vero opus etiam est, si vel maxime quis pro se & hæredibus suis fuerit inuestitus, idemque defuncto domino, successoribus præstandum, licet vasallus domino & successoribus iamdum iurauerit, dum iuramentum sit personale. * Super facta inuestitura vero, breue testatum, *ein Lehn-Schein*, vel instrumentum publicum, *ein Lehn-Brief*, solet confici, eiusdem tenoris, cuius fuerat prima inuesti-

*** WEHNER *Voce Muth-Zettul, Muyten*, equidem Germanis olim mutare, vnde *Muthschierung.* Hic vero idem ac petere, prout *einem etwas anmuthen*, siue *ansinnen.* Terminus etiam in re metallica & apud opifices obtinet.

**** De qua supra *Cap. XI.* Admittit tamen renouatio etiam testes extraneos *II. F. 32.* & quandoque iuramentum antea præstitum repeti non debet, B. PARENS *Cap. X. aphor. V.*

* B. PARENS *cit. loc. num. 2. 3.*

ſtitura, & ſi quid mutatum, ex errore potius factum, niſi per pacta adiecta quidpiam fuerit immutatum. **

§. XI.

Pœna non petitæ renouationis, eſt priuatio feudi.

Quod ſi igitur ſtato tempore renouatio non fuerit petita, ſiue dolo, ſiue culpa lata hoc intermiſerit vaſallus, *** præuia cauſæ cognitione & ſententia condemnatoria, feudo priuatur, ipſe eiusdemque liberi, * & feudum domino aperitur, poſt vaſalli & eius deſcendentium mortem, adgnatis reſtituendum, ** quibus delinquendo præiudicium nullum adferre potuit vaſallus. Idemque etiam in feudis Imperii locum habet. ***

§. XII.

** B. PARENS *aph. VI.* vide ſupra *cap. XI. §. XVI.* Vide etiam HENR. BROKES diſſ. *de fide recentiorum litterarum* & potiſſimum IO. IAC. HELFRICH *de eo, quod iuſtum eſt, circa mutationem prioris inueſtituræ feudalis.*

*** *II. F. 24. pr. & c. 1.* vbi inter cauſſas ingratitudinis refertur. *II. F. 40. 55. §. præterea.* CARPZOV *Part. III. Conſt. XXVII. §. XII.* ROSENTHAL *Cap. X. concl. XLI. n. 5.* B. PARENS *Cap. X. aph. VIII.*

* *II. F. 31.* CARPZOV *Part. III. Conſtit. XXVII. def. 10. 11.*

** *II. F. 24. 37. 40. c. fin. 55.* HORN *Cap. XVII. §. XVII.*

*** GESTA BALDVINI *Lib. II. cap. III.* de

§. XII.

Sunt tamen quædam cauſſæ, quibus vaſallus excuſatur, **** vtpote a patre domini, eius abſentia longinquior, ***** niſi procuratorem reliquerit, quare hodie non amplius excuſat, dum quilibet dominus ſuam curiam habeat feudalem. Porro excuſant inimicitiæ capitales cum vaſallo, a domino prouenientes, * Infamia Domini magna, ſi excommunicatus fuerit & bannitus, ** in-

Cauſſæ a patre domini, ob quam vaſallus excuſatur.

Ii 2

Henrico VII. *Colonia ſecunda vice remeauit, & ibidem omnia ſua feuda requirere volentes ſpectauit, præſidens iudicio ſententias contra rebelles ſua feuda non requirentes, ſeruato iuris ordine promulgauit.* Diuerſa exempla vide apud ITTERVM *Cap. XI.* §. *V.* & apud PFEFFINGERVM *Iure Publico lib. II. Tit. I.* §. *XII. p. 934. 935.* Hinc Vrbani IV. epiſtola ad RICHARDVM apud LEIBNITIVM *Cod. Iur. Gent. prodr. n. XIV.* §. *4. ita, quod ſi de vaſallis Imperii ei homagia non præſtiterint conſueta, & non reddiderint Ciuitates, caſtra & alia ſupradicta, illi, quæ ab Imperio tenent in eodem, ſint eo ipſo priuandi.*

**** *I. F. 22. niſi iuſta cauſſa interuenerit, quare non petierit.*

***** *I. F. 22. c. 1.* ROSENTHAL *Cap. VI. concl. I.* SCHILTER *ad cap. L.* §. *1.*

* *I. F. 21.*

** *arg. II. F. 28. pr.* SYLVANVS *de re-*

infantia eiusdem, ſi tutorem non habuerit, *** vel furioſus fuerit. Licet etiam a domino minore renouatio ſit petenda, ſi curatorem non habuerit.**** Excuſat etiam mors domini intra tempus præfinitum, ***** porro, ſi duo de dominio directo inter ſe contendant, & neuter poſſideat. ****** Denique vaſallus excuſatur, ſi hæres domini hæreditatem, ad quam dominium directum ſpectat, nondum adierit. ******* Hinc etiam poſt mortem Imperatoris renouatio Inueſtituræ de feudis regalibus fieri nequit, niſi a nouiter electo.*

Cauſſæ a patre vaſalli.

§. XIII.

Deinde, a parte vaſalli excuſat iuſta ſiue neceſſaria ** abſentia, ætas pupillaris.

cogn. Feud. quæſt. LXIX. XCIX. CIV. ROSENTHAL *Cap. VI. concl. LI.*

*** *I. F. 21.*

**** *II. F. 3. pr.*

***** ROSENTHAL *Cap. VI. concluſ. XI. num .2.*

****** ROSENTHAL *loc. cit. concl. LII.*

******* ROSENTHAL *Concl. XLVIII. n. 8.* SCHRADER *Part. VI. cap. II. num. 24.* B. PARENS *Cap. X. aph. IX.*

* SYNTAGMA IVRIS PVBLICI *Cap. XIII. §. XXXVII.*

** *I. F. 22. c. ſancimus.* ROSENTHAL *Cap. VI. concl. L.*

ris. *** Et licet tutor pupilli nomine, renouationem petat, iuramentum tamen in pubertatis annos differtur. **** Minor quidem ad petendam inuestituram est obligatus, ***** sed si hoc neglexerit, nisi summa adfuerit contumacia, in integrum restitui poterit. ****** Porro excusat mors vasalli, intra tempus præfinitum contingens, † ignorantia iusta & inuincibilis, †† si nesciat sibi delatum esse feudum, vel dominum esse mortuum, vel rem ipsi delatam esse feudalem, dum vasallo tempus currere incipiat a tempore scientiæ. * Præsumitur autem potius vasallus ignorasse, ita, vt domino contrarium adserenti proba-

*** *I. F. 22. II. F. 55. c. Praeterea.* CARPZOV *Part. II. const. XLV. §. XIX.*

**** Vide supra *Cap. VII. §. V.*

***** *II. F. 55. c. Praeterea.*

****** BERLICH *Part. II. conclus. LIII. num. 35.* B. PARENS *Cap. X. aphor. XI. num. 2.*

† *I. F. 22.* ROSENTHAL *Conclus. XLV. num. 1.* B. PARENS *num. 3.*

†† *II. F. 92.*

* SYLVANVS *de recognitione feudi, quaest. LXIV. LXVI.* ROSENTHAL *Cap. VI. concl. XLVII.* GAIL *Lib. II. obseru. X. XLVIII.* CARPZOV *Part. II. Const. XLV. §. XX.*

tio incumbat, * quandoque tamen, si præsumtiones contra vasallum militent, iuramento, vt se purget, opus est. ** Denique alia quoque impedimenta excusant, vtpote belli, inimicitiarum, pestis, quæ obstant, quo minus vasallus dominum adire possit, sunt impedimento. *** Huiusmodi etiam impedimenta non solum locum habent, dum ab initio tale reperitur, sed etiam si ipso temporis cursu tale obuenit. * Adlegans tamen vasallus impedimentum legitimum, debet probare.**

§. XIV.

* SCHRADER *Part. VI. cap. II. §. VII.* PFEIL *Conf. LXV.* BERLICH *Part. II. conclus. LIII. num. 37. seqq.*

** B. PARENS *num. 4.*

*** *I. F. 22. nisi iusta caussa interuenerit, quare non petierit. II. F. 52. c. vlt. dolus enim abesse videtur, si iusta caussa impediente steterit.* SYLVANVS *qu. XLIV. LXII.* ROSENTHAL *Cap. VI. conclus. LVI.* CARPZOV *Part. II. Const. XLV. num. 18.* Adde IO. FRIEDLIEB VOCKELII diss. *de Omissione renouationis inuestituræ feudalis non dolose facta, hodie, præcipue in Saxonia, ad amissionem feudi non sufficiente, Lipsiæ 1728.*

* MYNSINGER *Lib. IV. obseru. VI. num. 9.* B. PARENS *Cap. X. aph. XI. num. 2.*

** ROSENTHAL *Cap. VI. concl. LV.*

§. XIV.

Non tamen excuſat, ſi feuda ruſtica & exigua fuerint, dum idem rigor feudalis poſſit obſeruari. Licet in Saxonia aliisque locis, vaſallus ob non petitam inueſtituram feudo non priuari, ſed arbitrarie ſoleat puniri. *** Immo, rigor Iuris Feudalis haut facile obſeruatur, ſed potius domini condonare per emendam culpam ſolent. Ex æquitate etiam vaſallum moram purgare poſſe, tradunt Interpretes, modo id fiat, antequam a domino vocetur in iudicium. **** Remittit autem dominus culpam, ſiue tacite ſiue expreſſe, ſi dominus etiam poſt neglectam renouationem, vaſallum inueſtiuerit, vel vt vaſallum tractauerit, niſi commiſſum eſſe feudum ignorauerit, vel in errore fuerit, vel etiam inueſtiendo proteſtatus fuerit, ſe hoc ipſo culpam non remittere. * Ad tacitam quoque

Rigor Iuris Feudalis obſeruari non ſolet.

Ii 4

*** ROSENTHAL *Cap. VI. concl. XXXII. num. 3. Cap. XVII. §. XVIII.*

**** MATTH. de AFFLICTIS *Cap. I.* HARTM. PISTORIS *Lib. II. qu. XVIII. n. 8.* B. PARENS *num. 6.* HORN *Cap. XVII. §. XVIII.* Adde Reſponſum in FABRI *Staats-Canzelley Tom. II. pag. 387.*

* ROSENTHAL *Cap. VII. concl. XI.* CARPZOV *Part. III. Conſt. XXVI. def. vlt. Lib. VI. Re-*

habent. * Hoc in casu etiam olim, si Imperator vasallo Imperii inuestituram petenti, eam denegauerit, Comitis Palatini iudicium locum habebat.**

§. XVI.

Circa renouationem inuestituræ certis casibus LAVDEMIVM de feudis præstandum, prout vsu est introductum, quod consistit in certa pecuniæ summa, domino pro inuestitura, quibusdam casibus a vasallo soluenda. Nomen hoc habet a *laude* & *laudare*, quod media ætate consensum denotat. *** Dicitur alias Laudemium quid sit?

Ii 5

* HARTM. PISTORIS *Part. II. quæst. XX. num. 34.* SCHVRFF *Conf. CXLVIII.* CARPZOV *Part. II. Constit. XLV.* §. *XXIII.* B. PARENS *Aph. XI.* HORN §. *XX.*

** SYNTAGMA IVRIS PVBLICI *Cap. XXIV.* §. *III.*

*** LOCCENIVS *explicat. voc. Feud.* dicit esse vocem Longobardicam, a leudibus, siue subiectis sic dictam. Alias a laude dicitur, quia dominus vasallum quasi laudet, adprobet. B. PARENS *Cap. X. aphor. XII.* quod omnino recte se habet, dum laus media ætate consensum, adprobationem notet. DITMARVS *Lib. VII. Prædictam ciuitatem fratris suimet filio ea ratione dedit, ne cum laude sua, quia heres suimet fuit, liceret sibi tribus filiabus prædium omne quod remansit, tradere.* Idem *Lib. II.*

alias *donum inuestiturae*, * & *Releuium*, licet hoc certam pecuniae summam notet, quam filii pro successione in feudum soluere tenentur, ** Germ. dicitur *Lehnwahr*, *Lehngeld*.

§. XVII.

pag. 333. His tamen id collaudantibus, id est adprobantibus. Idem *Lib. II.* exeunte de Ottone II. *iterum collaudatur a cunctis in dominum & regem.* Charta de anno 1174. apud du FRESNE *voce Laus. Hanc vero permutationem Comes Willelmus dicebat non valere, quia facta erat sine sua laude & voluntate.* Henrici D. de Fürstenberg diploma de a. 1319. apud LVDEWIG Reliqu. Tom. VI. p. I. *singulorum fidelium & Consiliariorum nostrorum consilio accedente & laude.* Charta Heriberti Comitis Viromond. anno 1047. *Illam terram laude mea & laude D. Henrici Francorum Regis dedit idem Herrenbaldus.* Alia charta: *Comes concessit eis, & laudauit terras & feuda eorum ad suam fidelitatem & seruitium.* Ibi laudare pro concedere Inde etiam *laudes* saepius dicitur pro *laudemio I. F. 19.* occurrit *laudamentum* pro iudicio. Hinc laudare pro iudicare *I. F. 22. c. Sancimus I. F. 28. II. F. 20.* RADEVICVS *Lib. II. cap. XI. accepta de hoc probabili petitione fideli laudamento.*

* *II. F. 27.*

** Charta libertatum Henrici III. Angliae

§. XVII.

Originem Laudemium ex Iure Iustinianeo habet, quo quinquagesima pars pretii domino, alienata re emphyteutica, soluenda, * quod vsu postea ad bona feudalia, potissimum plebeia, fuit extensum. ** Hæc tamen consuetudo stricte

Laudemium ex iure Ciuili traxit originem.

Regis Cap. III. *Si quis Comitum, vel Baronum nostrorum, siue aliorum tenentium de vobis in capite per seruitium militare, mortuus fuerit, & cum decesserit hæres eius plenæ ætatis fuerit & Releuium nobis debeat, habeat hæreditatem suam per antiquum Releuium, scilicet hæres vel hæredes Comitis, de Comitatu integro, per centum libras, hæres vel hæredes Baronis de Baronia integra, per centum marcas, hæres vel hæredes militis, de feudo militis integro, per centum solidos ad plus. Et qui minus habuerit, minus det, secundum antiquam consuetudinem feudorum.* In conuentione inter Iohannem Moresti Comitem, & Philippum Augustum, Galliæ Regem, apud LEIBNITIVM *Codice Iuris Gentium, pag. 5. Ego vero faciam pacem cum Comite S. Egidii, ad Laudem & Consilium Regis Franciæ.* Vide SPELMANNVM voce *Releuium.* Adde SCHILTERVM *de bonis Laudemialibus, §. LII.*

* *l. fin. C. de Iure Emphyteut.*

** KNICHEN *Part. II. cap. IV. num. 144.* FRANZKIVS *de Laudemiis Cap. IV. num. 8.*

ſtricte eſt accipienda, adeoque, quamuis de quibusdam feudis laudemium præſtetur, attamen ad alia feuda eiusdem Curiæ inde nequit inferri, * & quidem cum dominus in locum alterius nouum recipit atque inueſtit vaſallum, quod fit, ſi feudum per contractum emti, ventiti, permutationem, donationem, teſtamentum, extraneo relinquatur. **

§. XVIII.

Laudemium quando ſit præſtandum.

Laudemium tamen non debetur mutato domino, dum nouus tunc non recipiatur vaſallus, ſed nouus dominus inueſtiat priſtinum vaſallum, ideoque renouare ſaltim debet inueſtituram absque Laudemii præſtatione; *** niſi ſpeciali conſuetudine etiam hoc fuerit introductum. * Deinde, nec laudemium debetur

* FRANTZKIVS *c. l.* ROSENTHAL *Cap. VI. concl. LXVI.*

** FRANTZKIVS *Cap. IV. n. 14. Cap. V.* COLER *Dec. XXXIII. num. 35. 37.* B. PARENS *Cap. X. aph. XIII.*

*** COLER *cit. loc.* HARTM. PISTORIS *Lib. I. qu. LIX. n. 50.* FRANTZKIVS *Cap. IV. num. 22.*

* FRANTZKIVS *Cap. II. num. 28.* ROSENTHAL *Cap. VI. concl. LXVI. num. 9.* B. PARENS *Aphor. XIV.*

betur in ſucceſſione ab inteſtato, dum filii & adgnati iamdum in prioribus inueſtituris fuerint comprehenſi, niſi conſuetudo aliud doceat, ** quod vocatur *Erb-Lehn.* Similiter nec illi, qui de feudo pro indiuiſo fuerint inueſtiti, poſtea illud diuidant, ad Laudemium præſtandum ſunt obligati, dum ratione eiusdem feudi maneant vaſalli, nec noui recipiantur. Huiusmodi tamen caſibus pro confectione litterarum Inueſtituræ *vor den Lehn-Brief*, & *der Schreib-Schilling* ſolui ſolent.***

§. XIX.

Quantitas Laudemii ſecundum cuiuslibet loci conſuetudines variat. In bonis emphyteuticis, plerisque in locis eſſe ſolet vigeſima pars pretii, vt in ſingulos centenos quinque ſoluantur floreni, quibusdam tamen locis decem ſunt præſtandi. **** Ratione feudorum nobilium plerumque honorarium quoddam, vulgo *die Lehn Tax*, alias laudemium minus, *die kleine Lehnwahr*, prout Quantitas Laudemii.

** B. PARENS *Cap. X. aph. XV.*

*** CARPZOV *Lib. I. Reſponſ. LXXXVIII. num. 12.* RICHTER *Dec. LXXXIII. n. 131.*

**** COLER *Dec. XXXIII. n. 3.* CARPZOV *Lib. I. Reſp. XC. n. 2. Part. II. Conſt. XXXIX. def. XII.* FRANTZKIVS *Cap. XXIII. num. 14.*

prout vel inueſtituræ tabulis inſertum, vel receptum eſt, præſtari ſolet. * Quantitas vero laudemii a petente eſt probanda, ** quod fieri ſolet, per libros cenſuales, *durch die Erb-Regiſter.*

§. XX.

Quale laudemium in feudis Imperii. In feudis Imperii tenentur vaſalli ad certum cenſum ſoluendum, *den Lehn-Brief aus der Reichs-Hof-Canzelley zu læſen, und die Lehn Tax zu erlegen.* *** Immunes ab hac Taxa ſunt Electores,* & Auſtriæ Archi-Duces. ** Solent tamen

* KNICHEN *de Veſt. Pact. Part. II. c. IV. num. 127.* B. PARENS *Aphor. XII. num. 7. aphor. XVI.* Quantitas Laudemii in terris Brunſuicenſibus videri poteſt apud LEYSERUM *Cap. IV. ſect. IV. num. 25.*

** B. PARENS *num. 10.* Vide AUGUSTINI LEYSERI *Diſſ. de probatione laudemii per libros Cenſuales & litteras inueſtituræ. Helmſtadii 1728.* Adde ABR. KAESTNERI diſſ. *de laudemio de caſu ad caſum non extendendo*, GOTTLIEB STURM diſſ. *præcipua laudemii capita ſiſtens, &* IO. FRID. CHRIST *de Sportula clientelari*, *ubi docet, qua ratione Lehn-Geld, Lehn-Tax & Schreibe-Schilling* inuicem diſcrepent.

*** abuſiue hoc vocari ſolet laudemium, notante RHETIO *ad I. F. 22.* ITTER *Cap. XI. §. X.* CAPIT. CAROLINA *Art. XI.*

* AUR. B. *Cap. XXIX. §. I.*

** ITTER *Cap. XI. §. XI.*

men iſti minoribus miniſtris Aulæ Imperatoriæ certum quid ſoluere. Principes autem Magiſtro Curiæ exſoluunt 63. Marcas argenti cum quadrante, qui hanc ſummam inter Imperii ſubofficiales atque Aulæ Imperialis officiales ex præſcripto diſtribuit, * id quod hodie ad mille octuaginta vnum florenos ſolet referri. ** Electi autem vel Poſtulati Adminiſtratores Epiſcopatuum A. C. addicti, vltra Taxæ ordinariæ ſummam, dimidium inſuper eiusdem pro infeudatione

* AVR. B. *Cap. XXIX. §. II.*

** Diſtributio talis eſt:

Herrn Obriſten Hofmeiſter -	120	*Gülden,*
Herrn Reichs-Vice-Canzler -	120	- -
Herrn Erb-Cæmmern -	120	- -
Herrn Erb-Marſchallen -	120	- -
vor das Pferd -	120	- -
Herrn Erb-Truchſeſſen -	120	- -
Herrn Erb Mund-Schencken -	120	- -
Herrn Erb-Schatzmeiſter -	120	- -
Den Herren Reichs Secretarien	48	- -
Reichs-Taxatorn	23	- -
Reichs-Regiſtratorn	20	- -
Denen Reichs-Cantzelliſten	30	- -
	1081	*Gulden.*

Vide CASS. THVCELII *Electa Iuris Publ. Tom. I. pag. 234.*

datione soluere tenentur. *** Hæc Taxa ordinaria de feudis Imperii saltim est soluenda, licet etiam de feudis diuersis fiat Inuestitura. * Certum tamen Laudemium, vulgo *die Anfalls-Gelder*, a Iudicio Aulico petuntur in eo casu, quando successio feudi collaterali defertur, ad idemque Serenissimi Successores in Ducatu Altenburgensi fuerunt obligati. ** Licet, dum Principes in Monitis suis ad Capitulationem desuper fuerint conquesti, *** idem per Capitulationem Carolinam **** fuerit abolitum. Nihilominus in successione Coburgensi, Megapolitana, Vinariensi, Bremensi, Stettinensi fuit præstitum, in Parmensi successione petitum.

§. XXI.

*** INSTRVM. PACIS *Art. V. §. XXI.*

* CAPIT. CAROL. *Art. XVII.*

** SCHILTER *ad Ius Feud. Alemannicum Cap. LV. pag. 296.*

*** Sic enim in Monitis ad Capitulationem futuram anno 1658. ad *Art. XIV. die Lehn-Canzelley und andere Taxen nicht erhöhen, noch die Chur-Fürsten, Fürsten und Stände mit denen Anfalls Geldern damit sie allbereit coinnuestiret gewesen, oder sonsten mit ohngebührlicher und neuerlicher Anforderung beschweren.*

**** *Art. XVII.*

§. XXI.

Ad petendum laudemium, domino datur actio personalis ex contractu feudali. Tributur etiam domino ratione exactionis laudemii hypotheca tacita, ita vt possessor debita a prædecessoribus laudemia soluere teneatur. Datur ideo domino, ratione Laudemii, priuilegium prælationis.* Quænam domino ratione laudemii dentur actiones

CAPVT XVI.

DE IVRE DOMINI DIRIGENTIS IN FEVDO.

§. I.

IUs Domini in feudo vocatur Proprietas, vel potius dominium dirigens, *die ordeliche Eigenschafft und Herrschafft*, ** vulgo *die Lehns-Herrschafft*, alias dominium superius, principale, *Grund und Ober-Eigenthum*, *Grund-Gerechtigkeit*, *Haupt-* Dominium dirigens etiam in alieno Territorio.

* FRANTZKIVS *Cap. XVI. num. 1128.* B. PARENS *Aphor. XVII.*

** SCHILTER *ad Cap. XIX. §. IX.* hoc docet, dum *ordel* siue *vrtel* notet iudicium, potestatem in caussis feudalibus, domino directo & eius curiæ competentem.

Haupt-Gerechtigkeit. *** Hoc vel cum Territorio eſt coniunctum, prout plerumque, vel ſine eodem, & vocatur dominium directum in alieno Territorio, * *auswærtig Lehn*, non tamen feudum extra curtem. ** Illud oritur, ſi feuda in Territorio conferentis ſunt ſita, atque ex Territorio collata, quod vaſallum æque ad ſubiectionem obligat. Hoc vero, ſi feuda vel per oblationem, vel ex conceſſione & pacto ſpeciali ex alieno Territorio dominio dirigenti ſunt ſubiecta, quo vaſallus ad ſolum vaſallagium, non vero ſubiectionem obli-

*** EYBEN *El. Feud. cap. XI.* §. *VI.*

* Plura ſunt exempla Regis Bohemiæ, Boruſſiæ, El. Palatini & Marchionum Brandenburgenſium, qui vaſallos habent in Auſtria, Palatinatu Superiori & terris Reipublicæ Nurembergenſis, Moguntini in Thuringia. Vid. GOTTLIEB FRID. HOEFFLICH *in diſſert. de domino directo in alieno Territorio* me præſide ventilata, idemque alia diſſertatio, de eadem materia, ſub præſidio GRIBNERIANO. GOEBEL *de Feudis extra curtem Part. II.* §. *II. VII.* ENGELBRECHT *de ſeruit. Iuris Publici ſect. II. num. 1.* §. *2.* STRYK *de Iure, quod Principi extra Territ. competit*, & *de feudis Suidnic. & Iaurau. Cap. I.* §. *XII.*

** *Cap. IV.* §. *XVII.*

obligatur. *** Ad omnia igitur, ad quæ vaſallus domino ex iure feudali tenetur, eſt obligatus, & dominum in cauſſis feudalibus iudicem adgnoſcit, * dum ſubditus ad omnia ſit obligatus, quæ ad ſtatum Ciuitatis faciunt, ratione legum, tributorum, Magiſtratuum, Iuris Belli, ſequelæ ** &c. Rariſſima ſunt exempla, quod vnum feudum duos directos dominos in ſolidum adgnoſcat. ***

§. II.

Exiſto dominio dirigente igitur, ſiue feudum in, ſiue extra territorium ſit ſitum, oritur ius Domini in feudum & perſonam vaſalli; competit ipſi ratione dominii — Ius domini in feudum.

Kk 2

*** Ideoque tales vaſalli vocantur ſaltim *Getrewe*, reliqui *Gehorſame*, HOEFFLICH §. *VII.*

* HOEFLICH §. *XI. ſeqq. abunde.*

** MAVLIVS *de Homagio Cap. I.* SCHILTER *de Landſaſſiis Cap. VIII.* HORN *Cap. XIII.* §. *III.*

*** Exemplum adducit de feudo in pago Bünſtet, de quo Schenckii de Schweinsberg ab Hanouienſibus atque Solmenſibus inueſtiuntur, prout celeb. ESTOR *kleinen Schriften P. V. p. 74.* litteras inueſtituræ exhibuit.

dominii dirigentis possessio ciuilis,* ideoque non nisi ipsius cum consensu feudum poterit alienari. Inde vasallus ad petendam renouationem est obligatus, ** iudicio domini in caussis feudalibus est subiectus, ideoque oritur feudo vel finito vel amisso, dominii directi cum vtili consolidatio.*** Ex hoc dominii dirigentis iure Dominus etiam, si vasallus nolit, feudum non solum contra tertium, sed etiam contra ipsum vasallum poterit vindicare, vtpote, si ad certum saltim tempus fuerit concessum, sine ipsius consensu alienatum, vel ob culpam amissum, atque vasallus adhuc possideat.

§. III.

Vasallus domino obligatur ad fidem.

Hinc domino competitius in personam vasalli, qui ipsi ad fidem specialem est obligatus.* Neque tamen vasallus, nisi in Territorio feudum sit situm, obligatus est ad fidelitatem & sub-

* B. PARENS *Aph. XI.* §. *I.*

** Vide *Cap. superiori.*

*** *Cap. X.* §. *I.* Vide HENR. BODINI diss. *de Iure Domini in praedio seruiente.*

* *II. F. 3. c. nulla. 6. 7. Supra Cap. II.* §. *3.* HORN *Cap. XVIII.* §. *I. II.* Adde SAM. FRID. WILLENBERG *Vasallum Epichareticum den Lehnmann als einen Schadenfroh.*

ſubiectionem omnimodam, ſed talem, quæ ex cauſſis feudum concernentibus oritur, *was zur Lehns-Pflicht gehœrig.* ** ideoque diſtincta ſunt, vaſallum eſſe, & ſubditum. *** Licet prima ætate, dum Principes ſaltim ex ſuo Territorio feuda concederent, omnes vaſalli ſimul eſſent ſubditi, * quod poſtea, dum per oblationem, vel ex pacto & conuentione feuda in alieno territorio orirentur, omnino fuit immutatum. Neque tamen

** Fides ſubiectionis, officialis & feudalis obiecto differunt, dum illa interueniente perſona, iſta interueniente ſalario, hoc vero interueniente prædio feudali debeatur. Vide EYBEN *El. Feud. cap. XI. §. IX.*

*** Quare etiam vaſalli & ſubditi diſtinguntur in INSTR. PACIS *Art. V. §. 42.* Idem fit in Edictis publicis: *entbieten allen Vaſallen, Vntерthanen &c.* Differentiæ rationes expoſuerunt FRID. GERDESIVS *de Mandatis auocatoriis cap. VIII. §. VI.* KNIPSCHILD *de Nobilitate cap. IX.* HERTIVS *de Subiect. Territ. §. XI.* IO. KAVFMANN *Dominus & ſubditus Part. II. tit. I. num. 36. 37.* Adde illuſtrem BERGERVM in diſſertat. *de Nexu iuriſiurandi, quo fidelitas & ſubiectio continentur.*

* SCHILTER ad *Ius Feud. Alemann. cap. IV. §. 9. pag. 67.* qui etiam §. *ſeqq.* dicit, quod Status Imperii æque ſint ſubditi.

men ex formula *treu, geborſam, gewærtig ſeyn*, ſtatim ſubiectio notatur, dum iſta etiam quandoque in feudis extra territorium ſitis ſit vſitata, * dum ibi ſaltim pro obiecto notet obſequium in cauſſis feudalibus.

§ IV.

Reuerentiam domino exhibere tenetur.

Ex hiſce fluit, quod reuerentiam domino exhibere teneatur, ** ideoque criminis alicuius dominum accuſare nequit vaſallus, *** nec actione aut exceptione famoſa contra ipſum experiri, nec interdicto vnde vi dominum poterit conuenire. Loco tamen eiusmodi actionum famoſarum, actione in factum vti poterit. Excipiunt DD. crimen perduellionis & læſæ Maieſtatis, de quibus dominum a vaſallo recte volunt accuſari. * Nec teſtimonium contra dominum dicere poterit, ſiue in cauſſa ciuili, ſiue criminali, ** niſi a iudice

* Prout in formulis inueſtiturarum vaſallorum Brandenburg. HEIDERI *Lindauiſche Ausführung p. 540.* Dnus HOEFFLICH *pap.14.*

** *II. F. 6. 7. 23.* verſ. *Quomodo.*

*** *II. F. 24.* verſ. *item ſi delatio II. F. 33. c. ſimiliter.*

* B. PARENS *Cap. XI. aphor. III. num. 1.* HORN *Cap. XVIII. §. IV.*

** *II. F. 33. c. ſimiliter.* ROSENTHAL

iudice hoc imponatur, vel ad demonstrandam ipsius innocentiam, vel pro Domino hoc fiat. *** Nec iuramentum calumniæ a domino poterit exigere. **** Potius ipsi incumbit domino *incolume*, *tutum*, *honestum*, *vtile*, *facile*, *possibile præstare*, siue quidquid ad honorem domini, vitæ, corporis & bonorum incolumitatem & securitatem, vel eius vtilitatem facit, præstare. *****

§. V.

Sigillatim vasallus feudum possidens ad seruitia domino præstanda est obligatus, quæ vt distinguantur ab aliis, feudalia solent vocari, nisi feudum francum fuerit. Quod si tamen tale redierit ad dominum, & dominus illud alteri concedat, non statim seruitia remissa censentur, cum sint de natura feudorum,* nisi ipsi dominus feudum iterum tan-

Obligatus est ad seruitia.

Cap. X. concl. XXIII. num. 25. B. PARENS *n. 3.* HORN *Cap. XVIII. §. IV.*

*** Vide de hoc prolixe differentem IAC. FRID. LVDOVICI *de testimonio vasalli in caussa domini.*

**** *II. F. 33. c. in quibus.* B. PARENS *num. 5.*

***** *II. F. 6.*

* ROSENTHAL *Cap. VIII. conclus. VIII. num. 8. seqq.* B. PARENS *Cap. XI. aph. IV.*

tanquam francum concedat, dum dominus de re ipsi consolidata pro arbitrio possit agere. ** Seruitia ista varia sunt. *Militaria* armis & equis præstantur, *** & vocari solent *Ritter-Dienste*. Hæc vero dominus exigit, quoties illorum opus habet, **** & quidem quando in periculo est constitutus, ***** adeoque non solum quando bellum geritur, sed etiam pacis tempore sunt præstanda.* Hæc vero seruitia secundum Ius Feudale ipse vasallus in persona præstare tenetur, ** nisi dominus dispen-

** HORN *Obseru. feud. cap. VII.* qui illud præiudicio confirmat.

*** *II. F. 12. 27.* IVS SAXONICVM FEVDALE *Cap. II.*

**** *I. F. 5. II. F. 7. 28.*

***** *II. F. 26. c. Licet vasallus. II. F. 28. c. ad hoc.*

* ANDREAS KOHL *de seruitiis Part. IV. num. 34.* Adde MARCVM RHODIVM *de seruitiis feudalibus vasallorum Pomeraniæ orientalis.*

** *II. F. 23. c. fin. II. F. 26. c. si quis. II. F. 36. 55.* IVS FEVD. SAXON. *Cap. XLVI.* ALEMANNICVM *Cap. LXXXVII. sol er in eigener Person ziehen.* Vid. KOHL *Part. I. num. 159. seqq.* Licet dissentiat ROSENTHAL *Cap. VIII. concl. XXIII.*

dispenset,*** vel iustum adsit impedimentum, si nimirum eius ætatis sit vasallus, vt nequeat ipse seruitia obire ob ætatem vel nimis teneram,* vel nimis prouectam. Deinde excusat infirmitas, aliaque inhabilitas, vtpote apud fœminas, clericos, imperfectos,** vel etiam, si vasalli dignitas aut conditio

Kk 5 non

*** Hoc fit, vel tacite, vtpote si fœminam, Clericum, imperfectum inuestiat, vel expresse, singulari pacto, prout patet ex conuentione inter Iohannem, Comitem Moresti & Philippum Augustum, Galliæ Regem, apud LEIBNITIVM *Cod. Iur. Gent. pag. 5. ita quod ego terram, quam haberem pro pace a Rege Angliæ ita eam tenerem ab eo, quod pro nulla caussa venirem ad submonitionem eius, sed semper per Aduocatum, aut per Nuntium absens agerem aut responderem, & ratum ibi facerem per Aduocatum, aut per Nuncium meum, aut ad acquirendum, aut perdendum, tanquam si ibi præsens essem, nec compellerer ire in exercitum vel equitationem, sed mittere tot milites, quod ordinatum fuerit in pace, quando pax fiet.*

* *II. F. 26. e si minori & c. si quis decesserit.* KOHL *Part. I. num. 137. seqq.* B. PARENS *Cap. XI. aph. VI. num. 2.*

** *II. F. 36.* IVS FEVD. SAXONIC. *Cap. XXXIV.* ALEMANNICVM *Cap. XLVII.*

non permittat, vt ipſe ſeruitium exhibeat. *** Hisce caſibus ſingulis vaſallus per ſubſtitutum ſeruitium præſtare poteſt, hoſtenditias ſoluere. ****

§. VI.

Ritterdienſte qua ratione hodie fiant.

Ad ſeruitia tamen aulica & iudicialia ipſi vaſalli præſentes eſſe debent. Hodie vero vaſalli perſona non amplius requiritur, ſed quilibet vaſallus ſubſtitutum mittit, *ſtellet ſeinen Mann und Pferd.* Plerumque in litteris inueſtituræ vel matricula, pro quantitate feudi ***** ſeruitia ſunt determinata, vt vaſallus vno, duobus, tribusue equis ſit præſto, *daß er das Leben mit einem, zwey oder drey Ritter Pferden bediene.* Si feuda fuerint minora, quandoque ratione duorum vel plurium feudorum, vnus præſtandus eſt equus, vel *ein halb Ritter-Pferd, ein Huff,* * & vocatur Equus Feu-

*** KOHL *num. 150.*

**** *II. F. 40.* IVRE ALEM. *Cap. LXVII.* de fœminis & clericis, *was ſi Lehn von dem Rich hant das ſollent ſü, das zehende Recht dem Rich zur Hersthure geben. Alſo ſoll auch der Pfaffe der nit Fürſte iſt.*

***** *II. F. 54. aut pro quantitate feudi ſtipendia militiæ perſoluendo.*

* KOHL *Part. IV. num. 95.* HEIGIVS *Lib. I. queſt. XVIII. num. 12. 14.* GOTHOF.

Feudalis, *das Ritter-Pferd.* Præstandus autem miles cum equo, vtrique cum adparatu necessario. * Hic equus feudalis etiam in æstimatione pretii feudalis, *im Anschlag der Ritter-Güter* 1000. Florenis vel Thaleris solet æstimari, atque inter onera de summa deduci.** Nec vltra vasallus obligatur, quam determinatum, nisi summa necessitas aliud postulet, vel etiam si fiat ad splendorem & honorem Domini *in Ehren-*

ANTONI *Disp. Feud. VII. th. 3. lit. c.* HILDEBRAND *de Equo Sequela & Feudali Cap. II. §. IX.* FRITSCH *de Iure Sequelæ Cap. IV. num. 9.*

* B. DE LYNCKER *Decis. M CCCC XL. dem Vasallo aber oblieget, iedweden Lehn-Herrn, auf Begehren, ein Ritter-Rferd, mit aller zugehœrigen Armatur zu stellen, auch iedweden Vasallen denjenigen Knecht, welchen er zum Ritter-Dienst zu stellen gehalten, nicht nur mit Pistohlen und Seiten Gewehr, sondern auch mit tüchtigen Brust-und Rück-Stücken, auch Casqueten oder Püken, und Carbinern zu versehen, und auszurüsten gebühret.*

** In Saxonia 1000. floreni, in Marchia totidem Ioachimici, KNICHEN *de Vest. Pact. Part. II. cap. V. num. 337. seqq.* B. PARENS *num. 12.* HORN *Cap. XVIII. §. V.* DARPÆVS *fol. 36.* HILDEBRAND *§. XI.*

Ehren-Fællen. * Si vero seruitia non fuerint determinata, ista secundum loci consuetudinem & feudi quantitatem sunt præstanda. ** Quod si plures fuerint vasalli, omnes equidem obligantur, vno vero eadem præstante, reliqui liberantur. ***

§. VII.

Origo equi feudalis. Originem equi feudales, *die Ritter-Pferde*, habent ab Expeditione Romana; dum singuli vasalli Imperii obligarentur ad præstandum certum militum numerum Regi ad petendam coronam proficiscenti in auxilium. Hæc licet expeditio a temporibus Carolingorum sit ducenda, constitutio tamen de eadem Carolo Crasso minime erit tribuenda. * Dum autem Duces Comitesue vasallos suos ex prouinciis ipsis desti-

* KNICHEN *de Vestit. Pact. Part. II. Cap. V. num. 6.* KOHL *Part. IV. num. 18.*

** ROSENTHAL *Cap. VIII. concl. IV. n. 3.* GAILIVS *II. obseru. LXII. fin.* KOHL *Part. IV. num. 102. seqq.*

*** *II. F. 77. verb. vnum seruitium.* B. PARENS *Aphor. VI.* HORN *Cap. XVIII. §. IX.*

* *II. F. 54. 55.* IVS FEVDALE SAXONICVM *Cap. IV.* ALEMANNICVM *Cap. VII. VIII.* & ibi SCHILTERVS.

destinatis adducerent, isti, postquam Ducatus & Comitatus facti fuerunt hæreditarii, dominos suos in bellis sequi tenebantur. Qui factum, vt Duces & Status Imperii singulis feudis pro rata, certa seruitia equestria imponerent, & a vasallis suis *die Ritter-Pferde* secundum matriculam exquirerent. **

§ VIII.

Dum autem seruitia sint determinata, ista tamen cum augmento feudi naturali non augentur, nec ista, feudo licet diminuto, diminuuntur. Nec augentur ista, si domini & vasalli facto feudum fuerit auctum, & plura bona allodialia feudo accesserint. *** Parte feudi cum domini consensu alienata, seruitia quoque, licet illorum nulla facta fuerit mentio, pro rata transferuntur.* Seruitia determinata nec augentur nec minuuntur.

§. IX.

Non vero vasallus obligatur, si dominus alteri bellum gerenti stipendio ductus, Quâ ratione vasallus ad seruitia non sit obligatus.

** SYNTAGMA IVRIS PVBLICI *Cap. XXIII. §. V.*

*** ROSENTHAL *Cap. X. conclus. XLIV. num. 55. seqq.* B. PARENS *Cap. XI. aph. I. n. 7.* HORN *Cap. XVIII. §. VI.* Licet KOHL *Part. IV. num. 184.* dissentiat.

* *II. F. 77.* KOHL *Part. IV. num. 76.* TORNOV *pag. 335.*

ductus, militet, ** nec si bellum notorie fuerit iniustum, nisi fiat ad domini defensionem. *** Nec obligatur, si contra ipsius vasalli personam bellum gerat dominus, **** nec si dominus bannitus fuerit, vel excommunicatus. * Nec etiam vasallus obligatur, si dominus quædam vasalli bona detineat, nec restituat. ** Idem dicendum, si vasallus in domini

** SCHRADER *Part. IV. cap. VI. num. 66.* ROSENTHAL *Cap. VIII. concl. IX. n. 22.* HORN *§. XI.* HILDEBRAND *de deneg. seruit. Cap. II. §. I.*

*** Sic enim *II. F. 28. pr. domino guerram faciente alicui, si sciatur quod iuste, aut cum dubitatur, vasallus eum adiuuare tenetur. Sed cum palam est, quod irrationabiliter eam facit, adiuuet eum ad eius defensionem, ad offendendum vero alium non adiuuet, si vult. Sed si eum adiuuare noluerit, non tamen feudum amittet.* B. PARENS *Aph. VII. num. 2. 7.* HORN *§. X.*

**** ROSENTHAL *Cap. VIII. concl. XIV. num. 2.* SCHRADER *Part. VI. cap. V. num. 2.*

* *II. F. 28. pr. Landfriede de anno 1548. tit. III. die Pœn der Friedbrecher.* HILDEBRAND *de denegatione seruitiorum feudalium.*

** Docet hoc IVS FEVDALE ALEMANNICVM *Cap. IX. Wer sime Herren libet sin Roß o 'er ut sins Guts der ist Ime nüt schuldig zu dien. hd.*

domini ſeruitio damnum tulerit. *** Si plures fuerint domini, olim vaſallus antiquiori, * vel ſi hoc ignoretur, qui prius interpellauerat, ipſe ſeruire tenebatur, reliquis per ſubſtitutum, ** vel ſecun-

diewile ers Ime nüt wider geben und vergolten hett. Vnd ſoll ſine Tage nüt leiſten die er ime gebütet ümbe Lehnrecht. Adde *Cap. CXIX.* §. *I.* IVS SAXONICVM *Cap. IV. LXVII.* IOAN. MARIA NOVARIVS *de Grauam. Vaſall. Tom. I. Grau. I.* §. *XIII. pag. 16.* HILLIGER *de Vaſallo contra dominum feudi propria auctor. ſibi ius dicente.* §. *XX.*

*** AVCTOR VETVS *de Beneficiis* §. *XVII. vel aliquod perdiderit in eius ſeruitio, interim non tenetur ſeruire aliquid.* IVS FEVDALE SAXONICVM *Cap. IV. Wer an ſeinem Dienſt ichts verlohren, das ihme noch nicht wieder vergolten iſt, dieweilen iſt er nicht ſchuldig ſeinen Herrn zu dienen, noch Ihm Lehn-Rechts zu pflegen.* SCHILTERVS tamen ad *Cap. IX.* §. *IV.* contrarium adſerit, ſecutus *Cap. ſicut X. de Iureiurando.* Hoc etiam praxi obtinere tradit CRAGIVS *Lib. II. pag. 213.* dum vaſallus ad iuuandum dominum ſit obligatus. HILLIGER §. *XVI.*

* *II. F. 28. c. contra omnes. II. F. 99. fin.*

** KNICHEN *Part. II. c. V. n. 42.* HARTM. PISTORIS *Part. II. quaeſt. XLVII. cap. XXXV.* KOHL *Part. II. num. 8. ſeqq.*

ſecundum Ius Germanicum, *** Hoſtenditias *die Heer-Steuer*, præſtare, quod tamen hodie ceſſat, dum ſingulis per ſubſtitutum ſeruitia præſtare teneatur vaſallus. Si vnius eiusdemque feudi plures fuerint domini, omnibus in ſolidum obligatus eſt vaſallus, dum vero vna ſaltim ſit obligatio ad ſeruitia, ideoque ſi vni ex pluribus dominis ſeruitium debitum fuerit præſtitum, ad vlteriora non tenetur, niſi ſeruitia diuidi poſſint, tunc ſingulis pro rata tenetur. **** Si vero plures de domino directo contendant, illi ſeruitia ſunt præſtanda, qui eſt in poſſeſſione, alias neutri. Neque dominus alteri cedere poterit ſeruitia, dum domino ſaltim ſit obligatus. * Maxime, dum ſeruitia aliter

*** IVS SAXONICVM FEVDALE *Cap. XLVI.* ALEMANNICVM *Cap. LXXXVII.* SCHRADER *de feudis V. cap. V. n. 19.* SCHILTER *ad cap. X. num. 45.* KOHL *Part. II. num. 89. 91.* HORN *Cap. XVIII. §. XVIII.* HILDEBRAND *de deneg. ſeruit. Cap. II. §. III.*

**** *II. F. 55. §. præterea verb. vt vaſallus pro vno feudo. II. F. 77. verb. plures domini vnam fidelitatem.* B. PARENS *Aph. VII. num. IV.* HORN *§. XIII.* KOHL *Part. II. num. 16.* ROSENTHAL *Cap. VIII. concl. XII.* FRANTZKIVS *Lib. I. reſ. XIX.*

* KOHL *Part. II. num. 101. ſeqq.*

ter non sint præstanda, quam fuerit necesse. * Olim quidem vasalli etiam extra territorium seruitia præstare tenebantur, prout in expeditione Romana videmus, ** licet hodie saltim ad defensionem sint obligati, *** licet etiam si ad Territorii faciat defensionem, etiam extra illud duci poterint.

§. X.

Adiuuandus est dominus contra omnes, etiam adgnatos, immo patrem & filium.* Excipitur tamen semper Dominus Superior, atque in Imperio nostro Imperator. Adiuuandus est dominus contra omnes.

* *I. F. 21. II. F. 7.*

** IUS ALEMANNICUM *Cap. VII. Alle die oberhalb Osterland von dem Rich belehent sint oder des Riches Dienstmann sint, die sullent dienen zu Winden und zu Polant und zu Bechem.* Quare etiam extra Territorii fines vasallos ad seruiendum compelli posse, docent BORRINIUS *Part. I. cap. IX.* ROSENTHAL *cap. VIII. concl. XXV.* SCHILTER *Cap. VII. §. V.*

*** Vide B. PARENTIS *Obseru. Feudal. cap. XI. §. VIII.* Quare, tempore belli tricennalis, vasalli Electorales Saxonici anno 1620. deprecabantur, ne extra Territorium ducerentur, LONDORP *Tom. II. pag. 205.*

* *II. F. 28. c. contra omnes debet vasallus dominum adiuuare, & contra fratrem & filium & patrem, nisi contra alium dominum*

rator. * Hinc etiam si Princeps Imperii Imperatori & Imperio bellum inferat, magis huic est obligatus, quam domino immediato. ** Excluditur etiam dominus antiquior, contra quem nec per substitutum posteriorem adiuuare poterit vasallus. *** Si vero duo vnius feudi domini bellum inter se gerant, neutri tenetur. **** Quod si vel domino vel vasallo pereundum esset, communis est sententia, vasallum suam potius, quam domini vitam conseruare debere. ***** §. XI.

antiquiorem, hic enim caeteris est praeferendus, II. 55. c. insuper.

* *II. F. 7. 55. §. fin.* Hinc Ernesti Alemanniae Ducis vasalli, dum ipsos contra Imp. euocaret, ipsi responderunt: *nunc vero, cum liberi simus & libertati nostrae summum defensorem, interea Regem & Imperatorem nostrum habeamus, vbi illum deserimus, libertatem amittimus, quam nemo bonus, vt ait quidam, nisi cum vita, simul amittit* apud WIPPONEM *vita Conradi p. 474.*

** HORN *Cap. XVIII.* §. *XII.* LYNCKER *de relig. obsequii.*

*** *II. F. 28. c. fin.* SCHRADER *Part. VI. cap. VI. num. 20.* KOHL *Part. III. n. 18.*

**** SCHRADER *cit. loc.* HARTM. PISTORIS *Lib. II. qu. XLVII. n. 30.* B. PARENS *aphor. VIII. num. 4.*

***** KOHL *Part. IV. num. 21.* Con

§. XI.

Neque tamen vasallus ad custodiendas vias publicas, *die Straſſen zu bereiten*, est obligatus, cum domino territorii ob vectigalium perceptionem hoc incumbat, * nec regulariter ad contributiones tenetur, cum seruitia sint loco contributionum. ** Licet in quibusdam prouinciis etiam Nobiles ad collectas obligentur, *** idque si consuetudine vel præscriptione illud fuerit introductum, **** vel in casu summæ & extremæ necessitatis. ***** Immunes etiam esse solent

Ad quæ vasallus non sit obligatus.

trarium tamen in Seb. a Reibisch, qui 5. Iunii 1542. mortem occumbendo, vitam Mauritii, Saxoniæ Electoris, conseruauit, SLEIDANVS *Lib. XV. ineunte.* SIM. STENII *vita Mauritii, pag. 525.*

* B. PARENS *Aph. V. num. 13.*

** HEIGIVS *Part. II. quæst. XVIII.* ROSENTHAL *Cap. V. concl. LXXXVII.* KLOCK *de Contribut. sect. II. cap. XIV.* CARPZOV *Lib. VI. Resp. LXX.* ZIEGLER *de Iuribus Maiestatis Lib. II. cap. II. §. LI* HORN *Cap. XVIII. §. XX.*

*** Vide LVEDECKE *de adær. seruit. c. IV. §. VIII.*

**** CARPZOV *cit. loc. num. 21. 22.* TORNOVIVS *pag. 548.*

***** REC. IMP. AVGVSTAE 1548. §. 95.

ſolent a gabella, Iure detractus, & iure vectigalium.* In Saxonia, aliisque Germaniae prouinciis, Nobiles ad ſuſtinenda onera publica conſentiunt in certam contributionem equeſtrem, quod vocatur *Præſent Geld*, quod de ſingulis prædiis feudalibus pro rata certæ taxæ ideo iſtis impoſitæ, eſt præſtandum, quod tamen, tanquam onus voluntarium potius ab hæredibus allodialibus, petitur, quam feudalibus. ** Quandoque ſubſidium honorarium, *ein Donatio* offertur. Ad filiarum illuſtrium dotationem, *die Prinzeſſin Steuer*, vaſalli etiam quibusdam in locis obligantur, licet conſuetudo prouinciæ ſit conſideranda, dum aliis in regionibus toti prouinciæ hoc incumbat, *gehœret unter die Landes-Incumbentien.* *** Communiter etiam vaſalli

AVGVSTAE *1582.* §. *11.* ROSENTHAL *Cap. V. concl. LXXVIII.* HEIGIVS *cit. loc. num. 23.* CARPZOV *Lib. IV. Reſp. LXXI.*

* TORNOVIVS *pag. 353.*

** KLOCK *de ærario Lib. II. cap. XXXIIX. num. 53.* CARPZOV *Part. II. cap. XLVI. def. XXXV.* BESOLDVS *voce Præſent-Gelder*; vide etiam DEC. ELECT. NOV. XXXII. Adde SCHILTERVM *ad Struv. pag. 130.*

*** MYNSINGER *Lib. V. obſeruat. XXI.* FRITSCH *von der Fraulein Steuer.* CASP. ZIEGLER,

vafalli obligantur ad dominum inopem alendum, * & fi illud ex bonis ipfius fieri nequeat, dominum captiuum redimendum. ** Licet hoc potius fit æquitatis, quam neceffitatis.

§. XII.

Ad hæc feruitia tamen præftanda vafallus aliter non, nifi a domino tempeftiue fuerit vocatus, obligatur. *** Et quando iis opus, interpellatio vnica fufficiebat, **** fiue generalis per litteras patentes, fiue fpecialis, nifi vafallus fciuerit, dominum in magno periculo effe conftitutum, tunc enim vltro ei adiutorium præbere tenetur. † Idem eft, fi feruitia fint conditionata, ftato tempore præftanda. †† Tempeftiue autem

Vafallus ad feruitia eft euocandus.

PET. MULLER *de iure exigendi collectas ad elocationem filiarum illuftrium.* HORN *Cap. XVIII.* §. *XX.* TORNOVIVS *pag. 344. 345.*

* SCHRADER *Part. XI. cap. VIII. num. 11.* B. PARENS *Cap. IX. aph. V. num. 15.* Licet contrarium adferat ROSENTHAL *Cap. VIII. concl. XXIII. num. 9.*

** KOHL *Part. IV. num. 42. feqq.*

*** *I. F. 21. II. F. 2. c. licet.* IVS FEVD. SAXONICVM *Cap. IV.* ALEMANN. *Cap. VIII*

**** *II. F. 26. c. licet. 28. c. ad hoc 37. c. 1. 54. 55. c. firmiter.*

† *II. F. 24. c. 2. 26. c. licet. 28. c. ad hoc,*

†† Vtpote in Regno Neapolitano.

autem venire debet vasallus, * ad locum ipsi præfixum, & sumtus ad seruitia necessarios præstare ipse tenebatur, ** nisi consuetudine aliud obtineat, damnum etiam ipsi, suisue rebus obueniens ferre tene-

* KOHL *Part. VII. num. 32.*

** Carolus M. *Lib. III. Capit. c. LXXIV.* statuit: *Constitutum est, vt secundum antiquam consuetudinem præparatio ad hostem facienda indicetur & obseruetur, id est, victualia de marca ad tres menses, & arma atque vestimenta ad dimidium annum.* Quare etiam vasalli quandoque hac conditione recipiebantur, vt propriis sumtibus seruiant. CHRON. OSNABRVG. apud MEIBOMIVM *Tom. II. p. 213.* *vnde idem Gerhardus, si Ecclesia & Diœcesis inimicitias incurreret, pollicitationem accepit a Comitibus in Waldecke, vt decem milites mitterent propriis expensis, donec bellum duraret, Ecclesiæ & Diœcesi in subsidium & tuitionem.* SCHILTER ad *Cap. VII. §. VII. VIII.* Idem hodie circa seruitia Imperii obtinet, vt Status, & vasalli proprii sumptibus militent. IVRE SAXONICO *Cap. IV.* dicitur, *Sechs Wochen soll der Mann sime Herrn dienen, mit seines selbes Kost.* Adde ROSENTHAL *Cap. VIII. concl. XXIV.* CRAGIVS *Lib. II. cap. XI. pag. 212.* MAVRITIVS *Posit. Feud. dec. XII. §. IX.*

tenebatur. *** Licet aliud Iure Saxonico antiquo ſtatutum.†

§. XIII.

In bellis Imperii euocabantur vaſalli per duos conuaſallos * ad certum tempus & locum, & quidem per bannum, atque ad præparandum, minimum ſex ſeptimanæ & vnus dies concedebantur. ** Obligati erant vaſalli, vt vel ipſi in perſona comparerent, vel alium pro ſe domino acceptabilem mitterent, vel dimidiam partem annalis reditus ex feudo ſoluerent, *** id quod Franci voca- Seruitia in bellis Imperii.

*** KOHL *num.* 27. B. PARENS *aph. IX.* HORN *Cap. XVIII.* §. *XV.*

† IVS FEVDALE SAXONICVM *Cap. IV. Wann der Mann ein Pferd oder ichts anders ſeines Guths in ſeines Herren Dienſt verlohren, das ihm noch nicht wieder vergolten iſt, dieweilen iſt er nicht ſchuldig ſeinem Herren zu dienen, noch ihm Lehn-Rechts zu pflegen.*

* *II.* F. *54. ſi de vocatione legitima a domino ſuo conuinci per compares ſuos potuerit.* IVS ALEMANNICVM *Cap. VIII.*

** IVS SAXONICVM FEVDALE *Cap. IV. des Reichs Dienſt, der dem Mann geboten wird ſechs Wochen vor dem Tag ee das er varen ſol.* IVS ALEMANNICVM *Cap. VIII. Und die ſol er ime gebieten über ſechs Wochen und einen Tag ee das er faren ſol.*

*** *II. F. 54. 55. firmiter etiam ſtatui-*

vocabant *Heribannum.* * Certo etiam adparatu debebant esse instructi. Tenebatur autem quilibet vasallus per sex septimanas seruitia Imperio propriis sumptibus præstare, equorum tamen pabulum, & quæ ad victum erant necessaria, ipsis præbebantur. ** Idem etiam de Iure Germanico & moribus hodiernis *** obtinet.

§. XIV.

mus, tam in Italia, quam in Alemannia, vt quicunque in dicta publica expeditione spacio competeni temere venire superſederit, vel alium pro se domino acceptabilem mittere contemserit, vel dimidium reditus feudi vnius anni domino non subministrauerit, feudum, quod ab episcopo vel alio domino habuit, amittat. Iure Germanico antiquo vero, vtpote SAXONICO *Cap. IV*, ALEMANNICO *Cap. VII.* dicitur: *und wellent sü nut bliben sü læsent die Herfart mit dem zehenden Pfunt was es ein Iahr gilde.* Sic enim *II. F. 107. antiquatum esse ipsis rerum experimentis, nos ipsi cognouimus, fideles, nisi aliud contractibus pactiones insertæ desiderent, dominorum sumtibus eisdem seruitia ministrare.*

* SCHILTER *ad Cap. XL. Iuris Alemann.*

** Vide SYNT. IVRIS PVBLICI *Cap. XXIII. §. VI.*

*** *Der Herr gibt seinen Leuten, wenn sie bey ihm ankommen, und mit ihm ziehen, Fut-*

§. XIV.

Adaeratio seruitiorum equestrium, siue Adoha.

Dominus vero pro seruitiis, inuitis vasallis, pecuniam exigere nequit, nisi summa necessitas id postulet. * Nec vasallus pro seruitiis inuito domino, pecuniam offerre poterit. ** Quod si tamen cum domini & vasalli consensu hoc fiat, vocabantur olim *Hostenditiæ*, *** *Adæratio*, *Adoha*, *Heer Steuer*, *Reise-Geld*, *Fahrt-Læsung* in Regno Neapo-

 litano

ter, *Mahlund Hufschlag*. REINHARD *Part. III. diss. XXIV. num. 7.* Idem in Feudis Brunsuicensibus LEYSER *Cap. II.* §. *II. num. 12.* CARPZOV *Part. III. Const. XXVIII.* §. *XVIII.* HORN *Cap. XVIII.* §. *XV.* Idem in Franconia obtinere, testatur WEHNER in FABRI *Staats-Cantzelley Cap. IV. pag. 413.*

* ROSENTHAL *Cap. VIII. concl. XXVII.*

** Vide textus *II. F. 40. 54. 55.* quibus adæratio per partem frugum conceditur, quod tamen intelligendum, si dominus & vasallus consentiant.

*** *II. F. 40. Similiter in petendis hostenditiis; Hostenditiæ dicuntur adiutorium, quod faciunt dominis Romani cum Rege in hostem pergentibus vasalli, qui cum eis non vadunt, verbi gratia in Lombardia de modio duodecim denarios, in Teuthonica terra tertiam partem fructuum facta computatione fructuum solum modo eius anni, quo in hostem faciunt.*

secundum Ius Germanicum, *** Hostenditias *die Heer-Steuer*, præstare, quod tamen hodie cessat, dum singulis per substitutum seruitia præstare teneatur vasallus. Si vnius eiusdemque feudi plures fuerint domini, omnibus in solidum obligatus est vasallus, dum vero vna saltim sit obligatio ad seruitia, ideoque si vni ex pluribus dominis seruitium debitum fuerit præstitum, ad vlteriora non tenetur, nisi seruitia diuidi possint, tunc singulis pro rata tenetur. **** Si vero plures de domino directo contendant, illi seruitia sunt præstanda, qui est in possessione, alias neutri. Neque dominus alteri cedere poterit seruitia, dum domino saltim sit obligatus. * Maxime, dum seruitia aliter

*** IVS SAXONICVM FEVDALE *Cap. XLVI.* ALEMANNICVM *Cap. LXXXVII.* SCHRADER *de feudis V. cap. V. n. 19.* SCHILTER *ad cap. X. num. 45.* KOHL *Part. II. num. 89. 91.* HORN *Cap. XVIII §. XVIII.* HILDEBRAND *de deneg. seruit. Cap. II. §. III.*

**** *II. F. 55. §. praeterea verb. vt vasallus pro vno feudo. II. F. 77. verb. plures domini vnam fidelitatem.* B. PARENS *Aph. VII. num. IV* HORN *§. XIII.* KOHL *Part. II. num. 16.* ROSENTHAL *Cap. VIII. concl. XII.* FRANTZKIVS *Lib. I. ref. XIX.*

* KOHL *Part. II. num. 101. seqq.*

ter non sint præstanda, quam fuerit necesse. * Olim quidem vasalli etiam extra territorium seruitia præstare tenebantur, prout in expeditione Romana videmus, ** licet hodie saltim ad defensionem sint obligati, *** licet etiam si ad Territorii faciat defensionem, etiam extra illud duci poterint.

§. X.

Adiuuandus est dominus contra omnes, etiam adgnatos, immo patrem & filium.* Excipitur tamen semper Dominus Superior, atque in Imperio nostro Imperator.

Adiuuandus est dominus contra omnes.

* *I. F. 21. II. F. 7.*

** IVS ALEMANNICVM *Cap. VII. Alle die oberhalb Osterland von dem Rich belehent sint oder des Riches Dienstmann sint, die sullent dienen zu Winden und zu Polant und zu Bechem.* Quare etiam extra Territorii fines vasallos ad seruiendum compelli posse, docent BORRINIVS *Part. I. cap. IX.* ROSENTHAL *cap. VIII. concl. XXV.* SCHILTER *Cap. VII. §. V.*

*** Vide B. PARENTIS *Obseru. Feudal. cap. XI. §. VIII.* Quare, tempore belli tricennalis, vasalli Electorales Saxonici anno 1620. deprecabantur, ne extra Territorium ducerentur, LONDORP *Tom. II. pag. 205.*

* *II. F. 28. c. contra omnes debet vasallus dominum adiuuare, & contra fratrem & filium & patrem, nisi contra alium dominum*

rator. * Hinc etiam ſi Princeps Imperii Imperatori & Imperio bellum inferat, magis huic eſt obligatus, quam domino immediato. ** Excluditur etiam dominus antiquior, contra quem nec per ſubſtitutum poſteriorem adiuuare poterit vaſallus. *** Si vero duo vnius feudi domini bellum inter ſe gerant, neutri tenetur. **** Quod ſi vel domino vel vaſallo pereundum eſſet, communis eſt ſententia, vaſallum ſuam potius, quam domini vitam conſeruare debere. ***** §. XI.

antiquiorem, hic enim cæteris eſt præferendus, II. 55. c. inſuper.

* *II. F. 7. 55. §. fin.* Hinc Erneſti Alemanniæ Ducis vaſalli, dum ipſos contra Imp. euocaret, ipſi reſponderunt: *nunc vero, cum liberi ſimus & libertati noſtræ ſummum defenſorem, interea Regem & Imperatorem noſtrum habeamus, vbi illum deſerimus, libertatem amittimus, quam nemo bonus, vt ait quidam, niſi cum vita, ſimul amittit* apud WIPPONEM *vita Conradi p. 474.*

** HORN *Cap. XVIII. §. XII.* LYNCKER *de relig. obſequii.*

*** *II. F. 28. c. fin.* SCHRADER *Part. VI. cap. VI. num. 20.* KOHL *Part. III. n. 18.*

**** SCHRADER *cit. loc.* HARTM. PISTORIS *Lib. II. qu. XLVII. n. 30.* B. PARENS *aphor. VIII. num. 4.*

***** KOHL *Part. IV. num. 21.* Con

§. XI.

Neque tamen vasallus ad custodiendas vias publicas, *die Straßen zu bereiten*, est obligatus, cum domino territorii ob vectigalium perceptionem hoc incumbat, * nec regulariter ad contributiones tenetur, cum seruitia sint loco contributionum. ** Licet in quibusdam prouinciis etiam Nobiles ad collectas obligentur, *** idque si consuetudine vel praescriptione illud fuerit introductum, **** vel in casu summae & extremae necessitatis. ***** Immunes etiam esse

Ad quae vasallus non sit obligatus.

Ll 2 solent

trarium tamen in Seb. a Reibisch, qui 5. Iunii 1542. mortem occumbendo, vitam Mauritii, Saxoniae Electoris, conseruauit, SLEIDANVS *Lib. XV. ineunte.* SIM. STENII *vita Mauritii, pag. 525.*

* B. PARENS *Aph. V. num. 13.*

** HEIGIVS *Part. II. quaest. XVIII.* ROSENTHAL *Cap. V. concl. LXXXVII.* KLOCK *de Contribut. sect. II. cap. XIV.* CARPZOV *Lib. VI. Resp. LXX.* ZIEGLER *de Iuribus Maiestatis Lib. II. cap. II. §. LI* HORN *Cap. XVIII. §. XX.*

*** Vide LVEDECKE *de adcr. seruit. c. IV. §. VIII.*

**** CARPZOV *cit. loc. num. 21. 22.* TORNOVIVS *pag. 548.*

***** REC. IMP. AVGVSTAE *1548. §. 95.*

solent a gabella, Iure detractus, & iure vectigalium.* In Saxonia, aliisque Germaniæ prouinciis, Nobiles ad sustinenda onera publica consentiunt in certam contributionem equestrem, quod vocatur *Præsent Geld*, quod de singulis prædiis feudalibus pro rata certæ taxæ ideo istis impositæ, est præstandum, quod tamen, tanquam onus voluntarium potius ab hæredibus allodialibus, petitur, quam feudalibus. ** Quandoque subsidium honorarium, *ein Donatio* offertur. Ad filiarum illustrium dotationem, *die Prinzessin Steuer*, vasalli etiam quibusdam in locis obligantur, licet consuetudo prouinciæ sit consideranda, dum aliis in regionibus toti prouinciæ hoc incumbat, *gehœret unter die Landes-Incumbentien.* *** Communiter etiam vasalli

AVGVSTAE *1582.* §. *11.* ROSENTHAL *Cap. V. concl. LXXVIII.* HEIGIVS *cit. loc. num. 23.* CARPZOV *Lib. IV. Resp. LXXI.*

* TORNOVIVS *pag. 353.*

** KLOCK *de ærario Lib. II. cap. XXXIIX. num. 53.* CARPZOV *Part. II. cap. XLVI. def. XXXV.* BESOLDVS *voce Præsent-Gelder*; vide etiam DEC. ELECT. NOV. XXXII. Adde SCHILTERVM *ad Struv. pag. 130.*

*** MYNSINGER *Lib. V. obseruat. XXI.* FRITSCH *von der Fraulein Steuer.* CASP. ZIEGLER,

vaſalli obligantur ad dominum inopem alendum, * & ſi illud ex bonis ipſius fieri nequeat, dominum captiuum redimendum. ** Licet hoc potius ſit æquitatis, quam neceſſitatis.

§. XII.

Ad hæc ſeruitia tamen præſtanda vaſallus aliter non, niſi a domino tempeſtiue fuerit vocatus, obligatur. *** Et quando iis opus, interpellatio vnica ſufficiebat, **** ſiue generalis per litteras patentes, ſiue ſpecialis, niſi vaſallus ſciuerit, dominum in magno periculo eſſe conſtitutum, tunc enim vltro ei adiutorium præbere tenetur. † Idem eſt, ſi ſeruitia ſint conditionata, ſtato tempore præſtanda. †† Tempeſtiue autem

Vaſallus ad ſeruitia eſt euocandus.

Ll 3

PET. MULLER *de iure exigendi collectas ad elocationem filiarum illuſtrium.* HORN *Cap. XVIII.* §. *XX.* TORNOVIVS *pag. 344. 345.*

* SCHRADER *Part. XI. cap. VIII. num. 11.* B. PARENS *Cap. IX. aph. V. num. 15.* Licet contrarium adſerat ROSENTHAL *Cap. VIII. concl. XXIII. num. 9.*

** KOHL *Part. IV. num. 42. ſeqq.*

*** *I. F. 21. II. F. 2. c. licet.* IVS FEVD. SAXONICVM *Cap. IV.* ALEMANN. *Cap. VIII*

**** *II. F. 26. c. licet. 28. c. ad hoc 37. c. 1. 54. 55. c. firmiter.*

† *II. F. 24. c. 2. 26. c. licet. 28. c. ad hoc.*

†† Vtpote in Regno Neapolitano.

autem venire debet vasallus, * ad locum ipsi præfixum, & sumtus ad seruitia necessarios præstare ipse tenebatur, ** nisi consuetudine aliud obtineat, damnum etiam ipsi, suisue rebus obueniens ferre tene-

* KOHL *Part. VII. num. 32.*

** Carolus M. *Lib. III. Capit. c. LXXIV.* statuit: *Constitutum est, vt secundum antiquam consuetudinem praeparatio ad hostem facienda indicetur & obseruetur, id est, victualia de marca ad tres menses, & arma atque vestimenta ad dimidium annum.* Quare etiam vasalli quandoque hac conditione recipiebantur, vt propriis sumtibus seruiant. CHRON. OSNABRVG. apud MEIBOMIVM *Tom. II. p. 213.* *vnde idem Gerhardus, si Ecclesia & Diaecesis inimicitias incurreret, pollicitationem accepit a Comitibus in Waldecke, vt decem milites mitterent propriis expensis, donec bellum duraret, Ecclesiae & Diaecesi in subsidium & tuitionem.* SCHILTER ad *Cap. VII. §. VII. VIII.* Idem hodie circa seruitia Imperii obtinet, vt Status, & vasalli proprii sumptibus militent. IVRE SAXONICO *Cap. IV.* dicitur, *Sechs Wochen sol der Mann sime Herrn dienen, mit seines selbes Kost.* Adde ROSENTHAL *Cap. VIII. concl. XXIV.* CRAGIVS *Lib. II. cap. XI. pag. 212.* MAVRITIVS *Posit. Feud. dec. XII. §. IX.*

tenebatur. *** Licet aliud Iure Saxonico antiquo ſtatutum.†

§. XIII.

Seruitia in bellis Imperii.

In bellis Imperii euocabantur vaſalli per duos conuaſallos * ad certum tempus & locum, & quidem per bannum, atque ad præ parandum, minimum ſex ſeptimanæ & vnus dies concedebantur. ** Obligati erant vaſalli, vt vel ipſi in perſona comparerent, vel alium pro ſe domino acceptabilem mitterent, vel dimidiam partem annalis reditus ex feudo ſoluerent, *** id quod Franci

Ll 4 voca-

*** KOHL *num.* 27. B. PARENS *aph. IX.* HORN *Cap. XVIII. §. XV.*

† IVS FEVDALE SAXONICVM *Cap. IV. Wann der Mann ein Pferd oder ichts anders ſeines Guths in ſeines Herren Dienſt verlohren, das ihm noch nicht wieder vergolten iſt, dieweilen iſt er nicht ſchuldig ſeinem Herren zu dienen, noch ihm Lehn-Rechts zu pflegen.*

* *II. F. 54. ſi de vocatione legitima a domino ſuo conuinci per compares ſuos potuerit.* IVS ALEMANNICVM *Cap. VIII.*

** IVS SAXONICVM FEVDALE *Cap. IV. des Reichs Dienſt, der dem Mann geboten wird ſechs Wochen vor dem Tag ee das er varen ſol.* IVS ALEMANNICVM *Cap. VIII. Und die ſol er ime gebieten über ſechs Wochen und einen Tag ee das er faren ſol.*

*** *II. F. 54. 55. firmiter etiam ſtatui-*

vocabant *Heribannum.* * Certo etiam adparatu debebant esse instructi. Tenebatur autem quilibet vasallus per sex septimanas seruitia Imperio propriis sumptibus præstare, equorum tamen pabulum, & quæ ad victum erant necessaria, ipsis præbebantur. ** Idem etiam de Iure Germanico & moribus hodiernis *** obtinet.

§. XIV.

mus, tam in Italia, quam in Alemannia, vt quicunque in dicta publica expeditione spacio competenti temere venire superfederit, vel alium pro se domino acceptabilem mittere contemserit, vel dimidium reditus feudi vnius anni domino non subministrauerit, feudum, quod ab episcopo vel alio domino habuit, amittat. Iure Germanico antiquo vero, vtpote SAXONICO *Cap. IV.* ALEMANNICO *Cap. VII.* dicitur: *und wellent sü nut bliben sü læsent die Herfart mit dem zehenden Pfunt was es ein Iahr gilde.* Sic enim *II. F. 107. antiquatum esse ipsis rerum experimentis, nos ipsi cognouimus, fideles, nisi aliud contractibus pactiones insertæ desiderent, dominorum sumtibus eisdem seruitia ministrare.*

* SCHILTER *ad Cap. XL. Iuris Alemann.*

** Vide SYNT. IVRIS PVBLICI *Cap. XXIII. §. VI.*

*** *Der Herr gibt seinen Leuten, wenn sie bey ihm ankommen, und mit ihm ziehen, Fut-*

§. XIV.

Dominus vero pro ſeruitiis, inuitis vaſallis, pecuniam exigere nequit, niſi ſumma neceſſitas id poſtulet. * Nec vaſallus pro ſeruitiis inuito domino, pecuniam offerre poterit. ** Quod ſi tamen cum domini & vaſalli conſenſu hoc fiat, vocabantur olim *Hoſtenditiæ*, *** *Adæratio*, *Adoha*, *Heer Steuer*, *Reiſe-Geld*, *Fahrt-Læſung* in Regno Neapo- Adæratio ſeruitiorum equeſtrium, ſiue Adoha.

Ll 5 litano

ter, *Mahlund Hufſchlag.* REINHARD *Part. III. diff. XXIV. num. 7.* Idem in Feudis Brunſuicenſibus LEYSER *Cap. II.* §. *II. num. 12.* CARPZOV *Part. III. Conſt. XXVIII.* §. *XVIII.* HORN *Cap. XVIII.* §. *XV.* Idem in Franconia obtinere, teſtatur WEHNER in FABRI *Staats-Cantzelley Cap. IV. pag. 413.*

* ROSENTHAL *Cap. VIII. concl. XXVII.*

** Vide textus *II. F. 40. 54. 55.* quibus adæratio per partem frugum conceditur, quod tamen intelligendum, ſi dominus & vaſallus conſentiant.

*** *II. F. 40. Similiter in petendis hoſtenditiis; Hoſtenditiæ dicuntur adiutorium, quod faciunt dominis Romani cum Rege in hoſtem pergentibus vaſalli, qui cum eis non vadunt, verbi gratia in Lombardia de modio duodecim denarios, in Teuthonica terra tertiam partem fructuum facta computatione fructuum ſolummodo eius anni, quo in hoſtem faciunt.*

litano seruitium Bursale, quod hodie saepius fieri solet, *wenn die Ritter-Pferde mit Geld bezahlet werden.* Quantitas olim erat diuersa, per legem Conradi II. Imp. de modio duodecim denarii, apud Italos, apud Germanos vero tertia pars frugum. * per legem Friderici I. dimidia pars frugum fuit determinata. ** Iure Germanico *** vero decima pars redituum definitur.

§. XV.

Seruitia iudicialia, aulica & ludicra.

Alia sunt seruitia iudicialia, dum vasallus, quoties a domino fuerit euocatus, ad iudicium feudale cum aliis constituendum, in persona est obligatus. **** Alia sunt pagana vel aulica, quae ad splendorem vel honorem Domini *bey Ehren-*

* *II. F. 55.*

** *II. F. 55.*

*** IVRE ALEMANNICO FEVDALI *Cap. VII. LXVII.* AVCTOR VETVS DE BENEFICIIS *Cap. XIII. ibunt illuc & alii omnes Imperialia Beneficia habentes, quisque cum domino suo, nisi talento decimo iter redimat, quod annum a domino suo habuerat.* Adde IACOBVM DE AYELLO & HENRICVM COCCEIVM *de Iure Adobae.* ANTONIVM BORRINIVM *de Caualcata*, & IOAN. DAVID. LVDECKE *de aderatione seruitiorum equestrium.*

**** IVRE SAXONICO *Cap. IV.* ALEMANN. *Cap. IX.* & ibi SCHILTERVS. *II. F. 27.*

Ehren-Fællen sunt præstanda, *wenn die Vasallen bey Solennitæten zur Aufwartung beschrieben werden*, eademque sunt substantialia, dum ad eadem etiam feudorum Francorum possessores tenentur. * Dantur etiam in feudis conditionatis seruitia quædam accidentalia, ** atque inter

* Olim quidem etiam apparatus decernebatur, vide supra *Cap. XI.* §. *I.* Sic de nuptiis Io. Ernesti Saxoniæ D. anno 1598. Rotenburgi celebratis. MVLLERVS *Annal. Saxonicis: dieser Hertzog hat seine Land-Iunckern mit uf das Beylager zu reisen dergestalt beschrieben, daß sich ein ieder in einen sammeten Mutzen, und mit drey langen Schæffen kleiden, und sich also einstellig machen sölte.* Augustus Saxoniæ Elector, dum ad Comitia Augustana pergeret, vasallis suis præscripsit. *Ihr wollet Euch darnach achten, und Eure Sachen dermassen anstellen, daß ihr mit 10 Pferden, darunter drey Reissiger Knechte, und ein Spies-Iunge in gewanlicher schwartzer Kleidung, und auf den Hüten mit gelben Federn Uns zu Dienst und gefallen einkommen mæget; So werdet Ir Euch auch mit Ehrenkleidern gefast machen, das Ihr zum Einriet mit einer schwarzen sammeten Puffgacken, und eur Spies-Iunge mit einer wolgezierten Sturmhauben und Knebel-Spies oder langen Bersrohr staffiret sey*, apud Dnum BVDERVM *Sammlung p. 519.*

** Vide supra *Cap. V.* §. *XI.* Quo referen-

inter hæc ludicra, *** dum loco serui-
tiorum

dum est feudum Fuldense apud SCHANNAT *Client. Fuldensi n. DLXXXIX*, in quo: *Von diesen Lehenn soll eynem Herren zu Fulde in synen Kammerwagen, so oft das die Notturft erfordert und begert wird, ein Pfert mit aller Bereitschafft zugeschickt werden, und sol eyn Reut-Pfert sein, plibe auch das Pferd ussen, oder verturbe, davor were ein Herr zu geben nicht schuldig, das wird also wie vorgemelt, zu recht gewist.*

*** Qualia sunt, quando vasallus in festo Natiuitatis Domini certam ligni quantitatem ad focum domini portare, vel eadem die coram domino saltare, buccas cum sonitu inflare, & ventris crepitum edere tenebatur, LAVRENTIVS BOVCHET *Tresor du Droit Francois Tom. I. pag. 1197.* Nonnulli vasalli Domini d'Argenton offerre debebant alaudam curru vectam, vinctamque CHOPPINVS *ad LL. Andegauenses Lib. I. tit. I. cap. XXXI. num. 3.* B. HESBERGII domino directo suo Comiti de Castell præstare tenebantur *42 Schilling 63 Pf. alle Iahr eine Azung mit zwœlff Pferden, darzu ein gut Mahl, denen 11 Pferden sollen geben werden 11 Metzen Habern, den 12ten 2 Metzen Habern. Einem Habigt sol man geben ein Hun, drey Winden einen Brey ohne Rauch, und darzu eine schœne Frau*, apud LÜNIGIVM *Spicil. Secul. pag. 1810.* Sic Domini de Dymerode ratione syluæ, *dem*

tiorum certæ conditiones adimplendæ. Vel etiam in feudis censiticis certus census loco seruitiorum præstandus.* Sed si seruitia illicita fuerint promissa, ista pro non adiectis habentur, & potius consueta sunt præstanda. ** Dantur etiam seruitia ex allodio, quæ vel ex pacto

Schüssel - Holtz Imp. in Thuringiam venienti præstare debebant *einen Heer-Wagen mit Schüsseln.* Plura exempla collegit IMMANVEL WEBER *de Inuestituris & seruitiis feudorum ludicris.*

* Supra *Cap. V.* §. *X.* Et quidem si vasallus censum denegauerit, dominus probare debet, aut quod ipse vasallus censum de hoc feudo dederit, aut quod antecessor eius censum dederit. IVS FEVDALE ALEMANNICVM *Cap. XXIX.* & ibi SCHILTERVS. Maxime vero census hic locum habet in feudis rusticis, qui certos grossos rusticos, *Bauer-Groschen, Spitz-Groschen*, qui 18. nummos constat, soluere tenentur, SCHILTER *Exerc. ff. XIX.* §. *XXIII.* LEYSER *de feudis Brunsuic.* §. *XLVII.*

** Quo spectat ius luxandæ coxæ sponsarum vasallorum, de quo CHOPPINVS *dict. loc.* CAMILLVS BORELLVS *Conf. I. num. 158.* WEBER *de seruitiis ludicris pag. 52.* KOHL *Part. IV. num. 139. 140.* B. PARENS *Cap. XI. aph. V. n. 18.* HILDEBRAND *de deneg. seruit. Cap. II.* §. *XV.*

pacto præstantur, vel mutato in allodium feudo, domino reseruata.*

§. XVI.

Denegatio seruitiorum quando locum habet.

Denegatio seruitiorum vel *iusta* est, si vasallus seruitia deneget contra superiorem, vel dominum antiquiorem, vel in bellis notorie iniustis: vel *iniusta*, si ob caussam non iustam seruitia denegentur. Alia est *dolosa*, si ex proæresi, alia culposa, si ob culpam vasallus, vel eius substitutus seruitia deneget. Alia est denegatio seruitiorum militarium, quod *Herislitz*** dici solet, alia paganorum. Si igitur iniuste seruitia denegauerit vasallus, feudo priuatur. *** Ad petenda igitur seruitia competunt domino interdicta possessoria, vel actio ex contractu feu-

* Vide Domini VVILDVOGELII dissertat. *de seruitiis feudalibus ex allodio præstandis*, vbi exemplum adducit, quod feudum mutatum fuerit in *Erb-Gut, iedoch aber der hohen Obrigkeit an Lehn-Folge, Diensten und andern zustehenden Herrlichkeiten und Gerechtigkeiten unschædlich.*

** B. RHENANVS *Lib. II. Rerum German. pag. 94. deseruisse exercitum inter capitalia numerabatur. Id flagitium Franci vocabant Herischlitz, quasi dicas exercitus scissionem,* vide DE FRESNE.

*** *I. F. 21. II. F. 24. c. 2.*

feudali. Vaſallo vero deneganti ſeruitia, itidem competunt interdicta poſſeſſoria, atque in petitorio vtilis actio negatoria, atque, ſi ſeruitia, fuerint pacto remiſſa, vel maiora petantur, quam determinatum, actio ex contractu feudali. *

CAPVT XVII.

DE IVRE VASALLI IN FEVDO SIVE DOMINIO VTILI ET SVBFEVDO.

§. I.

IUs vaſalli in feudo vocari ſolet dominium vtile, ſiue inferius, ſecundarium, *das mindere, nutzbare Nieder-Eigenthum*,** quod eſt ius re pleniſſime vtendi fruendi, & de illa, ſub poteſtate tamen reſtricta, diſponendi.*** Dominium vtile quid.

§. II.

Competit igitur vaſallo ratione dominii Vaſallus habet dominium & poſſeſſionem.

* Vberius hanc materiam videmus expoſitam in HENRICI HILDEBRANDI diſſert. *de denegatione ſeruitiorum feudalium.* IVRE ALEMANN *c. LXXXVII.*

** EYBEN *Electis Feud. Cap. XI. §. VI.*

*** *II. F. 8. c. rei autem. 23.* B. PARENS *Cap. XI. aph. I.* TORNOVIVS *pag. 346.*

nii vtilis, poſſeſſio tam ciuilis quam naturalis, * atque ius habet, omnes reditus & fructus tam naturales quam ex feudo ciuiles obuenientes, percipiendi, ** bona feudalia pro lubitu locandi, immutandi, prout ipſi commodum fuerit, ad vſum aptandi, vel in alios ius percipiendi fructus transferendi, & de iisdem disponendi. Hinc etiam poterit oppignorari, & creditores in eosdem immitti.*** Ad iura vaſalli etiam incrementum ſpectat, ſiue per alluuionem, ſiue coalitionem, ſiue natam inſulam, & alueum natum feudo accedat. Nec intereſt; ſiue incrementa latentia ſint, ſiue diſcreta, ſiue ſolita, ſiue inſolita. **** Accedit etiam feudi ædificium in ſolo feudali extructum. ***** Seruitutem etiam feudo poteſt adquirere, non æque imponere. * Quod ſi tamen

* *II. F. 8. c. vlt. quamuis poſſeſſio per beneficium ad eum pertinet.*

** *II. F. 28. c. his conſequenter.* ROSENTHAL *Cap. VIII. concl. II.* B. PARENS *Cap. XI. aph. III. VI.*

*** B. PARENS *Aph. VII.*

**** *I. F. 4. c. 5. 6.* B. PARENS *Cap. XII. aph. VI.*

***** *II. F. 28. c. ſi vaſallus.* Licet hoc textu adhuc dubium moueatur.

* *II. F. 8. c. Rei autem 28. c. ſi vaſallus.*

tamen id fecerit, obligantur vasallus, eiusdemque hæredes, domino vero & adgnatis obesse nequit.**

§. III.

Deinde vasallus rem suam feudalem reddere poterit meliorem non deteriorem, hinc seruitutem feudo poterit adquirere, non vero imponere, *** si de feudo fuerit inuestitus, illud poterit vindicare, id quidem contra ipsum dominum, sine facto vasalli feudum possidentem. * Immo, in feudo a tertio vindicando, domino præfertur, ** & iura ad feudum spectantia persequi, actiones, ratione dominii vtilis contra ipsum institutas suscipere, & exceptionibus se tueri. *** Potest etiam

Vasallus potest feudum vindicare, de eodem litigioso transigere.

B. PARENS *Cap. XIII. aph. VIII.* HORN *Cap. X. §. V.*

** *II.* F. *28. c. Rei autem* TORNOVIVS *pag. 347.* CHRISTINEVS *Vol. VI. decis. LII. num. 4.* DARPÆVS *praiud. feud. XVI.*

*** Adde GODOFR. TH. LVDEVVIG diss. *de seruitutibus feudalibus feudo adquirendis, inponendis & remittendis.*

* CHRISTINAEVS *Vol. VI. dec. I. n. 48.*

** HARTM. PISTORIS *Part. III. qu. XXI. num. 9.* DARPAEVS *Praiud. XV.*

*** *II.* F. *26. c. si vasallus.*

vocabant *Heribannum.* * Certo etiam adparatu debebant esse instructi. Tenebatur autem quilibet vasallus per sex septimanas seruitia Imperio propriis sumptibus præstare, equorum tamen pabulum, & quæ ad victum erant necessaria, ipsis præbebantur. ** Idem etiam de Iure Germanico & moribus hodiernis *** obtinet.

§. XIV.

mus, tam in Italia, quam in Alemannia, vt quicunque in dicta publica expeditione spacio competeni temere venire superſederit, vel alium pro se domino acceptabilem mittere contemſerit, vel dimidium reditus feudi vnius anni domino non subministrauerit, feudum, quod ab episcopo vel alio domino habuit, amittat. Iure Germanico antiquo vero, vtpote SAXONICO *Cap. IV.* ALEMANNICO *Cap. VII.* dicitur: *und wellent sü nut bliben sü læsent die Herfart mit dem zehenden Pfunt was es ein Iahr gilde.* Sic enim *II. F. 107. antiquatum esse ipsis rerum experimentis, nos ipsi cognouimus, fideles, nisi aliud contractibus pactiones insertæ desiderent, dominorum sumtibus eisdem seruitia ministrare.*

* SCHILTER *ad Cap. XL. Iuris Alemann.*

** Vide SYNT. IVRIS PVBLICI *Cap. XXIII. §. VI.*

*** *Der Herr gibt seinen Leuten, wenn sie bey ihm ankommen, und mit ihm ziehen, Fut-*

§. XIV.

Dominus vero pro ſeruitiis, inuitis vaſallis, pecuniam exigere nequit, niſi ſumma neceſſitas id poſtulet. * Nec vaſallus pro ſeruitiis inuito domino, pecuniam offerre poterit. ** Quod ſi tamen cum domini & vaſalli conſenſu hoc fiat, vocabantur olim *Hoſtenditiæ*, *** *Adæratio*, *Adoha*, *Heer Steuer*, *Reiſe-Geld*, *Fabrt-Læſung* in Regno Neapo- Adæratio ſeruitiorum equeſtrium, ſiue Adoha.

Ll 5 litano

ter, *Mahlund Huffſchlag.* REINHARD *Part. III. diff. XXIV. num. 7.* Idem in Feudis Brunſuicenſibus LEYSER *Cap. II.* §. *II. num. 12.* CARPZOV *Part. III. Conſt. XXVIII.* §. *XVIII.* HORN *Cap. XVIII.* §. *XV.* Idem in Franconia obtinere, teſtatur WEHNER in FABRI *Staats-Cantzelley Cap. IV. pag. 413.*

* ROSENTHAL *Cap. VIII. concl. XXVII.*

** Vide textus *II. F. 40. 54. 55.* quibus adæratio per partem frugum conceditur, quod tamen intelligendum, ſi dominus & vaſallus conſentiant.

*** *II. F. 40. Similiter in petendis hoſtenditiis; Hoſtenditiæ dicuntur adiutorium, quod faciunt dominis Romani cum Rege in hoſtem pergentibus vaſalli, qui cum eis non vadunt, verbi gratia in Lombardia de modio duodecim denarios, in Teuthonica terra tertiam partem fructuum facta computatione fructuum ſolum modo eius anni, quo in hoſtem faciunt.*

litano seruitium Bursale, quod hodie sæpius fieri solet, *wenn die Ritter-Pferde mit Geld bezahlet werden.* Quantitas olim erat diuersa, per legem Conradi II. Imp. de modio duodecim denarii, apud Italos, apud Germanos vero tertia pars frugum, * per legem Friderici I. dimidia pars frugum fuit determinata. ** Iure Germanico *** vero decima pars redituum definitur.

§. XV.

Seruitia iudicialia, aulica & ludicra.

Alia sunt seruitia iudicialia, dum vasallus, quoties a domino fuerit euocatus, ad iudicium feudale cum aliis constituendum, in persona est obligatus. **** Alia sunt pagana vel aulica, quæ ad splendorem vel honorem Domini *bey Ehren-*

* *II. F. 55.*

** *II. F. 55.*

*** IVRE ALEMANNICO FEVDALI *Cap. VII. LXVII.* AVCTOR VETVS DE BENEFICIIS *Cap. XIII. ibunt illuc & alii omnes Imperialia Beneficia habentes, quisque cum domino suo, nisi talento decimo iter redimat, quod annum a domino suo habuerat.* Adde IACOBVM de AYELLO & HENRICVM COCCEIVM *de Iure Adobæ.* ANTONIVM BORRINIVM *de Caualcata*, & IOAN. DAVID LVEDECKE *de adæratione seruitiorum equestrium.*

**** IVRE SAXONICO *Cap. IV.* ALEMANN. *Cap. IX.* & ibi SCHILTERVS, *II. F. 27.*

Ehren-Fællen sunt præstanda, *wenn die Vasallen bey Solennitæten zur Aufwartung beschrieben werden*, eademque sunt substantialia, dum ad eadem etiam feudorum Francorum possessores tenentur. * Dantur etiam in feudis conditionatis seruitia quædam accidentalia, ** atque inter

* Olim quidem etiam apparatus decernebatur, vide supra *Cap. XI.* §. *I.* Sic de nuptiis Io. Ernesti Saxoniæ D. anno 1598. Rotenburgi celebratis. MVLLERVS *Annal. Saxonicis*: *dieser Hertzog hat seine Land-Iunckern mit uf das Beylager zu reisen dergestalt beschrieben, daß sich ein ieder in einen sammeten Mutzen, und mit drey langen Schœssen kleiden, und sich alsø einstellig machen solte.* Augustus Saxoniæ Electoe, dum ad Comitia Augustana pergeret, vasallis suis præscripsit. *Ihr wollet Euch darnach achten, und Eure Sachen dermassen anstellen, daß ihr mit 10 Pferden, darunter drey Reissiger Knechte, und ein Spies-Iunge in gewœnlicher schwartzer Kleidung, und auf den Hüten mit gelben Federn Vns zu Dienst und gefallen einkommen mœget; So werdet Ir Euch auch mit Ehrenkleidern gefast machen, das Ihr zum Einriet mit einer schwarzen sammeten Puffgacken, und eur Spies-Iunge mit einer wolgezierten Sturmhauben und Knebel-Spies oder langen Bersrohr staffiret sey*, apud Dnum BVDERVM *Sammlung p. 519.*

** Vide supra *Cap. V.* §. *XI.* Quo referen-

inter hæc ludicra, *** dum loco serui-
tiorum

dum est feudum Fuldense apud SCHANNAT *Client. Fuldensi n. DLXXXIX*, in quo: *Von diesen Lehenn soll eynem Herren zu Fulde in synen Kammerwagen, so oft das die Notturft erfordert und begert wird, ein Pfert mit aller Bereitschafft zugeschickt werden, und sol eyn Reut Pfert sein, plibe auch das Pferd ussen, oder verturbe, davor were ein Herr zugeben nicht schuldig, das wird also wie vorgemelt, zu recht gewist.*

*** Qualia sunt, quando vasallus in festo Natiuitatis Domini certam ligni quantitatem ad focum domini portare, vel eadem die coram domino saltare, buccas cum sonitu inflare, & ventris crepitum edere tenebatur, LAVRENTIVS BOVCHET *Tresor du Droit François Tom. I. pag. 1197.* Nonnulli vasalli Domini d'Argenton offerre debebant alaudam curru vectam, vinctamque CHOPPINVS *ad LL. Andegauenses Lib. I. tit. I. cap. XXXI. num. 3.* B. HESBERGII domino directo suo Comiti de Castell præstare tenebantur *42 Schilling 6½ Pf. alle Iahr eine Azung mit zwælff Pferden, darzu ein gut Mahl, denen 11 Pferden sollen geben werden 11 Metzen Habern, den 12ten 2 Metzen Habern. Einem Habigt sol man geben ein Hun, drey Winden einen Brey ohne Rauch, und darzu eine schœne Frau*, apud LÜNIGIVM *Spicil. Secul. pag. 1810.* Sic Domini de Dymerode ratione syluæ, *dem*

tiorum certæ conditiones adimplendæ. Vel etiam in feudis censiticis certus census loco seruitiorum præstandus.* Sed si seruitia illicita fuerint promissa, ista pro non adiectis habentur, & potius consueta sunt præstanda. ** Dantur etiam seruitia ex allodio, quæ vel ex pacto

Schüssel - Holtz Imp. in Thuringiam venienti præstare debebant *einen Heer-Wagen mit Schüsseln.* Plura exempla collegit IMMANVEL WEBER *de Inuestituris & seruitiis feudorum ludicris.*

* Supra *Cap. V.* §. *X.* Et quidem si vasallus censum denegauerit, dominus probare debet, aut quod ipse vasallus censum de hoc feudo dederit, aut quod antecessor eius censum dederit. IVS FEVDALE ALEMANNICVM *Cap. XXIX.* & ibi SCHILTERVS. Maxime vero census hic locum habet in feudis rusticis, qui certos grossos rusticos, *Bauer-Groschen, Spitz-Groschen*, qui 18. nummos constat, soluere tenentur, SCHILTER *Exerc. ff. XIX.* §. *XXIII.* LEYSER *de feudis Brunsuic.* §. *XLVII.*

** Quo spectat ius luxandæ coxæ sponsarum vasallorum, de quo CHOPPINVS *dict. loc.* CAMILLVS BORELLVS *Conf. I. num. 158.* WEBER *de seruitiis ludicris pag. 52.* KOHL *Part. IV. num. 139. 140.* B. PARENS *Cap. XI. aph. V. n. 18.* HILDEBRAND *de deneg. seruit. Cap. II.* §. *XV.*

pacto præſtantur, vel mutato in allodium feudo, domino reſeruata.*

§. XVI.

Denegatio ſeruitiorum quando locum habet.

Denegatio ſeruitiorum vel *iuſta* eſt, ſi vaſallus ſeruitia deneget contra ſuperiorem, vel dominum antiquiorem, vel in bellis notorie iniuſtis: vel *iniuſta*, ſi ob cauſſam non iuſtam ſeruitia denegentur. Alia eſt *doloſa*, ſi ex proæreſi, alia culpoſa, ſi ob culpam vaſallus, vel eius ſubſtitutus ſeruitia deneget. Alia eſt denegatio ſeruitiorum militarium, quod *Herislitz* ** dici ſolet, alia paganorum. Si igitur iniuſte ſeruitia denegauerit vaſallus, feudo priuatur. *** Ad petenda igitur ſeruitia competunt domino interdicta poſſeſſoria, vel actio ex contractu feu-

* Vide Domini VVILDVOGELII diſſertat. *de ſeruitiis feudalibus ex allodio præſtandis*, vbi exemplum adducit, quod feudum mutatum fuerit in *Erb-Gut*, *iedoch aber der hohen Obrigkeit an Lehn-Folge, Dienſten und andern zuſtehenden Herrlichkeiten und Gerechtigkeiten unſchædlich.*

** B. RHENANVS *Lib. II. Rerum German. pag. 94. deſeruiſſe exercitum inter capitalia numerabatur. Id flagitium Franci vocabant Heriſchlitz, quaſi dicas exercitus ſciſſionem*, vide DE FRESNE.

*** *I. F. 21. II. F. 24. c. 2.*

feudali. Vaſallo vero deneganti ſeruitia, itidem competunt interdicta poſſeſſoria, atque in petitorio vtilis actio negatoria, atque, ſi ſeruitia, fuerint pacto remiſſa, vel maiora petantur, quam determinatum, actio ex contractu feudali. *

CAPVT XVII.

DE

IVRE VASALLI IN FEVDO SIVE DOMINIO VTILI ET SVBFEVDO.

§. I.

Ius vaſalli in feudo vocari ſolet dominium vtile, ſiue inferius, ſecundarium, *das mindere, nutzbare Nieder-Eigenthum*,** quod eſt ius re pleniſſime vtendi fruendi, & de illa, ſub poteſtate tamen reſtricta, diſponendi.*** Dominium vtile quid.

§. II.

Competit igitur vaſallo ratione dominii Vaſallus habet dominium & poſſeſſionem.

* Vberius hanc materiam videmus expoſitam in HENRICI HILDEBRANDI diſſert. *de denegatione ſeruitiorum feudalium.* IVRE ALEMANN *c. LXXXVII.*

** EYBEN *Electis Feud. Cap. XI. §. VI.*

*** *II. F. 8. c. rei autem. 25.* B. PARENS *Cap. XI. aph. I,* TORNOVIVS *pag. 346.*

nii vtilis, poſſeſſio tam ciuilis quam naturalis,* atque ius habet, omnes reditus & fructus tam naturales quam ex feudo ciuiles obuenientes, percipiendi, ** bona feudalia pro lubitu locandi, immutandi, prout ipſi commodum fuerit, ad vſum aptandi, vel in alios ius percipiendi fructus transferendi, & de iisdem disponendi. Hinc etiam poterit oppignorari, & creditores in eosdem immitti.*** Ad iura vaſalli etiam incrementum ſpectat, ſiue per alluuionem, ſiue coalitionem, ſiue natam inſulam, & alueum natum feudo accedat. Nec intereſt, ſiue incrementa latentia ſint, ſiue diſcreta, ſiue ſolita, ſiue inſolita. **** Accedit etiam feudi ædificium in ſolo feudali extructum. ***** Seruitutem etiam feudo poteſt adquirere, non æque imponere. * Quod ſi tamen

* *II. F. 8. c. vlt. quamuis poſſeſſio per beneficium ad eum pertinet.*

** *II. F. 28. c. his conſequenter.* ROSENTHAL *Cap. VIII. concl. II.* B. PARENS *Cap. XI. aph. III. VI.*

*** B. PARENS *Aph. VII.*

**** *I. F. 4. c. 5. 6.* B. PARENS *Cap. XII. aph. VI.*

***** *II. F. 28. c. ſi vaſallus.* Licet hoc textu adhuc dubium moueatur.

* *II. F. 8. c. Rei autem 28. c. ſi vaſallus.*

tamen id fecerit, obligantur vasallus, eiusdemque hæredes, domino vero & adgnatis obesse nequit. **

§. III.

Vasallus potest feudum vindicare, de eodem litigioso transigere.

Deinde vasallus rem suam feudalem reddere poterit meliorem non deteriorem, hinc seruitutem feudo poterit adquirere, non vero imponere, *** si de feudo fuerit inuestitus, illud poterit vindicare, id quidem contra ipsum dominum, sine facto vasalli feudum possidentem. * Immo, in feudo a tertio vindicando, domino præfertur, ** & iura ad feudum spectantia persequi, actiones, ratione dominii vtilis contra ipsum institutas suscipere, & exceptionibus se tueri. *** Potest etiam

B. PARENS *Cap. XIII. aph. VIII.* HORN *Cap. X. §. V.*

** *II. F. 28. c. Rei autem* TORNOVIVS *pag. 347.* CHRISTINEVS *Vol. VI. decis. LII. num. 4.* DARPÆVS *praiud. feud. XVI.*

*** Adde GODOFR. TH. LVDEVVIG diss. *de seruitutibus feudalibus feudo adquirendis, imponendis & remittendis.*

* CHRISTINAEVS *Vol. VI. dec. I. n. 48.*

** HARTM. PISTORIS *Part. III. qu. XXI. num. 9.* DARPAEVS *Praiud. XV.*

*** *II. F. 26. c. si vasallus.*

iam de feudo litigioso ante latam sententiam tansigere, dum hoc nec in domini nec adgnatorum vergat præiudicium, atque euentus litis adhuc sit dubius, * si modo nulla fraus subfuerit, ** nec vasallus iamdum in feudi litigiosi sit possessione. Tutius tamen domini atque adgnatorum consensus adhibetur. ***

§. IV.

Vasallus potest subfeudum constituere

Licet autem alienatio feudi vasallo non liceat, potest tamen subfeudum con-

* *II.* F. *26. c. si vasallus de beneficio suo agat, vel conueniatur, siue obtineat, siue non (licet ignorante domino fiat) omni tempore firmum erit illud iudicium. Nam & transigere recte poterit, nec quod accepit transactionis nomine, feudum erit, II.* F. *43.* Idem circa feuda Imperii obtinet, ITTER *Cap. XXII. §. VI.*

** *II.* F. *43. verb. dum modo fraudulenter actum non sit.* TORNOVIVS *pag. 248.* B. PARENS *Cap. XII. aph. VIII. num. 5. seqq.*

*** B. PARENS *num. 7.* TORNOVIVS *p. 348.* Quare etiam SCHRADER *Part. VIII. cap. I, num. 43. seqq.* & NAEVIUS *Cons. II. n. 57.58.* plane negant, vasallum sine Domini consensu posse transigere. Adde GOTHOFR. BARTHII *Differt. de potestate vasallorum litigandi nec non transigendi de feudo.*

conſtituere, dum ipſe maneat adhuc vaſallus, vel etiam feudum ſuum refutare. Eſt igitur ſubfeudum vtile dominium, a vaſallo in feudo ſuo, alteri æque habili, ſub obligatione ad fidem ipſi exhibendam ſubordinate conceſſum, * eodem modo, quo vaſallo feudum a ſuo domino conſtitutum, & vo-

Mm 2 catur

* *II. F. 3. II. F. 26. c. Beneficium.* HARTMANN. PISTORIS *P. II. qu. XLIV. n. 2.* ANDR. KOHL *de ſubfeudis Cap. XIV. num. 32. ſeqq.* Celeb. ESTOR equidem *kleinen Schrifften P. III. pag. 728.* potiſſimum §. 48. ſubfeuda ab Imperii Statibus conſtitui poſſe arbitratur, tanquam certum fœderis pangendi medium, quod tamen minoribus vaſallis denegat. Aſt in Franconia, Pomerania, immo etiam Saxonia noſtra exempla ſunt in contrarium, prout ſuperius cap. VI. §. I. fuit dictum. Sic etiam in Iure antiquo Feudali apud LÜNIGIVM *Corpore Iuris Feud. Germ. Tom. I. p. 239.* definit: *Eyn Leben mag durch den Lebenmann eynem andern (doch ohne Betrug) zu Leben geben werden. Doch das eynem, der Lebens Gnos ſei geben werd.* Idem dicitur p. 246. & p. 251. *Dergleichen mag auch eyn Lebenmann, on Verwilligung ſeines Herrn, das Leben nit vereuſſern, mags aber zu Afterlehn geben: doch das die zweyt Perſon dem Leben zu dienen füglich.* Sic etiam ſubuaſallos in Auſtria reperiri docet

catur *subfeudum*, *retrofeudum*, *postfeudum*, *Afterleben*,** & qui tale accepit, *subvasallus*, *vasallus vasalli*, *** *subinfeudatus*, *subinuestitus*, *Affter-Lehnmann* vocatur. Antiquissimi est instituti, Iure Germanico * non solum, sed etiam ex constitutione Conradi Salici, ** Lotharii, *** & Friderici I. Iure Longobardico notum. Constituitur illud in re feudali, nec refert, an totum feudum rursus alteri in subfeudum det vasallus, an saltim partem eiusdem. **** Idem de feudo Regali, cuius pars non solum, sed etiam totum feudum in subfeudum conceditur, inde territoria subinfeudata.* Immo etiam feudum Ecclesiasticum

nos LÜNIG *Tom. II. p. 352.* & Ferdinandi I. Priuilegium de a. 1528. *c. l. p. 325.*

** EYBEN *El. Iur. Feud. Cap. III.* §. *XI.*

*** Idem etiam obtinet IVRE FEVD. SAX. *c. XIV. Alemann. c. XXX. ein Gut mag maniges Herren sin als das es ein Man dem andern libt.*

* *II.* F. *34. c. similiter.*

** *II.* F. *29.*

*** *II.* F. *55. c. illud quoque.*

**** *II.* F. *55. circa fin.* Contradicit tamen THOMASIVS *de caus. prohib. alien.* §. *IX.* dum vix casus concipi possit, vbi fraus non subsit.

* KOHL *de subfeudis Cap. I. num. 7. Cap. II. num. 9.* ROSENTHAL *Cap. IX. concl. XLIV. n. 10.*

clesiasticum præuiis requisitis, in subfeudum recte poterit concedi, dum nullum inde Ecclesiæ afferatur præiudicium.** Subsistit etiam tale subfeudum non in persona tertia solum, sed etiam in infinitum, *** si cum Domini consensu constituatur.

equidem contradicunt, & partem saltim, non vero totum feudum regale in subfeudum concedi posse, contendunt. Ast, contrarium docet ERICVS MAVRITIVS *Posit. Feudal. Dec. XIII. 7.* ITTER *Cap. XXII. §. IV. V. n. 4.* Exemplum adducens Comitatus Falckenstein, quem Imperialis feudi iure recipit Dux Lotharingiæ, & Falckensteiniis subfeudi legi iterum concedit. Simile exemplum supra *p. 76.* de Vlrico Pataiensi Episcopo adduxi. Sic etiam Senense territorium beneficiali lege ab Imperio tenet Dux Mediolanensis & M. Hetruriæ Duci in subfeudum concedit. Plura exempla adducit Dnus a LVDEWIG *de primo foro subfeudorum Imperii*, PVCHOLTZ *diss. II.* & potissimum MICH. HENR. GRIBNER *de Territorio subordinato.*

** KOHL *Cap. V. n. 10.* B. PARENS *n. 1.*

*** ER. MAVRITIVS *Posit. Feud. dec. XIII. num. 6.* ITTER *Cap. II. §. VII.* SCHILTER *ad Cap. XLIX.* HORN *Resp. XV.* IO. GEORG DEGNER *de subinfeudatione.*

§. V.

Requisita subfeudi constituendi.

Constitutio vero subfeudi vel gratis fieri potest, vel pretio interueniente, * sincere tamen fieri debet, non callide,** ne ficta subsit alienatio, nec vergere debet in domini damnum & præiudicium. *** Aptiori etiam subfeudum dare poterit vasallus, non æque potentiori, quem dominus in officio continere nequeat, & a quo difficilis sit seruitiorum exactio. * Eadem autem lege concedi subfeudum debet, ac ipse vasallus habuerit, dum ipse non habeat plenum dominium. ** Quod si tamen fecerit, valet equidem a parte vasalli, potis-

* *I.* F. *1. c. notandum. 16. II.* F. *3. c. 1.* B. PARENS *Aph. XI. n. 7. 8.*

** *II.* F. *52. 55. c. callidis. II.* F. *9. verb. quod & ipsum sincere hodie & sine fraude licet ei facere.*

*** *II. F. 34. c. similiter.*

* ROSENTHAL *Cap. IX. concl. XLIV.* B. PARENS *Cap. XII. aph. XI.*

** *II.* F. *34. c. similiter profecto ille, qui suum beneficium alii dat in feudum, non debet alia lege dare, nisi qua ipse habeat, vt si habeat sibi suisque heredibus (quod intelligi debet de solis masculis) non debet alii dare, vt habeat ipse & sui heredes masculi & fœminæ vnde quibusdam placet.*

potissimum in feudis Regalibus a parte concedentis, non æque a parte domini, cui vasallus præiudicium nequit adferre, sed resoluto iure subinfeudantis, resoluitur etiam ius subfeudi. * Minui tamen potest ius subuasalli.

§. VI.

Constituitur subfeudum perinde ac feudum per inuestituram, fit vasallus vasalli sui dominus directus, hic vero ipsius dominus vtilis, ** obligatus est subuasallus concedenti vasallo, cui iurauit, ad fidem & seruitia. *** Tenetur tamen etiam domino vasalli ad honorem & reuerentiam exhibendam, ni subfeudo velit priuari. * Huius sub-

Subfeudum qua ratione constituatur.

* B. PARENS *Aph. XI. num. 5.*

** IVRE FEVDALI SAXONICO *Cap. LXXX. Wer an oberſten Herrn Lehnung oder Anweiſung mit ſeinem Guthe ſinnet, weiſet Er Ihm denn an ſeines Unter-Herr Ungenoſſen.*

*** *II. F. 55.* §. *illud quoque.* Obiicitur quidem *II. F. 34. c. similiter.* verb. *ad hoc, vt feudum si contigerit domino similiter seruire vt & pior possit.* verum sensus est, quod subvasallus ad seruitia æque habilis esse debeat ac vasallus. IVS FEVDALE ALEMANNICVM *Cap. XXXIV.* & ibi SCHILTERVS, B PARENS *Aphor. XII.*

* *II. F. 53. c. illud quoque præcipimus.*

ſubvaſallus omnia iura habet vaſalli.** Olim quidem ſubfeudum pro lubitu poterat auferri, *** progreſſu temporis vero eandem cum feudis obtinuerunt naturam. **** Hodie igitur non niſi ob culpam ſubvaſalli, in ſubinfeudantem vel dominum commiſſam. Aufertur & reuertitur ad ſubinfeudantem, dominum immediatum, modo requiſiuerit ſubvaſallum, vt ſatisfaceret, quod ſi omiſerit, feudum venit ad dominum maiorem. ***** Ceſſat etiam ſubfeudum ex pacto, ſi ad certum tempus, vel ſub certis conditionibus fuerit conceſſum. Reſoluitur etiam ſubfeudum reſoluto iure ſubinfeudantis, quod fit vel morte, ſi vaſallus ſine hæredibus feudalibus fuerit extinctus, vel culpa, ſi vaſallus feudo fuerit priuatus. Si enim liberos reliquerit ſubinfeudans, ad eosdemque feudum transmiſerit, tenentur iſti renouare ſubinfeudationem, etiam in feudo antiquo, & ex pacto & prouiden-

** ROSENTHAL *Cap. XII. concl. I. n. 72.* B. PARENS *Aph. XII. num. 4.*

*** *I. F. 4. c. notandum.*

**** *I. F. 7. §. Moderni. II. F. 10. §. ſed hodie.* ROSENTHAL *Cap. X. concl. VIII.*

***** *II. F. 55. §. illud quoque.* ROSENTHAL *Cap. X. concl. IX.*

dentia.* Liberis vero non extantibus, iure veteri equidem etiam tunc, si subvasallus a domino superiori subfeudum recognoscere voluerit, illud retinere poterat.** Aliud de iure nouo, siue ad adgnatos feudum fuerit reuersum, isti ad subfeudum subvasallo relinquendum non obligantur, ne forte dominus alium quam voluerit, adquirat vasallum, *** nisi cum ipsorum consensu

Mm 5 fuerit

* *I. F. 3. c. fin. II. F. 45. II. F. 58. c. item sciendum. II. F. 83.* KOHL *Cap. vlt.*

** *II.* F. *9. si autem dissentiente domino vendebat, siue per feudum inuestiebat (quod & ipsum sincere hodie & sine fraude licet facere) si tamen sine harede masculo descendente decedebat, vel feudum in manu domini refutabat aut alia forte ratione intercedente culpa, amittebat, tunc omnis feudi alienatio ad irritum reuocabatur, eo excepto, quod ille, qui secundo loco beneficium acceperat, non amittebat, si priori domino seruire, & ab eo feudum recognoscere volebat.* Idem dicitur IVRE FEVD. SAXONICO *Cap. XXV.* Adde THOMASII *Selecta Feudalia, pag. 339.* IVS FEVD. ALEMANNICVM vero *Cap. XXXIII.* vasallum hoc casu subvasallo ad euictionem teneri, tradit, & ibi SCHILTERVS. HORN *Cap. XIX. §. XIII.*

*** *I. F. 4. c. rursus 5. II. F. 12. 83.* HARTM. PISTORIS *Lib. II. qu. XLIV. n. 10. sqq.*

fuerit constitutum, vel res infeudari solita, vel feudum fuerit mere hæreditarium, vel etiam Dominus & adgnati in feudo succedentes insimul fuerint hæredes allodiales. * Alias domino nec præscriptio obstat, si vel maxime vasallus per 30. & plures annos subfeudum possederit, cum domino ante casum existentem, nullum ius agendi competierit. **

§. VII.

Refutatio feudi.

Deinde etiam vasallus feudum suum poterit cedere, siue refutare, *die Lehn aufheben, aufkündigen, auflassen.* Refutatio

B. PARENS *Aph. XII. num. 4.* HORN *Cap. XIX. §. XIII.* Idem circa feuda Imperii obtinere, docet ITTERVS *Cap. XXII. §. VIII.*

* HARTMANN PISTORIS *Lib. II. qu. XLIV. num. 6.* KOHL *Cap. vlt. n. 61.* ROSENTHAL *Cap. IX. concl. XLVIII. num. 8.* B. PARENS *Aph. XIII.* HORN *Cap. XIX. §. XII.* MART. FRECCIA, ANDR. KOHL, ERNESTVS WILH. VOGEL, WILHELM LEYSER, GEORGIVS RADOVIVS, IOAN. HENR. SINOLT, SCHÜTZ, *de subfeudis.* IACOB FRID. LVDOVICI *Dissert. de Domino Vasalli vasallo*, Dnus de LVDEWIG *de primo foro subfeudorum Imperialium.* LVDOVICI *Lehn-Proceß Cap. I. §. XCVIII.*

** ROSENTHAL *Cap. IX. concl. LXXXIII. n. 9.* B. PARENS *Obseru. Feud. Cap. X. n. 10.*

tatio iſta fit vel domino, ipſo etiam inuito, modo non fuerit intempeſtiua, vel alias in feudo ſucceſſuro, ſiue proximior ſiue remotior, ſiue etiam extraneus, ſi modo hoc fiat cum domini conſenſu.* Quod

* *II. F. 9. II. F. c. 1. 14.* IVS ALEMANN. *Cap. V. LXIX.* Hanc etiam refutationem in feudis Imperii locum habere, pluribus illuſtrat exemplis ITTERVS *Cap. XXII. §. IX.* In Rudolphi Habsburgici diplomate Reinhardo de Hagenouia & eius filio conceſſo: *Iudicium in Moutin dictum Vrigerichte, quod nobilis Vir L. Comes de Zeginhagen a Nobis & Imperio tenebat, in fœdum de liberalitate Regia concedimus titulo fœdali, maxime, cum idem Comes memoratum fœdum in manus regias libere reſignauit.* Sic in Conradi II. Imp. diplomate de a. 1142. apud LVDEVVIG *Reliqu. MS.* Tom. IV. p. 242. *ea propter omnibus Chriſti noſtrisque fidelibus, tam futuris quam præſentibus notum eſſe volumus, qualiter Marchio Theobaldus beneficium, quod Hugo de Chranichſeld fidelis noſter, ab eo iure homagii poſſidebat, nobis libere reſignauit, ſuaque petitione prædictum beneficium eidem Hugoni de Chranichperg, regia authoritate in proprium tradidimus.* In AVB. MIRÆI *Codice Donat. Piarum cap. CV.* Henricus II. Lotharingiæ & Brabantiæ Dux a. 1243. teſtatur, *quod Goſuinus Miles, dictus Bock totum feodum, quod de*

iam de feudo litigioſo ante latam ſententiam tanſigere, dum hoc nec in domini nec adgnatorum vergat præiudicium, atque euentus litis adhuc ſit dubius, * ſi modo nulla fraus ſubfuerit, ** nec vaſallus iamdum in feudi litigioſi ſit poſſeſſione. Tutius tamen domini atque adgnatorum conſenſus adhibetur. ***

§. IV.

Vaſallus poteſt ſubfeudum conſtituere

Licet autem alienatio feudi vaſallo non liceat, poteſt tamen ſubfeudum con-

* *II. F. 26. c. ſi vaſallus de beneficio ſuo agat, vel conueniatur, ſiue obtineat, ſiue non (licet ignorante domino fiat) omni tempore firmum erit illud iudicium. Nam & transigere recte poterit, nec quod accepit transactionis nomine, feudum erit, II. F. 43.* Idem circa feuda Imperii obtinet, ITTER *Cap. XXII. §. VI.*

** *II. F. 43. verb. dum modo fraudulenter actum non ſit.* TORNOVIVS *pag. 248.* B. PARENS *Cap. XII. aph. VIII. num. 5. ſeqq.*

*** B. PARENS *num. 7.* TORNOVIVS *p. 348.* Quare etiam SCHRADER *Part. VIII. cap. I. num. 43. ſeqq.* & NAEVIVS *Conſ. II. n. 57. 58.* plane negant, vaſallum ſine Domini conſenſu poſſe tranſigere. Adde GOTHOFR. BARTHII *Diſſert. de poteſtate vaſallorum litigandi nec non tranſigendi de feudo.*

conſtituere, dum ipſe maneat adhuc vaſallus, vel etiam feudum ſuum refutare. Eſt igitur ſubfeudum vtile dominium, a vaſallo in feudo ſuo, alteri æque habili, ſub obligatione ad fidem ipſi exhibendam ſubordinate conceſſum, * eodem modo, quo vaſallo feudum a ſuo domino conſtitutum, & vocatur

Mm 2

* *II. F. 3. II. F. 26. c. Beneficium.* HARTMANN. PISTORIS *P. II. qu. XLIV. n. 2.* ANDR. KOHL *de ſubfeudis Cap. XIV. num. 32. ſeqq.* Celeb. ESTOR equidem *kleinen Schrifften P. III. pag. 728.* potiſſimum §. 48. ſubfeuda ab Imperii Statibus conſtitui poſſe arbitratur, tanquam certum fœderis pangendi medium, quod tamen minoribus vaſallis denegat. Aſt in Franconia, Pomerania, immo etiam Saxonia noſtra exempla ſunt in contrarium, prout ſuperius cap. VI. §. I. fuit dictum. Sic etiam in Iure antiquo Feudali apud LÜNIGIVM *Corpore Iuris Feud. Germ. Tom. I. p. 239.* definit: *Eyn Leben mag durch den Lebenmann eynem andern (doch ohne Betrug) zu Leben geben werden. Doch das eynem, der Lebens Gnos ſei geben werd.* Idem dicitur p. 246. & p. 251. *Dergleichen mag auch eyn Lebenmann, on Verwilligung ſeines Herrn, das Leben nit vereuſſern, mags aber zu Afterlehn geben: doch das die zweyt Perſon dem Leben zu dienen füglich.* Sic etiam ſubuaſallos in Auſtria reperiri docet

catur *subfeudum*, *retrofeudum*, *postfeudum*, *Afterleben*,** & qui tale accepit, *subvasallus*, *vasallus vasalli*, *** *subinfeudatus*, *subinuestitus*, *After-Lehnnmann* vocatur. Antiquissimi est instituti, Iure Germanico * non solum, sed etiam ex constitutione Conradi Salici, ** Lotharii, *** & Friderici I. Iure Longobardico notum. Constituitur illud in re feudali, nec refert, an totum feudum rursus alteri in subfeudum det vasallus, an saltim partem eiusdem. **** Idem de feudo Regali, cuius pars non solum, sed etiam totum feudum in subfeudum conceditur, inde territoria subinfeudata.* Immo etiam feudum Eccle-

nos LÜNIG *Tom. II. p.352.* & Ferdinandi I. Priuilegium de a. 1528. *c. l. p.325.*

** EYBEN *El. Iur. Feud. Cap. III.* §. *XI.*

*** Idem etiam obtinet IVRE FEVD. SAX. *c. XIV. Alemann. c. XXX. ein Gut mag maniges Herren sin als das es ein Man dem andern liht.*

* *II.* F. *34. c. similiter.*

** *II.* F. *29.*

*** *II.* F. *55. c. illud quoque.*

**** *II.* F. *55. circa fin.* Contradicit tamen THOMASIVS *de caus. probib. alien.* §. *IX.* dum vix casus concipi possit, vbi fraus non subsit.

* KOHL *de subfeudis Cap. I. num. 7. Cap. II. num. 9.* ROSENTHAL *Cap. IX. concl. XLIV. n. 10.*

cleſiaſticum præuiis requiſitis, in ſubfeudum recte poterit concedi, dum nullum inde Eccleſiæ afferatur præiudicium.** Subſiſtit etiam tale ſubfeudum non in perſona tertia ſolum, ſed etiam in infinitum, *** ſi cum Domini conſenſu conſtituatur.

equidem contradicunt, & partem ſaltim, non vero totum feudum regale in ſubfeudum concedi poſſe, contendunt. Aſt, contrarium docet ERICVS MAVRITIVS *Poſit. Feudal. Dec. XIII. 7.* ITTER *Cap. XXII. §. IV. V. n. 4.* Exemplum adducens Comitatus Falckenſtein, quem Imperialis feudi iure recipit Dux Lotharingiæ, & Falckenſteiniis ſubfeudi legi iterum concedit. Simile exemplum ſupra *p. 76.* de Vlrico Pataüienſi Epiſcopo adduxi. Sic etiam Senenſe territorium beneficiali lege ab Imperio tenet Dux Mediolanenſis & M. Hetruriæ Duci in ſubfeudum concedit. Plura exempla adducit Dnus a LVDEWIG *de primo foro ſubfeudorum Imperii*, PVCHOLTZ *diſſ. II.* & potiſſimum MICH. HENR. GRIBNER *de Territorio ſubordinato.*

** KOHL *Cap. V. n. 10.* B. PARENS *n. 1.*

*** ER. MAVRITIVS *Poſit. Feud. dec. XIII. num. 6.* ITTER *Cap. II. §. VII.* SCHILTER *ad Cap. XLIX.* HORN *Reſp. XV.* IO. GEORG DEGNER *de ſubinfeudatione.*

§. V.

Requisita subfeudi constituendi.

Constitutio vero subfeudi vel gratis fieri potest, vel pretio interueniente, * sincere tamen fieri debet, non callide, ** ne ficta subsit alienatio, nec vergere debet in domini damnum & præiudicium. *** Aptiori etiam subfeudum dare poterit vasallus, non æque potentiori, quem dominus in officio continere nequeat, & a quo difficilis sit seruitiorum exactio. * Eadem autem lege concedi subfeudum debet, ac ipse vasallus habuerit, dum ipse non habeat plenum dominium. ** Quod si tamen fecerit, valet equidem a parte vasalli, potis-

* *I. F. 1. c. notandum. 16. II. F. 3. c. 1.* B. PARENS *Aph. XI. n. 7. 8.*

** *II. F. 52. 55. c. callidis. II. F. 9. verb. quod & ipsum sincere hodie & sine fraude licet ei facere.*

*** *II. F. 34. c. similiter.*

* ROSENTHAL *Cap. IX. concl. XLIV.* B. PARENS *Cap. XII. aph. XI.*

** *II. F. 34. c. similiter profecto ille, qui suum beneficium alii dat in feudum, non debet alia lege dare, nisi qua ipse habeat, vt si habeat sibi suisque hæredibus (quod intelligi debet de solis masculis) non debet alii dare, vt habeat ipse & sui hæredes masculi & fæminæ vnde quibusdam placet.*

potiſſimum in feudis Regalibus a parte concedentis, non æque a parte domini, cui vaſallus præiudicium nequit adferre, ſed reſoluto iure ſubinfeudantis, reſoluitur etiam ius ſubfeudi. * Minui tamen poteſt ius ſubuaſalli.

§. VI.

Subfeudum qua ratione conſtituatur.

Conſtituitur ſubfeudum perinde ac feudum per inueſtituram, fit vaſallus vaſalli ſui dominus directus, hic vero ipſius dominus vtilis, ** obligatus eſt ſubuaſallus concedenti vaſallo, cui iurauit, ad fidem & ſeruitia. *** Tenetur tamen etiam domino vaſalli ad honorem & reuerentiam exhibendam, ni ſubfeudo velit priuari. * Huius ſub-

* B. PARENS *Aph. XI. num. 5.*

** IVRE FEVDALI SAXONICO *Cap. LXXX. Wer an oberſten Herrn Lehnung oder Anweiſung mit ſeinem Guthe ſinnet, weiſet Er Ihm denn an ſeines Unter-Herr Ungenoſſen.*

*** *II. F. 55.* §. *illud quoque.* Obiicitur quidem *II. F. 34. c. ſimiliter.* verb. *ad hoc, vt feudum ſi contigerit domino ſimiliter ſeruire vt & pior poſſit.* verum ſenſus eſt, quod ſubvaſallus ad ſeruitia æque habilis eſſe debeat ac vaſallus. IVS FEVDALE ALEMANNICVM *Cap. XXXIV.* & ibi SCHILTERVS. B PARENS *Aphor. XII.*

* *II. F. 53. c. illud quoque præcipimus.*

ſubvaſallus omnia iura habet vaſalli.** Olim quidem ſubfeudum pro lubitu poterat auferri, *** progreſſu temporis vero eandem cum feudis obtinuerunt naturam. **** Hodie igitur non niſi ob culpam ſubvaſalli, in ſubinfeudantem vel dominum commiſſam. Aufertur & reuertitur ad ſubinfeudantem, dominum immediatum, modo requiſiuerit ſubvaſallum, vt ſatisfaceret, quod ſi omiſerit, feudum venit ad dominum maiorem. ***** Ceſſat etiam ſubfeudum ex pacto, ſi ad certum tempus, vel ſub certis conditionibus fuerit conceſſum. Reſoluitur etiam ſubfeudum reſoluto iure ſubinfeudantis, quod fit vel morte, ſi vaſallus ſine hæredibus feudalibus fuerit extinctus, vel culpa, ſi vaſallus feudo fuerit priuatus. Si enim liberos reliquerit ſubinfeudans, ad eosdemque feudum transmiſerit, tenentur iſti renouare ſubinfeudationem, etiam in feudo antiquo, & ex pacto & prouiden-

** ROSENTHAL *Cap. XII. concl. I. n. 72.* B. PARENS *Aph. XII. num. 4.*

*** *I. F. 4. c. notandum.*

**** *I. F. 7. §. Moderni. II. F. 10. §. ſed hodie.* ROSENTHAL *Cap. X. concl. VIII.*

***** *II. F. 55. §. illud quoque.* ROSENTHAL *Cap. X. concl. IX.*

dentia.* Liberis vero non extantibus, iure veteri equidem etiam tunc, si subvasallus a domino superiori subfeudum recognoscere voluerit, illud retinere poterat.** Aliud de iure nouo, siue ad adgnatos feudum fuerit reuersum, isti ad subfeudum subvasallo relinquendum non obligantur, ne forte dominus alium quam voluerit, adquirat vasallum, *** nisi cum ipsorum consensu

 fuerit

* *I. F. 3. c. fin. II. F. 45. II. F. 58. c. item sciendum. II. F. 83.* KOHL *Cap. vlt.*

** *II.* F. *9. si autem dissentiente domino vendebat, siue per feudum inuestiebat (quod & ipsum sincere hodie & sine fraude licet facere) si tamen sine herede masculo descendente decedebat, vel feudum in manu domini refutabat aut alia forte ratione intercedente culpa, amittebat, tunc omnis feudi alienatio ad irritum reuocabatur, eo excepto, quod ille, qui secundo loco beneficium acceperat, non amittebat, si priori domino seruire, & ab eo feudum recognosere volebat.* Idem dicitur IVRE FEVD. SAXONICO *Cap. XXV.* Adde THOMASII *Selecta Feudalia, pag. 339.* IVS FEVD. ALEMANNICVM vero *Cap. XXXIII.* vasallum hoc casu subvasallo ad euictionem teneri, tradit, & ibi SCHILTERVS. HORN *Cap. XIX. §. XIII.*

*** *I. F. 4. c. rursus 5. II. F. 12. 83.* HARTM. PISTORIS *Lib. II. qu. XLIV. n. 10. sqq.*

fuerit conftitutum, vel res infeudari fo-lita, vel feudum fuerit mere hæreditarium, vel etiam Dominus & adgnati in feudo fuccedentes infimul fuerint hæredes allodiales. * Alias domino nec præfcriptio obftat, fi vel maxime vafallus per 30. & plures annos fubfeudum poffederit, cum domino ante cafum exiftentem, nullum ius agendi competierit. **

§. VII.

Refutatio feudi.

Deinde etiam vafallus feudum fuum poterit cedere, fiue refutare, *die Lehn aufheben, aufkündigen, auflaffen.* Refutatio

B. PARENS *Apb. XII. num. 4.* HORN *Cap. XIX. §. XIII.* Idem circa feuda Imperii obtinere, docet ITTERVS *Cap. XXII. §. VIII.*

* HARTMANN PISTORIS *Lib. II. qu. XLIV. num. 6.* KOHL *Cap. vlt. n. 61.* ROSENTHAL *Cap. IX. concl. XLVIII. num. 8.* B. PARENS *Apb. XIII.* HORN *Cap. XIX. §. XII.* MART. FRECCIA, ANDR. KOHL, ERNESTVS WILH. VOGEL, VVILHELM LEYSER, GEORGIVS RADOVIVS, IOAN. HENR. SINOLT, SCHÜTZ, *de fubfeudis.* IACOB FRID. LVDOVICI *Differt. de Domino Vafalli vafallo*, Dnus de LVDEVVIG *de primo foro fubfeudorum Imperialium.* LVDOVICI *Lehn-Proceß Cap. I. §. XCVIII.*

** ROSENTHAL *Cap. IX. concl. LXXXIII. n. 9.* B. PARENS *Obferu. Feud. Cap. X. n. 10.*

tatio ista sit vel domino, ipso etiam inuito, modo non fuerit intempestiua, vel alias in feudo successuro, siue proximior siue remotior, siue etiam extraneus, si modo hoc fiat cum domini consensu.* Quod

* *II. F. 9. II. F. c. 1. 14.* IVS ALEMANN. *Cap. V. LXIX.* Hanc etiam refutationem in feudis Imperii locum habere, pluribus illustrat exemplis ITTERVS *Cap. XXII. §. IX.* In Rudolphi Habsburgici diplomate Reinhardo de Hagenouia & eius filio concesso: *Iudicium in Moutin dictum Vrigerichte, quod nobilis Vir L. Comes de Zeginhagen a Nobis & Imperio tenebat, in fœdum de liberalitate Regia concedimus titulo fœdali, maxime, cum idem Comes memoratum fœdum in manus regias libere resignauit.* Sic in Conradi II. Imp. diplomate de a. 1142. apud LVDEVVIG *Reliqu. MS.* Tom. IV. p. 242. *ea propter omnibus Christi nostrisque fidelibus, tam futuris quam præsentibus notum esse volumus, qualiter Marchio Theobaldus beneficium, quod Hugo de Chranichfeld fidelis noster, ab eo iure homagii possidebat, nobis libere resignauit, suaque petitione prædictum beneficium eidem Hugoni de Chranichperg, regia authoritate in proprium tradidimus.* In AVB. MIRÆI *Codice Donat. Piarum cap. CV.* Henricus II. Lotharingiæ & Brabantiæ Dux a. 1243. testatur, *quod Gosuinus Miles, dictus Bock totum feodum, quod de*

Quod si vero feudum antiquum domino vel adgnatis remotioribus cesserit vasallus, post refutantis & filiorum eius mortem, reuocare illud possunt adgnati proximiores. * Si vni ex pluribus adgnatis proximioribus feudum refutauerit, reliquis pro rata ius reuocandi competit. Locum etiam reuocatio feudi ab adgnatis habet, viuo adhuc vasallo, aut superstitibus eiusdem filiis intra annum, pretio interueniente. Si vero adgnatus, cui feudum cessum, ante decesserit, quam refutans, hic in feudo succedit, nisi feudum ita refutauerit, vt dominus eum de nouo inuestiret, tunc enim quasi nouum fit feudum. ** Cedens vero per refutationem, licet ad seruiendum non teneatur, dominum tamen non debet offendere.***

§. VIII.

Dominus ad quænam vasallo sit obligatus.

Dominus etiam vasallo vicem reddere

nobis tenebat in territorio de Heimicsem in manus nostras quasi veri Domini, & Superioris ipsius feodi reportauit, atque iusto modo werpuit.

* *II. F. 26. c. Titius, II. F. 30.* Exemplum vide apud LVDEVVIG. *Reliqu. Tom. II. pag.* 255. 257.

** *II. F. 14.*

*** *II. F. 38.* B. PARENS *Cap. XII. aph. X.*

re tenetur, * hoc eſt fidem vaſallo præſtare, & loco ſeruitiorum ipſi officia præſtare. Hinc obligatus eſt ad protectionem vaſalli, eiusdemque familiæ, cauere debet, ne vaſallo eiusdemque familiæ & rebus vis inferatur, vel periculum vitæ ſtruatur, ipſius mala auertere, ſecreta non pandere, commoda promouere, exiſtimationem ipſius ſaluam conſeruare, ipſum non cucurbitare, ipſi debitam iuſtitiam reddere tenetur, ** nec tamen ipſum captiuum redimere. ***

* Adde IO. OTTONIS TABORIS *diſſertat. de Feudi refutatione. II. F. 6.* IVRE FEVDALI ALEMANNICO *Cap. LXIX.*

** vide PHIL. KNIPSCHILD *de obligatione domini erga vaſallum.* EYBEN *Electis Cap. XI. §. X.* CRAGIVM *II. F. 1.* HORN *Cap. XVIII. §. XXI.*

*** Communis eſt traditio, Fridericum, Saxoniæ Electorem Conrado Kauffungo, qui in bello ipſius cum Wilhelmo fratre captiuus factus, lytrum denegaſſe, FABRICIVS *Origg. Saxon. Lib. VII. pag. 717.* ALBINVS *Chron. Misn. tit. XXI.* cum tamen contrarium pateat ex litteris Friderici Electoris apud VVECKIVM *Chron. Dresd. pag. 166.* Vide RECHENBERG *de raptu Erneſti atque Alberti §. IV. V.*

CAP.

CAPVT XVIII.
DE CONTRACTIBVS CIRCA FEVDVM.

§. I.

Feuda qua ratione possint alienari.]

VAsallus, dum non plenum in feudo habeat dominium, non libere de eodem disponit. Olim quidem vasallus, inscio etiam domino, mediam partem feudi poterat alienare.* Per Constitutionem Lotharii II.** vero & Friderici

* *I. F. 13. II. F. 9. necessitate namque suadente, poterat olim vasallus domino inscio vel inuito feudi partem vendere, retenta videlicet alia parte. Si vero vel totum vel partem volebat per feudum aliquem inuestire, hoc licebit & sine fraude facere. II.* F. *44.*

** *I.* F. *13. II.* F. *8. c. e contrario.* Agit hac de re GERVASIVS TILBERIENSIS *Otiis Imperalibus pag. 942.* de Lothario scribens: *Hic Legem feudorum primus instituit, sanciens, vt nullus feudum, vel partem feudi audeat vendere seu impignorare, vel quocunque modo alienare, sine permissione maioris domini, ad quem feudum spectare dignoscitur. Huic sane Constitutioni, quia futuris tantum, & non praeteritis, formam dabat negotiis, Fredericus*

derici I. *** Imp. illud nec totum, nec ex patre, dum hoc vergat contra naturam feudi, & domino adferatur præiudicium, * fine fpeciali domini ** & adgnatorum *** vel fimultanee inuefti-

Imperator addidit. Nos autem ad pleniorem regni vtilitatem prouidentes, non folum in pofterum, fed & omnes huiusmodi prius factas alienationes caffamus, & in irritum ducimus, nullius temporis præfcriptione impediente, quod & mihi & meis contulifti.

*** Cuius conftitutio extat *II. F. 56.*

* Vide THOMASII *differt. de cauffis prohibitæ alienationis.*

** Idem poftea per Rudolphum Habsburgicum, dum 1290. apud Erfurdiam pro Tribunali federet, *fententialiter exitit diffinitum, quodneque vafallus, vel alter aliquis fidelis prater fcientiam Domini, ipfa bona, quæ tenet a Domino, non poffit alienare, vel distrahere quoque modo, & fi contrarium fecerit, ipfa bona ad manus Domini deuoluuntur, & de ipfis Dominus poterit ordinare pro lubitu voluntatis* apud SCHATENIVM *Ann. Paderborn. Lib. XII. pag. 169.*

*** *II.* F. *8. c. 1. II.* F. *39. alienatio feudi paterni non valet etiam Domini voluntate, nifi agnatis confentientibus, ad quos beneficium quandoque fit reuerfurum.* MYNSINGER *Cent. IV. obf. LXXXV. num. 1.* STRYK *de Cautelis Teftam. Cap. VI. membr. II. §. 3. 6.*

uestitorum consensu, plene alienare nequit, si vel maxime ob vrgentem necessitatem id fiat, licet hoc casu dominus haut facile consensum possit denegare, * maxime si dominus in hypothecam feudalem consenserit, quam alienatio insequitur. Maxime dum vasallus feudum sine consensu alienans, dominum contemnere videatur, & ne forte Dominus alium, quam quem voluerit, sibi adquirat vasallum, ** nisi per pacta inuestiturae adiecta, hoc ipsi fuerit concessum, & feudum hac lege datum, vt possit alienari, *** vel simultanee inuestiti sub hac conditione fuerint admissi, vel etiam priuilegia, & mores prouinciae hoc concedant, prout in Silesia & Lusatia ex priuilegio Ferdinandi & Maximiliani II. **** Quibus-

* *II. F. 9. 52. 55.* ROSENTHAL *Cap. IX. concl. III. num. 9.* MYNSINGER *VI. obs. XXX. num. 5.* B. PARENS *Cap. XIII. aph. I.*

** *II. F. 12.*

*** Prout Austriacis ex Friderici I. Imp. priuilegio de a. 1156. alienandi facultas fuit concessa.

**** HORN *Cap. XIX. §. I.* Maxime in Lusatia vsitatus *der Vorritt.* Vide potissimum VVOLFGANGVM ADOLPHVM de LEIBNITZ *de alienatione feudorum Lusatiae Superioris*, & GEB-

busdam tamen in terris alienatio bonorum equeſtrium ad manus mortuas per ſtatutum fuit prohibita. **

§. II.

Requiritur igitur ad feudi alienationem, Domini conſenſus ſiue tacitus ſiue expreſſus, * ſola vero ſcientia, & quod dominus contractui interfuerit, non contradixerit, non ſufficit, ** ſecus ſi contractum ſubſcripſerit. *** Si ſubfeu- Conſenſu Domini opus eſt ad feudi alienationem.

HARD CHRISTIAN BASTINELLER *de Priuilegio Ferdinandino.* Inter feuda Imperii alienabilia referri ſolet Dynaſtia Mindelheimenſis. Adde GEORGII ADOLPHI SCHVBARTI *Differtat. de valida feudi abſque domini conſenſu a vaſallo facta alienatione*, vbi varios caſus recenſet, quibus alienatio licita. Addi poteſt FRANCISCI HVBERTI ANTONII diſſ. *de feudorum alienatione licita*, *Argentorati 1703.*

** De quo GEORGIVS CHRISTOPH. CRAMERVS ſingulari egit diſſertatione, *Aldorfi* 1726.

* *II.* F. *52.* *55.* IVS FEVD. ALEMANN. *Cap. XXVI.* SCHRADER *Part. VII. cap. IV. num. 2.* MYNSINGER *IV. obſ. LXXVII. n. 3.* SCHVRFF *Lib. I. conſ. XLI. num. 3.* FACHINAEVS *Lib. VII. cap. VIII.* MATTH. STEIN *de alienatione feudi imperii* THEOD. BOLTZ *de conſenſu Domini in alienatione feudi.*

** MYNSINGER *cit. loc.*

*** VVIDDVOGEL *de reuoc. feud.* §. *XIV.*

feudum alienetur, immediati Domini consensus requiritur.* Si feudum antiquum fuerit, etiam adgnatorum, qui ius quaesitum habent ad successionem, in nouis aeque ac antiquis etiam simultanee inuestitorum.** Olim etiam ad alienationem haeredum consensus requirebatur.*** Hunc autem Domini consensum in alienationem Expectatiuarius nequit impedire.* Secus est de abusiue vel simultanee inuestitis, quibus domini consensus ad alienationem feudi fraudi esse nequit, dum ius ipsorum ad feudi adprehensionem casu existente

* B. PARENS *Cap. XIII. aph. II.*

** *II.* F. *39.* Addi potest LEBR. GVIL. HEYDENREICHS diss. *de alienatione feudorum, quae fit absque Domini directi, adgnatorum & in Saxonia, simultanee inuestitorum consensu.*

*** SAECHSICH LAND-RECHT *Lib. I. art. LII. Ohne der Erben Laub und ohne Gericht mag kein Mann sein eigen Guth noch seine Leüthe vorgeben.* Quare in litteris donationum monasteriis factarum, saepissime *cum haeredum nostrorum consensu & beneplacito.* LVDEWIG *de Simult. Inuestit. differ. I. cap. II. §. VIII. IX.* ANT. MONACHVS *de recta feudorum interpret. Cap. III. num. 33.* SCHILTER *ad cap. LXIV.*

* Supra *Cap. IX. §. XII.*

ſtente dominus interuertere nequeat. ** Nec ſi ideo deneget conſenſum Dominus, vaſallus conquerendi cauſſam habet, dum in arbitrio domini ſit poſitum, an conſenſum præſtare velit vel non, cauſſæ vero denegandi conſenſum, ſunt, ſi apertura ſit proxima, ſi emptor non ſit œconomus, ſi feuda principali ſedi ſint proxima, atque emptor ſit ignobilis. Nouiter in alienatione Ducatus Bremenſis & Stettinenſis Imp. conſenſum denegauit, ob deficientem conſenſum adgnatorum & in alienatione Comitatus Tecklenburgenſis, quia litigioſus. Quod ſi vero dominus in debitum feudale ante inueſtituram abuſiuam conſenſerit, atque ob hoc debitum feudum ſit alienandum, hæc alienatio propter iſtam inueſtituram abuſiuam, quæ ius antea quæſitum non tollit, non poterit impedire.*

§. III.

Non tamen ſolum emptionis, ſed cuiusuis alienationis ſpecies hic intelligitur. ** Quocunque enim contractu, ſiue inter viuos, vtpote venditione, dona- Quæuis alienationis ſpecies intelligitur.

** *II. F. 8.*

* HORNIVS *Obſeru. Feud. III.* vberius hoc declarat.

** *II. F. 9. 42.* & quod dicitur de ven-

donatione, in ſolutum datione, ſiue vltimæ voluntatis, per Teſtamentum, legatum, feudum in alium transferatur, domini conſenſu opus eſt. Quod ſi tamen dominus in alienationem conſenſerit, hoc tamen non ſtatim ad alios caſus erit extendendum *** Litigans tamen de feudo poterit transigere, **** dum nondum certum, an ſit vaſallus, ipſique ſucceſſores feudales feudum inter ſe poſſunt diuidere, dum nulla fiat in extraneum translatio, ordo ſucceſſionis non alteretur, nec alienus vaſallus domino obtrudatur.

§. IV.

Dos & emphyteuſis, qua ratione in feudo ſubſiſtunt.

Nec dotem pater filiæ vel extraneus puellæ in feudo, ſine domini conſenſu poterit conſtituere, * nec donationem propter nuptias. Fœmina tamen feudum in dotem marito dare poteſt, ** ſi

ditione, idem eſt in omnibus alienationibus *II. F. 55. nulli liceat feudum totum, vel partem aliquam vendere, vel pignorare, vel quocunque modo diſtrahere ſeu alienare vel pro anima iudicare ſine permiſſione illius domini, ad quem feudum ſpectare dignoſcitur.*

*** B. PARENS *Conſ. VIII.*

**** Vide ſupra *Cap. XVII. §. III.*

* *II. F. 9. c. donare.*

** *II. F. 13. 17.*

ſi fœmineum fuerit, dum mulier maneat domina dotis, *** ideoque nulla fiat alienatio, ipſi quoque feudi domino hæc dotis conſtitutio potius proſit, quam noceat. Cauendum tamen, ne feudum æſtimato in dotem detur, nec de lucranda dote pactum adiiciatur, cum hoc ſpecies ſit alienationis. **** Maritus vero vſumfructum ſaltim habet in feudo dotali, quousque vxor vixerit, iſta vero defuncta, feudum ad ipſius hæredes feudales deuoluitur, niſi ſimultanee fuerit inueſtitus. ***** Dotalitium etiam in feudo recte conſtitui-

 tur.

*** *l. 30. C. de Iure Dotium.* B. PARENS *Cap. XIII. aph. V.*

**** SCHRADER *Part. VIII. cap. I. n. 36.*

***** IVS FEVDALE SAXONICVM *Cap. VI.* ALEMANNICVM *Cap. CIII. Es mag ein Mann Gut entphahen mit einer Frauen alſs daß er ſie verſtande an dem Gute, wo ſie es bedærffe, und ſolge damit an einen andern Herren obe ir Herr ſtirbe. Der Mann ſoll die Gewer han vor der Frauen, und mag ſie wol das Gut mit Recht nieſſen lan, ſo die Fraue tod iſt, ſo hat des Mannes Leben ein Ende, er en habe denn das Gut entpfangen mit der Frauen mit eins Lebns-Hand*, & ibi SCHILTERVS. Adde PAVLI CHRIST. SCHROEDERI *Diſſert. de feudo ab vxore marito in dotem dato.*

tur. * Nec licet vasallo absque speciali permissione domini, emphyteusin perpetuam, vel simile ius, vtpote libellarium, censuarium, iure feudali constituere, ** nisi res olim quoque hoc

* De quo capite sequenti.

** *II. F. 9. c. 1.* vbi feudum sub libellario nomine concedere prohibetur, dum contractus libellarius saepius pro emphyteutico veniat: GEORGIVS CHRISTOPHOR. ERLABECK equidem in dissert. *de Emphyteusi Rerum Feudalium* §. *XIII. & seqq.* CVRTIVM Iuniorem *de Feudis Part. IV. num. 91.* IOAN. FABRVM *ad Instit.* §. *adeo 3. tit. locati conducti n. 3.* secutus, euincere conatur, vasallum etiam sine domini consensu, rem feudalem in emphyteusin perpetuam posse concedere, idque ideo, quod vasallus potestatem habeat re feudali plenissime vtendi fruendiue, rem possit reddere meliorem, feudum in subfeudum concedere, aliam esse rationem emphyteuseos Romanae & Germanicae, quae etiam vocetur *Lehn.* Et licet species sit alienationis, textus tamen feudales loqui de plena & propria alienatione, cum hic saltim minus plena & impropria interueniat. Contractum libellarium vero & emphyteusin ab inuicem differre. Verum, singula haec locum habent, quousque vasallus, eiusdemque haeredes adhuc in viuis, qui factum defuncti praestare tenentur, dum do-

hoc iure alteri fuerit concessa, vel specialis consuetudo id permittat, dum Emphyteusis sit species alienationis, * atque in emphyteusi plus dominii concedatur, quam in feudo. Quod si tamen fecerit vasallus, feudo quidem non priuatur, sed emphyteusis saltim durat, quoad ipse, vel hæredes eius vixerint, cum eorum morte vero resoluitur.

§. V.

Quod si vero vasallus feudum sine domini consensu scienter alienauerit, ** idemque tradiderit, *** & plene resignauerit, *ob domini contemtum, ** feudo

Vasallus ob alienationem feudi, sine consensu domini, eo priuatur.

mino nullum inde oriatur præiudicium. His vero amplius non existentibus, si feudum domino aperiatur, neque hic, neque adgnati factum defuncti præstare tenentur, atque idem ac de subfeudis est statuendum.

* *Nou. VII. c. 1. l. fin. C. de reb. alien. non alienand.*

** *II. F. 9. 42. 44. 52. 55.*

*** B. PARENS *Cap. XIII. aph. IX. num. 4.* ROSENTHAL *Cap. IX. concl. XII. num. 3.*

* Excusatur tamen vasallus, si feudum saltim sub conditione petendi consensus tradiderit, idemque resignauerit HEIGIVS *Lib. II. quæst. XVIII.* B. PARENS *num. 6.*

** *II. F. 24. c. vlt.*

feudo priuatur, idemque domino aperitur, & feudum ſcienter emens, ** pretium perdit, idemque fiſco adplicatur, licet etiam euictionem promiſerit vaſallus, ** notarius vero, qui Inſtrumentum alienationis ſciens confecit, poſt amiſſionem officii, cum infamiæ periculo, manum amittit. ** Parte feudi ſine domini conſenſu alienata, illa ſaltim parte priuatur vaſallus. *** Si plures etiam fuerint domini, vnius domini conſenſu neglecto, feudum ſaltim pro rata amittitur. * Quod ſi tamen Dominus gratiam facere velit, ſaltim reuocatur ab illo atque irrita fit alie-

** Cum ſciens ad euictionem agere nequeat, *l. 27. C. de euict. l. 7. C. comm. utr. iud.* Idemque patet textu *II. F. 55.* verb. *emtori bonæ fidei ex emto actionem de pretio contra venditorem competere.* Idem etiam conſtitutionibus Electoralibus *Part. II. conſt. XLIX.* definitum. FRANZKIVS *de Euict. num. 122.*

* *II. F. 52.* verb. *precio ac beneficio ſe cariturum agnoſcat.*

** *II. F. 55.* B. PARENS *num. 13.* Adde *Ordin. Maximiliani I. de Notariis.*

*** *II. F. 38. ſi totum, perdat totum, ſi partem, perdat partem, & ad dominum reuertatur.*

* *II. F. 6. 38.*

alienatio. ** Excuſat tamen iuſta ignorantia, ſi ſcilicet rem eſſe feudalem neſciuerit vaſallus, atque tunc, præſtando intereſſe feudum ab emptore poterit vindicare, immo, ab ipſo domino, ſi ad eum feudum deuenerit. *** Dubitans vero non excuſatur, dum ſollicitius inquirere potuiſſet. **** Idem obtinet circa feuda Imperii, quæ etiam ſine conſenſu Imperatoris, Agnatorum, ſimultanee inueſtitorum & confratrum alienari nequeunt. * Olim quoque Statuum Prouincialium, dum circa Prouinciæ Regimen concurrerent, con-

** Exemplum ſingulare apud HENR. BVTKENS *Trophées de Brabant Tom. I. p. 141.* dum forum ſalis & piſcium Antwerpienſe a. 1309. Mechlinenſibus fuiſſet alienatum. Henricus VII. Imp. hanc alienationem decernit irritam, eo *quod vaſallus, qui feudum Domino inconſulto, & ſine conſenſu eiusdem alienat, feudum perdit, & Dominus a quocunque poſſeſſore vindicare poteſt.*

*** *II. F. 26. c. ſi vaſallus feudum. II. F. 42.* SCHRADER *Part. IX. cap. I. num. 45.*

**** B. PARENS *num. 2.*

* Vide MATTH. STEINII *Diſſert. de alienatione immediati feudi Imperii.* GODEFR. de STOCKHAVSEN *de Iure Statibus Imperii circa alienationem Territorii competentis.*

ſenſus requirebatur.** Gaudent tamen ex Cæſarum priuilegio, Archi-Duces Auſtriæ & Marchiones Brandenburgenſes iure alienandi, quod vero in præiudicium adgnatorum vel confratrum fieri nequit.***

§. VI.

Iura Domini circa feudum ſine ipſius conſenſu alienatum.

Competit igitur domino, in feudo ſine ipſius conſenſu alienato, rei vindicatio, ſiue nouum ſiue antiquum fuerit feudum, nec opus eſt ſententia condemnatoria.* Nouum feudum retinet dominus, & pro lubitu de eodem disponit, dum primi adquirentis culpa omnibus, qui cauſſam ab ipſo habent, præiudicet.** Secus de feudis antiquis, quæ domino equidem aperiuntur propter alienationem ſine eius conſenſu factam, hæc tamen culpa adgnatis obeſſe nequit,*** ideoque dominus feu-

** Exempla vide in SYNTAGMATE IVRIS PVBLICI *cap. XXVII. §. XXIII.*

*** STEIN *Cap. IV. §. II.*

* *II. F. 55.* IVS FEVDALE ALEMANNICVM *Cap. XXIII. CVIII.* exemplum in Comitatu Velouienſi, quem Dux Brabantiæ ſine conſenſu Domini dirigentis, Epiſcopi Traiectenſis, vendidit, qui ideo feudum vindicauit HEDA *Chron. Traiect. pag. 77.*

** B. PARENS *Aph. X. num. 2.*

*** *II. F. 26. c. ſi vaſallus.*

feudum tantisper retinet, quousque vasallus alienans & eius hæredes vixerint, illud vero, his extinctis, restituere tenetur. **** Per Constitutiones vero Electorales Saxonicas est ordinatum, vt feudum sine domini consensu alienatum adgnati & simultanee inuestiti statim possint reuocare.*

§. VII.

Liberatur etiam vasallus a feudi priuatione, per clausulam adiectam, *saluo domini consensu*, *bis auf Lehnherrlichen Consens.* ** Deinde, si feudum nondum tradiderit nec resignauerit, vel statim post factam traditionem, contrahentes a contractu rursus recesserint, vel vasallus feudum alienatum reuocauerit, quod, dum contractus sit inualidus, ipsi licet. *** Tertio, si dominus siue tacite, siue expresse condonet, quod ipsi, inuitis etiam adgnatis, Qua ratione vasallus alienans a feudi priuatione liberetur.

**** HARTM. PISTORIS *Part. II. qu. XV.* & *qu. XVII. num. 33.*

* *Part. II. Constitut. XLVIII. XLIX.* & ibi CARPZOV.

** ROSENTHAL *Cap. IX. conclus. XCVIII.* & *C.* HEIGIVS *Part. II. quæst. XVIII. n. 36.* B. PARENS *Aph. XII. num. 1.*

*** B. PARENS *num. 2.* IVRE ALEMANNICO *Cap. LXI.*

tis, licet. **** Non tamen vasallum nuda denuntiatio liberat, dum consensus domini requiratur. Sic etiam feudum mere hæreditarium, sine domini consensu potest alienari. ***** Quod si etiam dominus viuens feudum non vindicauerit, hæredes ipsius etiam ab alienantis hæredibus possunt vindicare.*

§ VIII.

Emptori qua ratione prospiciatur.

Emptori bonæ fidei & nescienti datur actio ex stipulatu, contra venditorem, ad euictionem præstandam.** De eo tamen dubium adhuc subest, an in feudo sine domini consensu alienato præscriptio locum habeat. Si generalitatem textuum sequamur, nullius temporis præscriptio locum habebit. *** Verum, possessorem bonæ fidei per præscriptionem triginta annorum se tueri posse, **** leges & rationes suadent,

**** B. PARENS *num. 3.*

***** *II. F. 48.* B. PARENS *Aph. XIII.*

* B. PARENS *Aph. XII. num. 4. 5.*

** *II. F. 26. c. si vasallus feudum II. F. 55. vers. empti bona fidei.*

*** *II. F. 40. nulla obstante præscriptione. II. F. 55. nullius temporis præscriptione impediente.*

**** *II. F. 26. c. si quis 4. II. F. 33.*

dent, dum per præſcriptionem longi temporis ex re feudali fiat allodialis. *****

§. IX.

Sed de eo quæritur, an dominus dominium directum ſine vaſallorum conſenſu poſſit alienare, quod olim quidem requirebatur, leges * docent & exem- An dominium directum poſſit alienari.

***** Supra *Cap. XI.* §. *XXI.* Adſentientes habemus SCHRADERVM *Part. V. cap. IV. num. 9.* FRANTZKIVM *Lib. III. Reſol. XII.* B. PARENTEM *Apb. X. num. 4.* & *Conſil. VII.* Adde IACOBI HENRICI ZOLLII *Diſſert. de feudi per vaſallum alienati præſcriptione contra Dominum directum.*

* *II. F. 34. c. Ex eadem lege deſcendit, quod dominus ſine voluntate vaſalli feudum alienare non poteſt. Quod Mediolani non obtinet. Ibi enim ſine curia etiam beneficium totum recte alienatur, dum tamen aut æquali domino aut maiori vendatur. Inferiori vero ſine vaſalli voluntate non licet partem alienare, etiam maiori, retenta parte alia feudi.* Deſumptum eſt hoc capitulum ex lege Conradi II. quæ integra extat inter leges Longobardorum, *Lib. III. tit. VIII.* §. *IV.* in qua: *inſuper & omnibus modis prohibemus, vt nullus ſenior, de beneficio ſuorum militum cambium, aut precarium, aut libellum ſine eorum conſenſu facere præſumat. II. F. 55. neç Dominus feudum ſine*

exempla, * ne inuito vaſallo alius obtru-

voluntate vaſalli ad alium transferat. Idem ſtatutum IVRE SAXONICO *Cap. XLVIII.* ALEMANNICO *Cap. LXXXIX.* B. PARENS *Cap. XIII. aph. I. num. 3.*

* Exemplum in Alberto degenere, Thuringiæ Landgrauio, *in Hiſtoria Thuringiæ Landgrauiorum Cap. LXXIII.* dum plura Apitio filio ſuo dediſſe dicitur, atque additur: *& plura alia dediſſet ei in damnum filiorum ſuorum legitimorum, ſi domini terrarum non obſtitiſſent.* Sic, cum Philippus Pulcher, Galliæ Rex, Eduardo II. Angliæ Regi anno 1308. feudum Britanniæ minoris conceſſiſſet, contradicebat Arturus Min. Britanniæ D., ſe non poſſe inuitum domino minus digno cedi. Reſpondit etiam Atzo, ceſſionem illam non valere. SCHILTER *ad cap. LXXXIX.* §. *IV.* Sic, dum Io. Georgius II. Saxoniæ Elector a. 1660. nobilitatem Schriftſaſſicam in præfecturis Weiſſenfelſenſi & Friburgenſi ignorantem & inuitam Auguſto fratri ceſſiſſet, iſti non ſolum inueſtituræ receptionem denegabant, ſed etiam reliqui ſtatus in Comitiis Prouincialibus a. 1661. deſuper conquerebantur, vt Auguſtus huic renuntiare neceſſum haberet, SCHILTER §. *V.* Plura exempla vide apud HERTIVM *de Super. Territ.* §. *LXV. not. vlt. p. 328.* ex quo ſumſit GVNDLING *de Iure oppignorati Territorii p. 30.*

trudatur dominus, vt ſeruitia & fidem illi exhibeat, cui non promiſit. Neque tamen ideo dominium directum dominus amittit, cum domini ius non dependeat a vaſallo, ideoque dici nequeat, in vaſalli contemptum eius conſenſum omitti, ſaltim nulla & irrita eſt alienatio. * Neceſſitas tamen & ſalus publica poſtulant, vt vaſallorum conſenſus non amplius requiratur, ** verum illi vna cum prouincia, nouo domino ceduntur.

§. X.

Nec etiam ſine domini conſenſu pignus, * vel hypotheca in feudo poterit conſtitui, dum priori caſu feudum traditur, poſteriori ius in re in alterum transferatur, & debitore non ſoluente, ad

Ad pignus & hypothecam domini conſenſus requiritur.

* B. PARENS *Aph. IX. num. 14.*

** ROSENTHAL *Cap. IX. concl. LXII. n. 28.* vbi addit, *video hoc plerumque vſu ſeruari, vt cum tota curiæ, caſtra, iurisdictiones, Comitatus cum omnibus ſuis iuribus & pertinentiis alienentur, iura vaſallorum ſimul transeant, idque ſine vlla contradictione.* HORN *Cap. XVII. §. XXII.*

* *I. F. 5.* occurrit *pignus transactum,* ſiue, cuius poſſeſſio ad creditorem eſt translata, prout alias occurrit *LL. Longobard. Lib. I. tit. XXV. leg. LXVIII. II. F. 8. c. vlt. Nam*

ad distractionem perueniatur.** Ipse etiam vasallus consensum petere debet.*** Si tamen sub conditione impetrandi consensus, vasallus hypothecam constituerit, & creditor consensum impetrauerit, hypotheca subsistit.* Nec etiam nuda contractus, cui pignus est insertum, confirmatio, domini consen-

nec pignus, quod consultum dicitur, fieri potest ex feudo. MATTH. de AFFLICTIS *consultum* dici putat, quia consulatur creditori. HOTTOMANNVS antichresin intelligit, CVIACIVS *II. F. 9.* pignus, cuius distractionem creditori permiserit debitor. B. PARENS *Cap. XII. aph. VII. num. 2.* legi mauult *constitutum*, si absque traditione pignus constituatur *II. F. 55.* prout etiam occurrit LEGIBVS LONGOBARD. *Lib. II. tit. XLII. 3.* Vide THOMASIVM *de caussis prohibitae alienationis.* & TOB. REINHARDVM *de oppignoratione feudi non nisi ex consensu domini directi valida.*

** B. PARENS *num. 1.*

*** B. PARENS *num. 4.* in *Obseru. Feud. ad cap. XIII.* illud praeiudiciis confirmat. HORN *Cap. XIX. §. V.* In Ordin. Polit. Magdeburgensi *Cap. VIII. §. XVIII.* sufficit, solum creditorem petiisse.

* BERLICH *Part. II. concl. XXIX. n. 74. §. XII.* CARPZOV *Part. II. constit. XXIII. §. XXIII.*

ſenſum inducit, * ſed verba requiruntur, *Wir conſentiren auch, als Lehn Herr, in die darinn geſchehene Verpfændung.* ** Valet tamen confirmatio, ſi conſenſus domini in contractu ſimul facta fuerit mentio, vel, ſi in cancellaria feudali confirmatio contractus, in quo hypotheca expreſſa, fuerit facta. Nec Iudex, cuius iurisdictioni feudum ſubeſt, illud valide poterit oppignorare, *** nec ſub hypotheca omnium bonorum, etiam feudalis intelligitur, cum ſub eadem ſaltim bona intelligantur, quæ liberæ diſpoſitioni & oppignorationi ſunt obnoxia, **** & hypotheca feudum adficiens, expreſſum requirat conſenſum.

§. XI.

Quod ſi conſenſus domini in hypothecam, ſaltim ad certum tempus fuerit præſtitus, illo tempore elapſo, maxime ſi

Conſenſus qua ratione intelligendus, & quousque duret.

* CARPZOV *Lib. IV. Reſp. XXIX.*

** BRVNNEMANN *Conſ. LXXV. num. 25.* STRYK *de caut. contr. Part. II. cap. IV. §. IV.* HORN *Cap. XIX. §. IV.*

*** CARPZOV *Lib. IV. Reſp. XXX.*

**** *II. F. 26. In generali alienatione vaſalli non continetur feudum, niſi nominatim dictum ſit,* ROSENTHAL *Cap. IX. concl. XIII.*

ſi clauſula caſſatoria fuerit adiecta, expirat, ita, vt tunc opus ſit prorogatione,* quæ etiam ex adiecta clauſula reſeruatoria patet, dum conſenſus domini duret vsque ad reluitionem. Si tamen creditor ante finitum tempus, actionem inſtituerit, durante vero proceſſu, tempus fuerit lapſum, hypothecæ iuri nihil decedit.** Conſenſus iſte eſt ſtricti iuris, nec ad non expreſſa extendendus. Inde, ſi ad venditionem datus, ad oppignorationem non pertinet. *** Neque ad vſuras pertinet conſenſus ratione ſortis præſtitus, ſi ſcilicet vſuræ ex natura negotii circa ſpecialem pactionem non debeantur.**** Licet ſecus ſit in terris Electoralibus Saxonicis.* Hypotheca vero feudalis cum domini conſenſu conſtituta etiam in tertium poteſt transferri, ſine nouo domini conſenſu, cum ſit res allodialis, niſi aliud Legibus introductum.**

§. XII.

* CARPZOV *Part. II. Conſtit. XXIII. def. XXIV.*

** HORN *Cap. XIX.* §. *VI.*

*** HORN §. *VII.*

**** HARTM. PISTORIS *Lib. II. qu. XLIX.* B. PARENS *num. 6.*

* Prout in Electoratu Saxonico. HORN *Cap. XIX.* §. *IX.*

** HORN *Cap. XIX.* §. *VII.* BOEHMER

§. XII.

Quod si igitur hypotheca sine domini & adgnatorum vel simultanee inuestitorum consensu fuerit constituta, vasallus equidem feudo non priuatur, potius ipse obligatur eiusdemque hæredes, vt ex fructibus feudi satisfaciant, dum hoc casu non tam feudum, quam eiusdem fructus hypothecæ subiaceant, *** non æque dominus & adgnati, si feudum ad ipsos fuerit deuolutum. **** Iure Germanico antiquo cautum erat, dominum vasallum feudum suum sine ipsius consensu oppignorantem obligare posse, vt feudum liberet, vel redimat, id quod vasallus, modo præsens sit, intra triplex spatium sex septimanarum, & diei facere debeat. Quod si tamen dominus intra annum & diem non contradixerit, oppignoratio tacito consensu conualescat, ita, vt dominus feudo ad ipsum deuoluto, debitum adgnosce- Qualis obligatio Hypothecæ sine domini consensu.

Oo 2 re

de Hypotheca feudali expressa cap. II. §. XIII.

*** STRYK *de caut. contr. Sect. II. cap. IV. §. XIII.*

**** HEIGIVS *Lib. I. quaest. XX.* HARTM. PISTORIS *Lib. II. qu. XLVIII.* CARPZOV *P. II. Const. XLVI. def. XI.* RICHTER *Dec. LXXVIII. num. 33.* B. PARENS *num. 7.*

re debeat, modo istam oppignorationem non ignorauerit. * Quod si vero solus dominus consenserit, hic equidem obligatur, non æque adgnati vel simultanee inuestiti, licet etiam clausula fuerit adiecta, *daß der gegebene Consens dem Lehn-Herrn seinen Rechten und Gerechtigkeiten auf alle Fælle unnachtheilig und unverfænglich seyn solle*, cum hæc clausula iuri pignoris, quod legitime & perfecte fuit constitutum, nihil detrahat, saltim ius domini directi conseruet illæsum. ** Adgnatis vero & simultanee inuestitis solummodo in hypothecæ constitutionem consentientibus, si feudum ad ipsos fuerit deuolutum, isti regulariter non obligantur, nisi expressis verbis solutionem promiserint, cum domini consensus deficiens alias actum nullum faciat.* Subsistit

* IVR. FEVD. SAX. *Cap.* *LXIX.* ALEMANNICO *Cap. XXVI.* & ibi SCHILTER *Cap. CLV.* HORN *Cap. XIV.* §. *III.*

** B. PARENS *num. 8.*

* CARPZOV *Part. II. Const. XLVI* §. *IX.* Licet indistincte illud affirmet RAVCHBAR *Part. I. quæst. XLV.* B. PARENS *Cap. XIII. aph. XV.* Vide *Dec. Elect. LXVII.* quæ vasallum obligat, sed saltim ex fructibus feudi. HORN *Cap. XIX.* §. *III.*

ſiſtit igitur hypotheca ſolius domini conſenſu munita, ſaluo adgnatorum & ſimultanee inueſtitorum iure, ita tamen, vt poſſeſſio in creditorem poſſit transferri, etiam per antichreſin creditor actione hypothecaria ad feudi distractionem poterit agere, feudum etiam distrahi, ita tamen, vt adgnatis & ſimultanee inueſtitis actio reuocatoria ſalua maneat.**

§. XIII.

Alia tamen eſt ratio circa dominum dirigentem, & poſſeſſorem feudi regalis, qui hodie *** non æque totum feudum, res tamen ſingulares, vtpote præfecturas, villas, pagos, ſine conſenſu Imperatoris vel alienat vel oppignorat, dum ex ſublimi Territorii iure laxior Statuum Imperii quam priuatorum ſit poteſtas. **Poſſeſſores feudi Regalis partem feudi poſſunt oppignorare.**

** Hæcce vberius exponuntur in IOAN. GODORF. BAUERI *Diſſert. de Hypotheca feudali abſque conſenſu adgnatorum & ſimultanee inueſtitorum ſubſiſtens.* Adde B. CASP. ACHATII BECKII diſſ. *de conſenſu feudali* & HENR. HILDEBRANDI diſſ. *de conſenſu hypotheca tam Magiſtratui quam feudi Domino nociuo & non nociuo.*

*** Prout diuerſa exempla adducit SCHILTERVS *ad caput XXVI. Iuris Feud. Alemann.* §. XI.

tis, licet. **** Non tamen vasallum nuda denuntiatio liberat, dum consensus domini requiratur. Sic etiam feudum mere hæreditarium, sine domini consensu potest alienari. ***** Quod si etiam dominus viuens feudum non vindicauerit, hæredes ipsius etiam ab alienantis hæredibus possunt vindicare.*

§ VIII.

Emptori qua ratione prospiciatur.

Emptori bonæ fidei & nescienti datur actio ex stipulatu, contra venditorem, ad euictionem præstandam.** De eo tamen dubium adhuc subest, an in feudo sine domini consensu alienato præscriptio locum habeat. Si generalitatem textuum sequamur, nullius temporis præscriptio locum habebit. *** Verum, possessorem bonæ fidei per præscriptionem triginta annorum se tueri posse, **** leges & rationes suadent,

**** B. PARENS *num. 3.*

***** *II. F. 48.* B. PARENS *Aph. XIII.*

* B. PARENS *Aph. XII. num. 4. 5.*

** *II. F. 26. c. si vasallus feudum II. F. 55. vers. empti bona fidei.*

*** *II. F. 40. nulla obstante præscriptione. II. F. 55. nullius temporis præscriptione impediente.*

**** *II. F. 26. c. si quis 4. II. F. 33.*

dent, dum per præſcriptionem longi temporis ex re feudali fiat allodialis. *****

§. IX.

Sed de eo quæritur, an dominus dominium directum ſine vaſallorum conſenſu poſſit alienare, quod olim quidem requirebatur, leges * docent & exem-

An dominium directum poſſit alienari.

***** Supra *Cap. XI.* §. *XXI.* Adſentientes habemus SCHRADERUM *Part. V. cap. IV. num. 9.* FRANTZKIUM *Lib. III. Reſol. XII.* B. PARENTEM *Apb. X. num. 4.* & *Conſil. VII.* Adde IACOBI HENRICI ZOLLII *Diſſert. de feudi per vaſallum alienati præſcriptione contra Dominum directum.*

* *II. F. 34. c. Ex eadem lege deſcendit, quod dominus ſine voluntate vaſalli feudum alienare non poteſt. Quod Mediolani non obtinet. Ibi enim ſine curia etiam beneficium totum recte alienatur, dum tamen aut æquali domino aut maiori vendatur. Inferiori vero ſine vaſalli voluntate non licet partem alienare, etiam maiori, retenta parte alia feudi.* Deſumptum eſt hoc capitulum ex lege Conradi II. quæ integra extat inter leges Longobardorum, *Lib. III. tit. VIII.* §. *IV.* in qua: *inſuper & omnibus modis prohibemus, ut nullus ſenior, de beneficio ſuorum militum cambium, aut precarium, aut libellum ſine eorum conſenſu facere præſumat. II. F. 55. neç Dominus feudum ſine*

exempla, * ne inuito vasallo alius obtru-

voluntate vasalli ad alium transferat. Idem statutum IVRE SAXONICO *Cap. XLVIII.* ALEMANNICO *Cap. LXXXIX.* B. PARENS *Cap. XIII. aph. I. num. 3.*

* Exemplum in Alberto degenere, Thuringiæ Landgrauio, *in Historia Thuringiæ Landgrauiorum Cap. LXXIII.* dum plura Apitio filio suo dedisse dicitur, atque additur: *& plura alia dedisset ei in damnum filiorum suorum legitimorum, si domini terrarum non obstitissent.* Sic, cum Philippus Pulcher, Galliæ Rex, Eduardo II. Angliæ Regi anno 1308. feudum Britanniæ minoris concessisset, contradicebat Arturus Min. Britanniæ D., se non posse inuitum domino minus digno cedi. Respondit etiam Atzo, cessionem illam non valere. SCHILTER *ad cap. LXXXIX. §. IV.* Sic, dum Io. Georgius II. Saxoniæ Elector a. 1660. nobilitatem Schriftsassicam in præfecturis Weissenfelsensi & Friburgensi ignorantem & inuitam Augusto fratri cessisset, isti non solum inuestituræ receptionem denegabant, sed etiam reliqui status in Comitiis Prouincialibus a. 1661. desuper conquerebantur, vt Augustus huic renuntiare necessum haberet, SCHILTER §. *V.* Plura exempla vide apud HERTIVM *de Super. Territ. §. LXV. not. vlt. p. 328.* ex quo sumsit GVNDLING *de Iure oppignorati Territorii p. 30.*

trudatur dominus, vt seruitia & fidem illi exhibeat, cui non promisit. Neque tamen ideo dominium directum dominus amittit, cum domini ius non dependeat a vasallo, ideoque dici nequeat, in vasalli contemptum eius consensum omitti, saltim nulla & irrita est alienatio. * Necessitas tamen & salus publica postulant, vt vasallorum consensus non amplius requiratur, ** verum illi vna cum prouincia, nouo domino ceduntur.

§. X.

Nec etiam sine domini consensu pignus, * vel hypotheca in feudo poterit constitui, dum priori casu feudum traditur, posteriori ius in re in alterum transferatur, & debitore non soluente, ad

Ad pignus & hypothecam domini consensus requiritur.

* B. PARENS *Aph. IX. num. 14.*

** ROSENTHAL *Cap. IX. concl. LXII. n. 28.* vbi addit, *video hoc plerumque vsu seruari, vt cum tota curia, castra, iurisdictiones, Comitatus cum omnibus suis iuribus & pertinentiis alienentur, iura vasallorum simul transeant, idque sine vlla contradictione.* HORN *Cap. XVII. §. XXII.*

* *I. F. 5.* occurrit *pignus transactum,* siue, cuius possessio ad creditorem est translata, prout alias occurrit *LL. Longobard. Lib. I. tit. XXV. leg. LXVIII. II. F. 8. c. vlt. Nam*

ad distractionem perueniatur.** Ipse etiam vasallus consensum petere debet.*** Si tamen sub conditione impetrandi consensus, vasallus hypothecam constituerit, & creditor consensum impetrauerit, hypotheca subsistit.* Nec etiam nuda contractus, cui pignus est insertum, confirmatio, domini consen-

nec pignus, quod consultum dicitur, fieri potest ex feudo. MATTH. de AFFLICTIS *consultum* dici putat, quia consulatur creditori. HOTTOMANNVS antichresin intelligit, CVIACIVS *II. F. 9.* pignus, cuius distractionem creditori permiserit debitor. B. PARENS *Cap. XII. aph. VII. num. 2.* legi mauult *constitutum*, si absque traditione pignus constituatur *II. F. 55.* prout etiam occurrit LEGIBVS LONGOBARD. *Lib. II. tit. XLII. 3.* Vide THOMASIVM *de caussis prohibitæ alienationis.* & TOB. REINHARDVM *de oppignoratione feudi non nisi ex consensu domini directi valida.*

** B. PARENS *num. 1.*

*** B. PARENS *num. 4.* in *Obseru. Feud. ad cap. XIII.* illud præiudiciis confirmat. HORN *Cap. XIX. §. V.* In Ordin. Polit. Magdeburgensi *Cap. VIII. §. XVIII.* sufficit, solum creditorem petiisse.

* BERLICH *Part. II. concl. XXIX. n. 74. §. XII.* CARPZOV *Part. II. constit. XXIII. §. XXIII.*

ſenſum inducit, * ſed verba requiruntur, *Wir conſentiren auch, als Lehn-Herr, in die darinn geſchehene Verpfændung.* ** Valet tamen confirmatio, ſi conſenſus domini in contractu ſimul facta fuerit mentio, vel, ſi in cancellaria feudali confirmatio contractus, in quo hypotheca expreſſa, fuerit facta. Nec Iudex, cuius iurisdictioni feudum ſubeſt, illud valide poterit oppignorare, *** nec ſub hypotheca omnium bonorum, etiam feudalis intelligitur, cum ſub eadem ſaltim bona intelligantur, quæ liberæ diſpoſitioni & oppignorationi ſunt obnoxia, **** & hypotheca feudum adficiens, expreſſum requirat conſenſum.

§. XI.

Quod ſi conſenſus domini in hypothecam, ſaltim ad certum tempus fuerit præſtitus, illo tempore elapſo, maxime ſi *Conſenſus qua ratione intelligendus, & quousque duret.*

* CARPZOV *Lib. IV. Reſp. XXIX.*

** BRVNNEMANN *Conſ. LXXV. num. 25.* STRYK *de caut. contr. Part. II. cap. IV. §. IV.* HORN *Cap. XIX. §. IV.*

*** CARPZOV *Lib. IV. Reſp. XXX.*

**** *II. F. 26. In generali alienatione vaſalli non continetur feudum, niſi nominatim dictum ſit,* ROSENTHAL *Cap. IX. concl. XIII.*

ſi clauſula caſſatoria fuerit adiecta, expirat, ita, vt tunc opus ſit prorogatione, * quæ etiam ex adiecta clauſula reſeruatoria patet, dum conſenſus domini duret vsque ad reluitionem. Si tamen creditor ante finitum tempus, actionem inſtituerit, durante vero proceſſu, tempus fuerit lapſum, hypothecæ iuri nihil decedit. ** Conſenſus iſte eſt ſtricti iuris, nec ad non expreſſa extendendus. Inde, ſi ad venditionem datus, ad oppignorationem non pertinet. *** Neque ad vſuras pertinet conſenſus ratione ſortis præſtitus, ſi ſcilicet vſuræ ex natura negotii circa ſpecialem pactionem non debeantur. **** Licet ſecus ſit in terris Electoralibus Saxonicis. * Hypotheca vero feudalis cum domini conſenſu conſtituta etiam in tertium poteſt transferri, ſine nouo domini conſenſu, cum ſit res allodialis, niſi aliud Legibus introductum. **

§. XII.

* CARPZOV *Part. II. Conſtit. XXIII. def. XXIV.*

** HORN *Cap. XIX. §. VI.*

*** HORN §. *VII.*

**** HARTM. PISTORIS *Lib. II. qu. XLIX.* B. PARENS *num. 6.*

* Prout in Electoratu Saxonico. HORN *Cap. XIX. §. IX.*

** HORN *Cap. XIX. §. VII.* BOEHMER

§. XII.

Quod si igitur hypotheca sine domini & adgnatorum vel simultanee inuestitorum consensu fuerit constituta, vasallus equidem feudo non priuatur, potius ipse obligatur eiusdemque hæredes, vt ex fructibus feudi satisfaciant, dum hoc casu non tam feudum, quam eiusdem fructus hypothecæ subiaceant, *** non æque dominus & adgnati, si feudum ad ipsos fuerit deuolutum. **** Iure Germanico antiquo cautum erat, dominum vasallum feudum suum sine ipsius consensu oppignorantem obligare posse, vt feudum liberet, vel redimat, id quod vasallus, modo præsens sit, intra triplex spatium sex septimanarum, & diei facere debeat. Quod si tamen dominus intra annum & diem non contradixerit, oppignoratio tacito consensu conualescat, ita, vt dominus feudo ad ipsum deuoluto, debitum adgnosce- | Qualis obligatio Hypothecæ sine domini consensu.

Oo 2 re

de Hypotheca feudali expressa cap. II. §. *XIII.*

*** STRYK *de caut. contr. Sect. II. cap. IV.* §. *XIII.*

**** HEIGIVS *Lib. I. quæst. XX.* HARTM. PISTORIS *Lib. II. qu. XLVIII.* CARPZOV *P. II. Const. XLVI. def. XI.* RICHTER *Dec. LXXVIII. num.* 33. B. PARENS *num.* 7.

re debeat, modo iſtam oppignorationem non ignorauerit. * Quod ſi vero ſolus dominus conſenſerit*, hic equidem obligatur, non æque adgnati vel ſimultanee inueſtiti, licet etiam clauſula fuerit adiecta, *daß der gegebene Conſens dem Lehn-Herrn ſeinen Rechten und Gerechtigkeiten auf alle Fælle unnachtheilig und unverfænglich ſeyn ſolle*, cum hæc clauſula iuri pignoris, quod legitime & perfecte fuit conſtitutum, nihil detrahat, ſaltim ius domini directi conſeruet illæſum. ** Adgnatis vero & ſimultanee inueſtitis ſolummodo in hypothecæ conſtitutionem conſentientibus, ſi feudum ad ipſos fuerit deuolutum, iſti regulariter non obligantur, niſi expreſſis verbis ſolutionem promiſerint, cum domini conſenſus deficiens alias actum nullum faciat.* Subſiſtit

* IVR. FEVD. SAX. *Cap. LXIX.* ALEMANNICO *Cap. XXVI.* & ibi SCHILTER *Cap. CLV.* HORN *Cap. XIV.* §. *III.*

** B. PARENS *num. 8.*

* CARPZOV *Part. II. Conſt. XLVI* §. *IX.* Licet indiſtincte illud affirmet RAVCHBAR *Part. I. quæſt. XLV.* B. PARENS *Cap. XIII. aph. XV.* Vide *Dec. Elect. LXVII.* quæ vaſallum obligat, ſed ſaltim ex fructibus feudi. HORN *Cap. XIX.* §. *III.*

ſiſtit igitur hypotheca ſolius domini conſenſu munita, ſaluo adgnatorum & ſimultanee inueſtitorum iure, ita tamen, vt poſſeſſio in creditorem poſſit transferri, etiam per antichreſin creditor actione hypothecaria ad feudi distractionem poterit agere, feudum etiam distrahi, ita tamen, vt adgnatis & ſimultanee inueſtitis actio reuocatoria ſalua maneat.**

§. XIII.

Alia tamen eſt ratio circa dominum dirigentem, & poſſeſſorem feudi regalis, qui hodie *** non æque totum feudum, res tamen ſingulares, vtpote præfecturas, villas, pagos, ſine conſenſu Imperatoris vel alienat vel oppignorat, dum ex ſublimi Territorii iure laxior Statuum Imperii quam priuatorum ſit pote- Poſſeſſores feudi Regalis partem feudi posſunt oppignorare.

 ſtas.

** Hæcce vberius exponuntur in IOAN. GODORF. BAUERI *Differt. de Hypotheca feudali absque conſenſu adgnatorum & ſimultanee inueſtitorum ſubſiſtens*. Adde B. CASP. ACHATII BECKII diſſ. *de conſenſu feudali* & HENR. HILDEBRANDI diſſ. *de conſenſu hypotheca tam Magiſtratui quam feudi Domino nociuo & non nociuo.*

*** Prout diuerſa exempla adducit SCHILTERVS *ad caput XXVI. Iuris Feud. Alemann. §. XI.*

ſtas. **** Executio tamen in feudum aliter fieri nequit, niſi aliis bonis deficientibus. Adgnati etiam ad debita voluntaria non obligantur, niſi in quæ conſenſerunt. *

**** Id quod ſingulari reſponſo oſtendit ICtus egregius, GEORGIVS FRANTZKIVS, idemque a collegio ICtorum Ienenſium fuit confirmatum apud B. PARENTEM *Synt. Iur. Feud. cap. XIV.* §. *XXIX. n.5.* Adde B. de LYNCKER *de libertate ſtatuum Imperii S. III. M. II.* §. *5. p. 77.* GVNDLING *de Iure oppignorati Territorii* §. *XCVIII.* IOACHIMVM POTGIESER *de indole & natura Pignoris Sect. I. cap. III.* §. *XVIII.* IO. ANDREAM FROMANNVM diſſ. *inaugurali de oppignoratione feudorum Regalium particulari, ſine conſenſu Domini, iure & moribus permiſſa*, & potiſſimum IO. IAC. MOSER *vermiſchte Schrifften Tom. II. num. I.* §. *XIX.* Videatur etiam KLOCK *Tom. III. conſ. CLV. num. 114. ſeqq.* ITTER *Cap. XXIII.* §. *V.* STRYK *Differt. de oblig. feud. conſenſ. minuta Cap. II.* §. *IX.* BOEHMER *de Hypotheca Feud. Cap. I.* §. *III.* SCHVBERT *de valida vaſalli* SCHILTER *Exerc. XLV.* §. *LXVIII.* HORN *cap. XIX.* §. *X.*

* VFFENBACH *de Iudicio Aulico Cap. XI. pag. 136.* ſupra *Cap. XIV.* §. *VIII.*

CAP.

CAPVT XIX.
DE
REVOCATIONE ET RETRACTV FEVDORVM.

§. I.

FEuda vero, si etiam cum domini consensu fuerint alienata, sine adgnatorum tamen consensu, si antiqua fuerint, ab hisce possunt reuocari, *** secus si noua fuerint, vel hæreditaria, in quibus domini consensus sufficit, nisi feudum intuitu filiorum fuerit concessum, vel simultanee adfuerint inuestiti.* Reuocatur autem feudum vel ex iure delatæ successionis, vel ex iure protimiseos seu Retractus, id quidem ad familiæ conseruationem.** Reuocare feudum adgnati possunt.

§. II.

Iure delatæ successionis reuocare feudum a possessore, post mortem alienantis, Qua ratione feuda possint reuocari.

*** *II. F. 39. alienatio feudi paterni non valet etiam domini voluntate, nisi consentientibus ad quos beneficium quandoque sit reuersurum II. F. 45.*

* B. PARENS *Cap. III. aph. XIV.* WILDVOGEL *de reuocatione* §. *X.*

** MEVIVS *Part. V, dec. XXIII.*

tis, eiusdemque hæredum, nullo refuso pretio, adgnati possunt, *** quorum ius delatæ successionis a primo adquirente ipsis quæsitum auferri nequit. Immo, viuo adhuc alienatore, reuocare adgnati feudum possunt, si sine ipsorum consensu fuerit alienatum, & vasallus emptor sine hæredibus fuerit defunctus. Tunc enim ad venditorem redire nequit, cuius ius per venditionem est resolutum, nec ad dominum, qui per consensum suum vasallis nullum adferre potuit præiudicium, sed ad adgnatos.* Idemque locum habet, si etiam in remotiorem feudum fuerit alienatum a proximioribus,** vel si plures in pari gradu fuerint, cæteri id pro rata possunt reuocare. *** Filiis vero, qui ad facta patrum obligantur, nec leges nec mores feudales hoc reuocandi ius concedunt.

*** *II. F. 3. c. sed etiam. II. F. 26. c. Titius.* B. PARENS *Cap. XIII. aph. XV.* HORN *Cap. XX.*

* *II. F. 26. c. Titius.* CHRISTIAN LVDOV. STIGLITZ *de Iure succedendi agnatorum in feudum alienatum viuo alienatore in primis Saxonico.*

** *c. Titius verb. proximior adgnatus.*

*** HARTM. PISTORIS *Lib. II. quæst. VI. num. 30.*

cedunt. * Et licet non desint, ** qui filiis æque hoc reuocandi ius tribuant, eo quod illud a primo habeant adquirente, & quidem per Inuestituram *vor sich und seine eheliche Leibes Erben*, ius reuocandi allodia habeant, immo Friderici admorsi & Dicemanni Misciæ marchionum exemplo, qui Thuringiæ

Oo 5 Land-

* *II. F. 39.* & leges saltim adgnatis hoc ius tribuunt. Immo, filii mediante patre demum in feudo succedunt. Etiam ex textibus *I. F. 8. c. hoc quoque I. F. 18. c. si aliquis II. F. 9.* quod alienatio subsistat, quamdiu vasallus & eius hæredes vixerint, quæ sententia etiam in Electoratu Saxonico per Edictum Torgauiense fuit confirmata CARPZOV *Part. II. Const. XLVIII. d. VIII. IX. XII.* BERLICH *p. II. concl. LX. n. 21.* HORN *Cap. XX. §. XVII.* Idem circa feuda Imperii locum habere dicit IITTERVS *cap. XXIII. §. XIII.*

** SCHILTERVS *ad cap. LXIV. §. IV.* contradicit, ex ea ratione, quod olim ad alienationem bonorum, filiorum consensus fuerit necessarius, de quo supra *Cap. XVIII. §. II.* Contradicit etiam TITIVS *cap. XXVII. §. XVII.* distinguens, an vrgentia adsint debita, vel non. Priori casu dicit, feudorum reuocationem a filiis fieri non posse, secus casu posteriori. Verum, nec circa adgnatos hæc distinctio locum habet.

Landgrauiatum a patre Alberto degenere venditum reuocauerint, & quod bona olim cum filiorum consensu fuerint alienata: textus tamen atque praxis saltim de adgnatis testantur, filios excludunt, maxime, dum filii mediante patre succedant, & reuerentia erga patrem facta illorum præstare iubeat, quod secus est in adgnatis. Admittuntur tamen filii, si vna cum patre simul fuerint inuestiti, vel feudum intuitu filiorum patri fuerit concessum, dum eo casu filii, non tam a patre, quam a domino concedente feudum consequantur, & iure proprio vtantur.* Deinde admittuntur in bonis fideicommisso subiectis. Admittuntur etiam secundum consuetudinem prouinciæ.** Habent etiam ius Protimiseos. In terris Saxonicis vero, vel vbi id receptum, adgnati aliter non, nisi simultanee fuerint inuestiti, ius reuocandi habent.***

§. III.

* CARPZOV *d. X.*

** CARPZOV *d. XI.* equidem extra terras Electorales, filios reuocare posse, docet. Verum, vide RICHTERVM *Decis. LXXIX. num. 5.* WERNHER *Sel. Obseru. Forenses Vol. I. Part. I. obs. CCCXI.*

*** CARPZOV *Lib. VI. Resp. LXXVI. n. 8.* Adde supra *Cap. XIV.*

§. III.

Competit igitur adgnato proximiori, & si proximiores non reuocent, remotioribus, vel simultanee inuestitis, siue coniunctim, siue secundum gradus consanguinitatis fuerint inuestiti, actio reuocatoria, siue vindicatio feudi contra possessorem quemcunque, vt feudum restituat cum fructibus, * ideoque adgnationis ius erit demonstrandum. Neque tamen hoc Ius, quod ob sanguinem, vel ex pacto simultaneæ inuestituræ locum habet, alteri cedi poterit, nisi dominus & adgnati consenserint.** Præscribitur tamen huic actioni spatio triginta annorum, a tempore delatæ successionis computandorum. *** Remotio-

Agnati proximiores contra remotiores, reuocant.

* B. PARENS *Aphor. XVII.*

** HORN *Cap. XX.* §. *XI.*

*** Distingui equidem solet, an feudum alienatum fuerit in aliquem adgnatum remotiorem, an vero in extraneum. Posteriori casu requirunt spatium tricennale, *II. F. 9. c. 1.* priori saltim annuum a die scientiæ computandum, secundum *II. F. 26. c. Titius*, quod tamen tempus annale de Retractu est intelligendum. Vid. B. PARENS *Aphor. XVIII.* Augmentum quoque vnius anni sex septimanarum & trium dierum, quod alias Iure Saxonico, circa præscriptionem obseruatur, apud

motioribus vero non obſtat, quod priores intra triginta annos non reuocauerint, dum præſcriptio ab eo tempore incipiat, quando actio eſt nata, quod demum fit a tempore delatæ ſucceſſionis. Procedit hoc etiam, ſi remotior adgnatus eius, contra quem præſcriptio completa, factus fuerit hæres, dum ſucceſſor iure proprio agat.*

§. IV.

Actio reuocatoria quando locum non habeat.

Neque tamen hæc actio reuocatoria locum habet, ſi adgnati conſenſerint.** Immo etiam, ob conſenſum, ius reuocandi ex ſucceſſionis iure competens ceſſat, idemque etiam liberis obeſt.*** Licet & conſenſu præſtito, ius protimiſeos adhuc locum habet. Nec tamen

CARPZOV *Part. II Conſtit. III. d. III. & IV.* hic ceſſare docent SCHRADER *Part. V. de Feudis cap. IV. num. 18.* B. DE LYNCKER *Anal. ad Synt. I. Feud. cap. VIII. aphor. XII. num. 3.* HORN *Cap. XX.* §. *XVIII.* LÜDER MENCKE *Controu. Sel. Feud. diſp. III.* §. *XVI.*

* PISTORIS *cit. loc. num.* 7. B. PARENS *num. 5.*

** *I. F. 5. c. praeterea. II. F. 26. c. Titius II. F. 39.*

*** HARTM. PISTORIS *Lib. II. quæſt. VII.* MYNSINGER *Lib. I. Obſeru. LV.* HORN *Cap. XX.* §. *XIV.*

men sufficit, adgnatum alienationi fuisse præsentem, contractum subscripsisse, sed requiritur, vt consensum suum verbis factisque declaret. **** Dantur tamen nihilominus casus, quibus etiam consensu præstito, reuocatio nihilominus locum habet. Si scilicet adgnatus in genere consensit, sine pretii & emptoris notitia, vel in certum emtorem, & feudum in alium transferatur, vtpote si in alienationem in adgnatum proximiorem consenserit, & ista fiat in remotiorem, vel etiam consensu in alienationem præstito, de feudo per vltimam voluntatem disponatur, & eiusmodi. * Si vnus ex adgnatis consenserit, reliqui eiusdem gradus, pro rata possunt reuocare. ** Licet in libera adgnatorum voluntate sit positum, an consentire

Hæc vero optio statim post mariti mortem fieri debet, nec semel adprehenso dotalitio, dotem repetere poterit vidua, ipsa vero ante dotalitii adprehensionem defuncta, hæredes eius dotem possunt repetere. ** Quod si dotalitium vidua elegerit, manet dos apud successores feudi, nisi forsan aliter conuentum. *** Sed si constituto rite dotalitio, vxor ante maritum moriatur, lucratur quidem secundum Ius Saxonicum maritus dotem in pecunia consistentem, hoc vero defuncto, hæredes allodiales succedunt, quia dotalitium effectum haut fuit sortitum. **** Quod si vero dotalitio nondum constituto, successores feudales se liberare velint, dotem & quantum dotis, loco donationis propter nuptias, reddere debent. *****

§. XI.

Dotalitium qua ratione compensetur & finiatur.

Fœmina autem dotalitium remisisse haut censetur, licet in feudi oppignoratio-

CARPZOV *Part. II. const. XLIV. d. V. Lib. VI. Respons. LIX.* RICHTER *Cap. 1. num. 8. 10.* B. PARENS *Aph. XV.*

** CARPZOV *Def. IV.*

*** CARPZOV *Def. III. dec. illustr. CLXVII.*

**** HARTM. PISTORIS *Part. I. quæst. IV. num. 27.* CARPZOV *Def. IV.*

***** CARPZOV *Def. IV.* B. PARENS *aphor. XV.*

rationem consenserit, dum in dotalitio feudali vsumfructum saltim ad dies vitæ habeat.* Retinet etiam fœmina dotalitium, licet iterum nupserit, dum in compensationem dotis fuerit constitutum, nisi aliter fuerit conuentum, atque hoc casu pensiones istæ dotalitii nouo marito, tanquam fructus, ob onera matrimonii competunt. ** Finitur vero dotalitium morte viduæ, *** atque ob adulterium nec dotem nec dotali-

* CARPZOV *Part. II. const. XLII. d. X.*

** CARPZOV *Part. III. c. XX. d. XXXVIII. Lib. VI. Resp. LV.* B. PARENS *Obseru: ad cap. XIV. d. IX.* STRYK *de succ. ab int. disp. IV. cap. II. §. XVIII.* Exemplum inter illustres præbet Christina, Christiani II. Daniæ Regis filia, quæ in priori matrimonio Francisco Sfortiæ Mediolanensi Duci fuit nupta, postea vero Francisco, Lotharingiæ Duci in manus conuenit, cui Dotalitium suum in Mediolanensi Ducatu ita dotem attulit, prout in tabulis dotalibus Kl. Martii 1540. fuit definitum apud DU MONT *Corps Diplomatique Tom. IV. P. I. p. 19.* Potissimum vero hoc Collega noster doctissimus, IO. GEORG. ESTOR singulari dissertatione: *an Dotalitium cesset propter secundus nuptias* nuperrime egregie demonstrauit.

*** LANDRECHT *Lib. I. art. XXXII.* RICHTER *cit. loc. num. 34.*

tium petere poteſt, niſi maritus vel illud condonauerit, vel viuus adhuc de eodem non fuerit conqueſtus. ****

§. XII.

Dotalitium in feudis Imperii habet locum.

Obtinet etiam dotalitium, tanquam onus reale in feudis Imperii, quod ab antiquis iamdum temporibus inualuit, atque ſæpe Territorium in dotalitium, cum omni iure concedebatur.* Hodie vero Dotalitium Illuſtrium ſecundum pacta familiæ, vel per pacta dotalia, vel per Teſtamentum mariti, vel etiam ſi viuo marito non fuerit conſtitutum

**** CONST. ELECT. *Part. II. conſt. XXI.* B. PARENS *Cap. XIV. aph. XIII.*

* Sic Henricus Auceps Walhuſam coniugi ſuæ Mathildæ in dotalitium adſignauit. VITA MATHILDIS *Cap. I.* Eidem donauit Quedlinburgum, Polętham, Northuſam, Gronauiam, Duderſtadtum, prout tabulæ docent apud IOACH. IO. MADERVM *Antiquit. Brunſuic. pag. 102.* Dotalitium inſigne in Alſatia coniugi ſuæ anno 1299. conſtituit Rudolphus, Dux Auſtriæ, prout tabulæ docent apud LEIBNITIVM *Cod. Diplom. pag. 39.* Sic etiam Eliſabethæ Haſſiacæ, Iohannis Saxoniæ Ducis viduæ, Rochlicenſem præfecturam, & alia quædam Miſniæ loca cum omni iure fuiſſe ceſſa, teſtatur SECKENDORFF *Hiſtor. Lutheraniſmi Lib. III. ſect. XVII. §. LXV. add. lit. c.*

tutum, ab adgnatis definitur. ** Adsignari autem solet vel certa præfectura, *ein Wittumbs-Ambt*, cum iurisdictione alta & bassa, atque tunc subditi præstare tenentur homagium, *die Wittumbs-Huldigung*, vel præter sedem dignitati conuenientem, certi reditus annui & comestibilia præstantur, prout conuentum est. * Requiritur tamen, vt dos vere sit illata. ** Cautio etiam vsufructuaria ratione dotalitii a vidua illustri solet postulari. *** Non vero dotalitio grauari poterit Episcopatus inter Protestantes, dum ad hoc constituendum, dominium requiratur.* Inter

** LVDOLPH *de Iuribus Fœminar. Illustr. Sect. II. n. II. §. IV. n. 30. seqq.* MYLER AB EHRENBACH *Gamolog. Illust. Cap. X.* ITTER *Cap. XVIII. §. XI.*

* SYNTAGMA IVRIS PVBLICI *Cap. XXVII. §. XXIV.* Adde NICOLAI MYLERI ab EHRENBACH *Gamologiam illustrium*, NICOLAVM HENELIVM ab HENENFELD, IO. GEORG SCHERTZ *de Dotalitio.*

** L. B. DE LYNCKER *Vol. I. Resp. CXLV.*

*** Facit tamen huc GEORGII FRIDERICI DEINLINI diss. *de vidua vasalli ab vsufructaria cautione intuitu dotalitii immuni.*

* HORN *Cap. XXI. §. X.*

ter priuatos tamen etiam & non nobiles, eidem quoque est locus.**

§. XIII.

Prærogatiua fœminæ ratione dotis.

Licet autem tacita hypotheca ratione dotis in feudo locum non habeat, quatenus tamen in feudum est versa, onus reale constituit. In Saxonia Electorali ius prælationis certo modo mulieri est concessum, vt si dotalitio non constituto, ex bonis allodialibus dotem habere nequeat, post creditores expressam hypothecam habentes, veniat, & reliquos posteriores antecedat, ideoque etiam iure retentionis vtatur. *** Ratione paraphernalium vero, nullum ius in feudo habet vidua, nisi illa in feudum fuisse versa, possit probare, * tunc ius prælationis habet præ chirographariis. In fructibus feudi vero tacita hypotheca eadem ratione locum habet ac in allodialibus.

§. XIV.

Gerada in quo consistat.

Deinde Gerada inter viduas nobiles equidem obtinet, ista tamen non ad onera feudi est referenda, saltim ex pecude & mobilibus præstanda. Hæc vero secundum mores cuiuslibet prouinciæ

** CARPZOV *Part. II. c. XLII. d. II. III.*
*** CARPZOV *Part. II. const. XXV. d. II.*
* HORN *Cap. XXI. §. XII.*

uinciæ consideratur.** In Thuringia, inter non nobiles plane non obtinet,ad geradam vero viduæ nobilis referuntur omnes oues sexus fœminini, anates, anseres, *geschlossene Federn*, *Küsten*, *worzu sie die Schlüsseln gehabt*, *Garn*, *Leinwand*, *Flachs*, *leinen Geræthe*, *Wæsche*, *Leuchter*, *Betten*, exceptis lectis pro hospitibus, *Gastbetten*, *Brau Pfanne*, *Wasch-Kessel, die nicht eingemauert*, *Vorhænge*, *seydene Kleider*, *Geschmeide*, *güldene Ringe*, *gekrümmte Ducaten*, *weibliche Bücher*, *der Wagen*, *worauf die Frau gefahren.* *** Et hoc vocatur *die volle Gerade*, atque distinguenda est a Gerada Cognatarum, *der Niftel-Gerade*, quæ secundum cuiuslibet loci consuetudinem, vtpote Lipsiæ, Nunburgi, aliisque Misniæ locis obtinet, dum maritus, si vxor absque filiabus decedit, proxima cognata certas saltim species, vtpote lectum ab optimo secundum, duo pul-

** CARPZOV *de oner. vasalli feud. Dec. IV. pos. IV.* B. PARENS *obs. feud. Cap. XVI. §. VI.*

*** COLER *Dec. Germanic.* ANDR. GOLDBECK *de Gerada.* RICHTER *de succ. ab intestato §. IV. membr. IV. num. 62.* CARPZOV *Part. II. const. XIV. def. XXIII. & seqq.* GOTTFRIED BARTH *von der Gerade und Heer-Geræthe.*

uinaria, duo linteamina, cum lecti operturis dare tenetur.*

§. XV.

Das Mustheil, & Superuita quid sint.

Competit etiam viduis nobilium in Saxonia *das Mustheil*, quod in comestibilibus & cibariis consistit, quæ post trigesimum, in prædiis defuncti reliqua, quæ vidua cum hæredibus allodialibus diuidit. Spectat huc omnis annona, *getroschen und ungetroschen Getrayde*, butyrum, casei, petasones, pisces *in Fisch Kasten*, & eiusmodi victualia. ** Hæc vero vidua intra annum & diem ab hæredibus feudalibus petit, alias præscribuntur. *** Superest *superuita, das Eingeschneidel*, quod per singulos annos, viduæ vel etiam filiabus indotatis ad alimenta solet præstari, & consistit in certa annona, & comestibilibus, *Korn, Gerste, Bier, Holtz, Schweinen, Wildbret, &c.* **** Vidua vero, hæres a marito institu-

* CARPZOV *Def. XXIV.* GOLDBECK *de Gevada p. 158.*

** CARPZOV *Part. III. const. XXXIV. d. II.*

*** CARPZOV *Part. III. const. XXXIII. def. I. II. III. IV.*

**** CARPZOV *Part. III. const. XLVI. def. XXI.* Vide VVILDVOGELIVM *de Superuita*, & IO. CAR. NAEVIVM *de iuribus Fœmin. præcipuis in feudis Cap. III.*

instituta, si hæreditatem adierit, dotalitium & reliqua commoda amittit, nisi testamento aliter fuerit cautum.*

§. XVI.

Alia sunt debita subsidiaria, quæ non nisi in subsidium ex feudo præstanda. Huc facit alimentatio & dotatio filiarum, quæ, si allodium non suffecerit, ex feudo debentur, ** licet etiam in Pomerania indistincte ex feudo debeantur.*** Denique fieri debet, si hæreditas in nominibus haut facile exigibilibus constiterit. **** Immo etiam dos ex feudo debetur, licet aliunde bona habeat.* Hæc vero dos vel iamdum est constituta, atque debitum ideo contractum, quod ex feudo solo erit sol-

Alimentatio & dotatio filiarum.

* *Part. III. const. XXVII.* & ibi CARPZOV *def. IV. & VII.*

** HARTM. PISTORIS *Lib. II. qu. XXXIII.* GAILIVS *I. Obseru. CXVII.* CARPZOV *Part. II. Const. XLVI. def. XVI. Lib. IV. Resp. LXV.* FABRI *Consult. de March. Montisferr. pag. 13.* B. PARENS *Aph. XVII.*

*** STRYK *de Feudis Pomeran.* §. *XVII.* MEVIVS *Part. II. def. CXIX. num. 2. Part. III. def. CCCLXVII. num. 3.*

**** B. PARENS *Obseru. feud. ad cap. XIV.* §. *XI. XX.*

* B. PARENS §. *XII.*

ſoluendum, etiam ſi nec dominus nec adgnati conſenſerint, ** vel adhuc eſt conſtituenda, ſub qua etiam *Hochzeit* & *Schmuckgeld* intelliguntur, quæ ſi de eadem non conuenerit, a domino etiam ſine adgnatorum conſenſu eſt determinanda, ad quam non feudi ſolum qualitas, ſed etiam dignitas, vel numerus liberorum, vel aliæ circumſtantiæ veniunt conſiderandæ.*** Tranſit igitur hoc onus ſubſidiarium ad quemcunque poſſeſſorem, & licet filiæ alias in feudo paterno chirographariis ſaltim præferantur, prælationem tamen habent præ omnibus fratris creditoribus. Licet autem innuptis non ſit præſtanda, his tamen alimenta debentur.****

§. XVII.

Quid circa feuda Imperii obtineat.

Idem circa feuda Imperii obtinet. Olim quidem territoria in feudum concedebantur, * vel certum Maritagium,

eine

** CARPZOV *Part. II. conſt. XLVI. d. XII. XIV. XV.*

*** HARTM. PISTORIS *Part. II. qu. XXXVII. n. 18.* COLER *Part. I. Dec. CCXIII.* B. PARENS *Aph. XVII. num. 3. 4.* STRYK *de Succ. ab inteſt. diſſert. VIII. cap. X. §. XXVII.* HORN *Cap. XXI. §. XIII.*

**** CARPZOV *cit. loc.*

* Sic Balthaſar, Thuringiæ Landgrauius,

eine Aussteuer præstabatur. ** Hodie Filiabus Illustrium præter mundum muliebrem dignitati conuenientem, adsignari solet certa pecuniæ summa, vel ex Principis Camera, vel prout consuetudo fert, ex tributis prouincialibus, quod vocatur *die Printzessin Steuer*, cuius quantitas pro diuersitate prouinciarum variat. *** Renunciare tamen debent hæreditati paternæ atque maternæ, *müssen der Væter- und Mütterlichen Erbschaft Verzicht thun.* * Paragiati Prin-

cum coniuge sua Margaretha, Iohannis Noribergensis Burggrauii filia, in dotem accepit Hildburghausen, Heldburg & Eisfeld.

** PETRVS de VINEIS *Lib. III. cap. XVI.* *& ideo cum pro Maritagio filiæ nostræ charissimæ, quam filio N. Marchionis Misnensis decreuimus copulandam a fidelibus nostris regnicolis subuentionem placeat exhiberi.* SYNTAGM. IVRIS PVBLICI *Cap. XXVII. §. XXII.* FABER *Consult. de March. Montisferr. pag. 13.*

*** In Testamento Io. Georgii I. Saxon. Electoris, cuiuis filiæ Principi adsignantur 12000. Thalerorum. In linea Ernestina 15000. Florenorum Misnensium. Vid. BETSIVS *de Pactis Illust. Cap. VI. §. XLVII.* Quid circa dotationem in domo Saxonica olim obtinuerit, declarat SCHILTERVS *Tom. II. pag. 95.*

* Exemplum vide apud BETSIVM *de Pactis*

Principes cum partem feudi Regalis possideant, ipsi filias suas dotare tenentur, secus de apanagiatis, ** dum dos ex feudo debeatur.***

§. XVIII.

Illustr. pag. 518. Vide NIC. HIER. GVNDLINGIVM *de renuntiatione filiorum.* IO. VLRICVM CRAMERVM *de pacto Hereditario Renuntiatiuo.* Ill. LUDOLFVM *de Iure Fœminarum illustrium App. II. pag. 158.* & Tractatum meum *de Allodiis Imperii cap. IV. §. XLII.*

** Controuersia desuper mota fuit in domo Holsatica, atque ERNESTVS COTHMANNVS *Vol. IV. Cons. III. & IV.* Principem regentem ab onere dotandi liberare cogitat. Idem etiam demonstrare conatus fuit VVEIDLINGIVS in dissertat. inaugurali *de onere dotandi filias illustres Patrum Apanagiatorum.* Verum præualuit contraria sententia, dotem ex feudo deberi, per decretum Iudicii Aulici d. 5. Sept. a. 1605. apud extat apud VULTEIVM *Vol. III. Consil. XXXV. num. 277.* Adsentiuntur MYLER AB EHRENBACH *ad Rumelinum Part. II. dissertat. V. §. XIV. pag. 777.* LEYSER *de apanagio §. penult.* COCCEIVS *Iurisprud. publ. Cap. XXVIII. §. III.* LVDOLPH *de Iur. Fœmin. Illustr. sect. II. membr. II. num. 16.* Idem in Serenisf. domu Brandenburgica & Würtenbergica obtinere, docet RHETIVS *de portione alimentaria Cap. III. §. LI. seqq.*

*** HARTM. PISTORIS *P. II. qu. XXXVII.*

§. XVIII.

Huc faciunt alimenta filiis imperfectis debita, quæ pro conditione feudi, & dignitate patris, non nisi in subsidium ex feudo sunt præstanda. * Debetur etiam legitima ex feudo nouo, in cuius comparationem omnia bona, vel maximam bonorum partem pater impendit, ** licet tunc dos in legitimam sit computanda. * Ex æquitate etiam impensæ in funus defuncti vasalli factæ, huc

Alimenta imperfectis debita.

num. 5. 18. ROSENTHAL *Cap. IX. conclus. VIII.* COLER *Dec. XXVIII. CCXIII.* GAILIVS *I. Obseru. XI.* MEVIVS *Part. II. dec. CXIX. §. III. decis. CCCLXIV.* KLOCK *de ærario Lib. II. cap. XLVIII. n. 18.* STRYK *de succ. ab intest. dissertat. I. Cap. III. §. IX.* HORN *Cap. XXI. §. XIII. Respons. cl. XI. num. 44. pag. 1326.* LYNCKER *Decis. LVI. CLXXIII. CXXIV. DCCCLVII. MCCCXCIV. Resp. CCCCXIX.* HEROLDI *Consult. XXIII.*

* *I. F. 6. c. Mutus.* HARTMANN PISTORIS *Lib. II. qu. XXXVII.* B. PARENS *Cap. XIV. aph. XVIII.* HORN *Cap. XXI. §. XIV.*

** HARTM. PISTORIS *Lib. II. qu. XXXVIII.* CARPZOV *Part. II. const. XLVI. d. XXII. P. III. const. IX. def. XXVIII.* B. PARENS *Aph. XIX.* licet contrarium velit HEIGIVS *Part. I. qu. XXV.* FINCKELTHAVS *Disp. feud. VI. §. XXXI.* B. DE LYNCKER *Vol. II. Resp. CLI. num. 12. 13.*

* HORN *§. XIV.*

huc referri solent. ** Immo etiam inter debita feudalia a successore feudali, non vero domino referri solent sumtus studiorum necessarii.*** In dictorum etiam onerum feudalium locum succedunt pro ratione oneris, quo liberatum est feudum, debita, quæ ad istorum exsolutionem sunt contracta, **** si probari hoc possit.

§. XIX.

Debita consensuata. Sequuntur debita, quæ vocari solent consensuata, *consentire Schulden*, quæ non nisi ob consensum ex feudo sunt præstanda. Quod si solus dominus in debitum consenserit, hic etiam, si feudum ipsi aperiatur, ad illud soluendum obligatur, * etiam is, qui caussam a domino habet, vtpote expectatiua-

** Contradicit equidem CARPZOV *Part. II. const. XLVI. d. XXXVI.* Verum, æquitatem præferendam esse, docent B. PARENS *aph. XX.* ZIEGLER *Dec. VI.* HORN §. *XIV.* Hoc vero ad vasalli vxorem & liberos non est extendendum, ZIEGLER *Dec. VII.*

*** HORN §. *XIV.* HILDEBRAND *de excuss. allodii ante feudum Cap. III.* §. *X.*

**** CARPZOV *Part. II. const. XLVI. d. XIX.* BERLICH *Part. II. concl. LV. n. 45.* B. PARENS *Aph. XXV.* HORN §. *XV.*

* CARPOV *Lib.* IV. *Resp.* LXIII. B. PARENS *Aph.* XXI.

tiuarius, ** non successores feudales, nisi feudum fuerit nouum, in quo tamen nec simultanee inuestiti, nisi ob consensum obligantur.*** Si vero soli adgnati, non interueniente domini consensu, in hypothecam consenserint, ista plane est inualida, & nec dominus nec adgnati tenentur,* nisi hi ad solutionem expresse se obligauerint. ** Quod si vero dominus & adgnati in feudi oppignorationem consenserint, ipsi & eorum descendentes, si feudum ad ipsos fuerit deuolutum, obligantur, *** nisi consensus expirauerit, † tunc tamen obligatio non cessat, verum debitum ex allodio erit præstandum. Consensus vero iste illis, qui non consensere, haut obest. †† Quod si vero feudum cum facultate, illud pro lubitu oppignorandi, fuerit concessum, dominus & adgnati

** *cit. loc. n.* 2.

*** *num.* 3.

* B. PARENS *Aph.* XXII.

** CARPZOV *Part.* II. *constit.* XXVI. *def.* X.

*** Vide supra *Cap.* XVIII. §. XI. B. PARENS *Aph.* XXII.

† *Cap.* XVIII. §. X.

†† B. PARENS *num.* 2.

gnati obligantur, * prout in Lusatia Superiore ex priuilegio Ferdinandi I.** Immo etiam in Marchia, Pomerania, & Ducatu Megapolitano omne æs alienum, nullo licet pignore constituto, deficientibus aliis bonis, ex feudo erit soluendum.***

§. XX.

Debita ista qua ratione a domino & adgnatis soluenda.

Tenetur vero dominus, feudo ipsi aperto, vel adgnati in feudo succedentes, debita hæc non nisi in subsidium soluere, si bona allodialia non suffecerint, **** ideoque successoribus feudalibus ius retentionis bonorum allodialium feudis nexorum, competit, vsque dum allodium fuerit excussum. ***** Quod si tamen hæredes feudales pure soluerint, sine reseruatione, nullus ipsis

* B. PARENS *Aphor.* XXIII. *fin.*

** B. PARENS *Obs. cap.* 14. *num.* 14.

*** *cit. loc. num.* 22. STRYK *de feudis Pomeranicis*, TORNOV *de feudis Megap. Part. I. cap. III. sect. I.* IO. PAVL KRESS *de debitis ex feudis Pomeranicis.*

**** SCHRADER *Part. VII. cap. VII. n.* 42. BERLICH *Part. II. concl. LV. n.* 46. MODEST. PISTORIS *Part. III. quæst. CXX.* RICHTER *Decis.* LXXVIII.

***** B. PARENS *Cap.* XIV. *aph.* XXIV. *num.* 6.

ipsis datur recursus erga hæredes allodiales. Iure Saxonico tamen Electorali obtinet, vt hæredes feudales ad quæuis debita feudalia pro quibus feudum cum domino & adgnatorum consensu est obligatum, etiamsi bona allodialia non deficiant, teneantur. Licet aliud Iure Saxonico Electorali † definitum, id quod etiam in terris Ducalibus obtinet.

§. XXI.

Habet igitur in eiusmodi debitis subsidiariis excussio allodii ante feudum locum, quæ est remedium, vasallo, ad debita ex feudis soluenda conuento, ad id competens, vt prius solutio ex bonis allodialibus, quam ex feudo exigatur. Competit ista domino & adgnatis atque locum saltim habet in debitis subsidiariis, non vero in iis, quæ necessario ex feudo sunt præstanda.* Si vero feudum cum domini atque adgnatorum consensu fuerit oppignoratum, & insuper bona allodialia, creditori optio competit, an prius ab Excussio allodii ante feudum.

† *Part.* II. *Const.* XLVI. BERLICH *P.* II. *concl.* LV. *num.* 49. verbis: *die Land-Erben damit verschonet werden.*

* HENR. HILDEBRAND *de excussione allodii ante feudum.*

hæredibus allodialibus an vero feudalibus debitum velit exigere.**

§. XXII.

Separatio feudi ab allodio.

Defuncto vasallo, separatur allodium a feudo, & debita hæreditaria a feudalibus. Feudalia bona non nisi ista sunt, quæ feudi lege tenentur, vel quia solo feudali sunt inædificata, * vel feudo alias adfixa. Allodialia sunt & manent, licet ob œconomiæ commoditatem, feudalibus nexa.** Sic etiam molendina nouiter empta, prædia villica, *Vorwerge*, extra bona feudalia constituta, molendina naualia & pneumatica, annulus signatorius, omnis pecunia, etiam ex prædio feudali redacta, nisi cum domini consensu feudalis facta,*** pecora, nisi, quæ vel ad Morgengabam vel Geradam spectant, Aulæa, oves, fimus, adparatus venatorius, **** bombardæ, equi, vinum, lupulus, columbæ, currus, aratra, picturæ, lana,

** FINCKELTHAVS *Obs.* *XXI.* B. PARENS *Obseru. ad cap.* XIV. §. XX.

* B. PARENTIS *Decis.* VII. LI. LXXI. *Obseruat. feud. ad cap. XIV. n. 7.*

** B. PARENS *Decis. I. II.*

*** B. PARENS *Decis.* XXIX. *& seqq.*

**** B. PARENS *Obseruat. ad Cap.* XIV. *num. 7.*

lana, horologia, & reliqua mobilia ad allodium spectant.*****

§. XXIII.

De fructibus feudi plurimum disputatur, quinam ad hæredes feudales spectent, qui vero hæredibus allodialibus obueniant. Fructus sunt vel naturales, vel industriales, vel ciuiles, illos perceptos hæredibus allodialibus obuenire, omnino certum, * pendentes vero vel naturales vel industriales, iure feudali communi, mortuo vasallo intra Kalendas Martii & Kalendas Septembris hæredibus allodialibus cedunt. ** Licet fructus vindemiales hæredibus allodia- Fructus feudi qua ratione diuidantur.

***** Hæc singula vberius examinat B. PARENS in Centuria Decisionum, *Quænam Res feudales, quænam allodiales*, & TORNOVIVS *Part. poster. pag. 304. seqq.* Adde AVGVSTVM GOTTLIEB PETERMANN *de separatione feudi & allodii petenda & perficienda.*

* HARTMANN PISTORIS *Part. I. qu.* XXIV. *num. 38.* B. PARENS *Cap.* XV. *aph.* XVI. *dec.* LXXXV. HORN *Cap.* XVI. *§.* XXIX. COCCEII *Consil. Illustr.* LXIV.

** *II. F. 28. c. his consequenter.* COLER *de processe. execut. Part. II. cap. III. num. 308.* RICHTER *Dec.* LVI. *n. 8.* CARPZOV *Part.* II. *cap.* XXXII. *def.* IX. ROSENTHAL *Cap.* X. *concl.* XLII. *num. 30.* TORNOV *Quæst.* XIX. *p. 308. sqq.*

libus adſignent Interpretes, etiamſi menſe Septembri deceſſerit vaſallus.*** Caſu vero, quo domino, vel adgnatis fructus obueniunt, impenſæ vaſalli hæredibus ſunt reſtituendæ. **** Iure Saxonico vero fructus induſtriales ex agro, viuente vaſallo, culto, & raſtro ſubacto, *was die Ege beſtrichen, und unterbracht iſt, bey des Verſtorbenen Leben*, pertinet ad hæredes allodiales.* Idem dicendum de fructibus horti, *wenn der Garten beſæet und behacket*, ſpectat ad hæredes allodiales.** Fructus vindemiales vero ad hæredes allodiales ſpectant, ſi vaſallus poſt diem Vrbani, diem 25. Maii, fuerit defunctus, quia iſto tempore maximus culturæ labor abſolutus.*** Idem etiam in

*** HARTM. PISTORIS *num.* 49. GVNDLING *Part.* V. *cap.* V. *num.* 5. B. PARENS *Deciſ.* LXXXVIII. COCCEIVS *Conſ.* XCIX.

**** HARTM. PISTORIS *num.* 72. B. PARENS *Dec.* LXXXIX.

* LANDRECHT *Lib.* II. *art.* LVIII. CONST. ELECT. *Part.* II. *conſt.* XXXII. RICHTER *Dec.* LVI. B. PARENS *Dec.* LXXXVII.

** LANDRECHT *c. l.* CARPZOV *d.* XI. XII. B. PARENS *Dec.* XCI. XCII.

*** RICHTER *Dec.* LVI. B. PARENS *Dec.* XI. XII. LXXXVIII. CARPZOV *Part.* III. *Conſtit.* XXXII. *def.* VIII.

in Thuringia obtineat; nec requiritur, vltimam curam, *die Rubr*, fuiſſe peractam. **** Fructus naturales adhuc pendentes, vtpote poma & ſimilia, fructus pratorum, niſi, quæ intra trigeſimum fuerint conſumpta, tanquam acceſſoria, vna cum fundo ad hæredes feudales veniunt Iure Electorali Saxonico, ***** licet in Saxonia Ducali etiam ad diem Vrbani reſpiciatur, vt ſi vaſallus poſt illum fuerit extinctus, eiusmodi fructus hæredibus allodialibus competant. *Fructus ciuiles, reditus annui, cenſus, penſiones, decimæ & eiusmodi, ſi dies viuo adhuc vaſallo ceſſit, vel intra trigeſimum, hæredibus allodialibus ſunt relinquendi, ** licet in Thuringia Ducali, ſi dies

Rr 4 intra

**** RICHTER, B. PARENS *cit. loc.* licet COLERVS *Part.* II. *deciſ.* CCLXXXVI. *cit. loc.* CARPZOV *cit. loc.* aliter ſentiant.

***** Prout *Part.* III. *conſt.* XXXII. definitum, & ibi CARPZOV *def.* XXIII. & XXIV. HORN *cit. loc.*

* LANDRECHT *Lib.* II. *art.* LVIII. COLER *Proc. Execut. Part.* II. *cap.* III. *num.* 310. BERLICH *Part.* III. *concl.* XLV. *num.* 17.

** HARTM. PISTORIS *num.* 60. CARPZOV *cit. loc. def.* XIX. B. PARENS *Cap.* XV. *aphoriſm.* XVI. *num.* 7. *Dec.* V. VI. VII. LXXXIII. HORN *cit. loc.*

intra trigesimum cessit, successorib feudalibus sint relinquendi. *** Pis in stagnis, si vasallus circa tempus scandi fuerit defunctus, spectant ad h redes allodiales, etiam si in recepta lis, *in Hæltern* reperiantur. **** Qu doque tamen inter vtrosque hære diuiduntur. ***** In pensionibus, c ex fundo conducto, fructuum nom præstantur, idem obtinet, quod in i fructibus. * Licet autem hæc Iure L gobardico de feudis domino apertis constituta, recte tamen extendun ad casum, quo filius aut adgnatus in f do succedit, existentibus filiabus aliis hæredibus allodialibus, cum ead subsit ratio. **

§. XX

*** CARPZOV *cit. loc. def. XXI.* B. PAR *Dec. XCIII.*

**** CARPZOV *def. XXVI.* B. PARENS *cis. VIII. IX. X.*

***** SCHRADER *Part. II. cap. IX. sect.* *num. 71.* Licet hoc impugnet HARTM. PIS RIS *Lib. I. qu. XXIV. num. 83.*

* HARTM. PISTORIS *Lib. I. qu. XXI.*

** CARPZOV *cit. loc. def. IX.* BRVN MANN *Cent. II. dec. XXXIII.* B. PARENS *cis. LXXXVI.* Adde IO. WOLFG. TRIER *sertat. de transmissione fructuum feudalium hæredes allodiales.* GABRIEL SCHWEDER *fructibus feudi.*

§. XXIV.

Meliorationes hæredes allodiales recte repetunt, ideoque ipsis competit ius recentionis,*** ita tamen, vt dominus circa ædificia vel patiatur rem auferri, **** vel pretium eiusdem, quale est tempore restitutionis, soluere debeat. Iure Saxonico * vero ædificium solo cedit, atque ea, quæ feudo adfixa ad successores pertinent feudales, vt impensas repetere nequeant hæredes allodiales. Aliæ vero meliorationes æque ac iure communi, etiam Saxonico obueniunt hæredibus allodialibus.** Meliorationes hæredes allodiales repetunt.

§. XXV.

Sæpe dubium subest, an sit res allodialis, an vero feudalis, tunc vero potius pro iure Allodiali quam feudali est præsumtio, ita, vt contrarium adserenti in- Præsumptio allodialitalis.

Rr 5 cum-

*** Meliorationes quænam censendæ, vberius describit GABRIEL SCHWEDER *singulari dissertatione*, & TORNOVIVS *Part. poster. pag. 313.*

**** *II. F. 28. c. si vasallus.* HARTM. PISTORIS *Qu. XLII. num.* 7. B. PARENS *aphor. XVII. num. 2.*

* LANDRECHT *Lib. II. art. XXI. pag. 111.* CONST. ELECT. *Part. III. const. XXXI.* & ibi CARPZOV *def. II.*

** B. PARENS *num. 4.*

cumbat probatio, atque hæredibus allodialibus possessio est adiudicanda, donec ab adgnatis qualitas feudalis fuerit demonstrata.*** Iubent illud Leges, **** & status naturalis, dum præsumptio semper sit pro libertate, status Germaniæ, dum bona olim pure fuerint allodialia, etiam post originem feudorum illa manserunt rariora, atque adserta Doctorum, * dum bona feudalia singularem habeant qualitatem, qua non pro-

*** HIER. TREVTLER *Vol. I. conf. LI.* Hanc etiam tanquam æquissimam sententiam adprobauit Elector Saxoniæ *Dec. nou. XXXVII.*

**** *II. F. 26. c. 1.* inter filiam defuncti & adgnatos eius de quodam prædio mota est quæstio, adgnati feudum, filia vero allodium siue libellarium esse asserentibus, super possessione, apud quem manere debeat, quærebatur. Responsum est, apud filiam possessionem interim esse collocandam. Idem dicitur *II. F. 41.* Vide Acta compromissi Francofurtensis *p. 253. Dec. Elect. XXXVII.*

* MENOCHIVS *Lib. I. præsumt. CXXXIII.* KLOCK *Volum. II. Consil. VII. VIII. Vol. II. Consf. LXXII. num. 654.* CONSIL. MARPVRG. *Vol. IV. Conf. LXXIII. num. 551.* SIXTINVS *de Regalibus Lib. I. cap. IV.* BESOLDVS *P. V. consil. CCXXIV. num. 4.* CARPZOV *Part. I. Const. XXVII. def. VII. IX.* GAILIVS *II. Ob-*

probata, aliter haberi nequit, ac si non adesset, atque inuestitura non præsumatur, sed sit probanda.** Et licet circa feuda nobilia cum iurisdictione & Comitatus contrariam esse præsumtionem sint, qui velint, *** contrarium tamen Ger-

seruat. LXIX. num. 4. B. PARENS *Cap. XVI. aph. XI.* FABRI *Staats-Cantzelley Tom. IV. pag. 402.*

** Prout hæc argumenta etiam adlegat COCCEIVS *Differtat. de præsumt. Qual. allod. tit. II.*

*** Egit illud potissimum HENR. COCCEIVS *de præsumptione qualitatis allodialis Comitatuum &c.* quem secutus est CHRISTIAN THOMASIVS *de præsumptione allodialitatis*, & quidem vtrique in caussa successionis Limburgensis potentissimi Borussorum Regis caussam egerunt. Argumenta COCCEIVS sumit ex concessione feudi lege facta, dum Comes de Comitatu inuestiri dicatur *II. F. 10.* Comitatus inter feuda regalia reputentur, Comites Capitanei dicantur, atque inter Clypeos militares locum habeant. Verum, Comites plerumque ex Dynastis sumebantur, qui bona possidebant patrimonialia. Ex his igitur, & iuribus atque reditibus, de quibus salarii loco inuestiebantur, Comitatus constituebantur, quorum pleraque pars vtplurimum esse solet allodialis, prout in Comitatu Hanouiensi & Limburgensi videmus.

Germaniæ ſtatus antiquus mihi perſuadet, dum antiqui Comitatus potiſſimum ex dynaſtiis allodialibus fuerint conflati, & multi adhuc reperiantur Comitatus allodiales. * Secus eſt de Ducatibus Germaniæ,qui ab Henrici Aucupis temporibus fuerunt feudales.

§. XXVI.

Filii ad debita hæreditaria patris quatenus obligentur, vel non.

Ad debita hæreditaria vero, filii, ſiue feudum nouum fuerit, ſiue antiquum æque tenentur, dum ad factum patris præſtandum obligentur, ** ideoque debita paterna a filiis vel ex fructibus feudi, dum ſæpe ſequeſtratio locum habet, dum etiam per prædii feudalis diſtractionem

Vide LINDAVISCHE AVSFÜHRVNG *p.* 916. LIMBVRGISCHE DEDVCTION apud FABRVM *Tom. XV. p. 1.* SYNTAGMA IVRIS PVBLICI *Cap. XX.* §. *III.* Hæc vberius fuerunt deducta in Tractatu *de Allodiis cap. IV.* §. *XIX. ſqq.*

* Vide SAM. STRYK *Diſſertationem de Iure Allodiali Principum.*

** *II. F. 45.* BERLICH *Part. II. concl. LV. num. 85.* CARPZOV *Part. II. conſtitut. XLVI. def. IV.* B. PARENS *Cap. XIV. aph. XXVIII. XXX.* Vide ſupra *Cap. XIV.* §. *VIII.* Idem obtinet in Feudis Brunſuicenſibus, LEYSER *pag. 56.* Adde GOTHARDI NVNROODTS *Diſcept. forenſem an ſucceſſor in primogenio teneatur de ſoluendis anteceſſorum debitis.*

ctionem erunt soluenda. Neque tamen etiam filius tenetur, si cum adgnatorum, ad quos successio spectat, consensu, dominus filium, patris hæreditatem repudiantem, quasi de nouo beneficio inuestiuerit, vel si filius a patre fuerit exhæredatus, dum vtroque casu filius non sit hæres vniuersalis, sed particularis. ** Neque tamen hoc fieri debet in fraudem creditorum. *** Tertio nec filius obligatur, si insimul cum patre fuerit inuestitus, **** vel si filius in feudo non succedat patri, sed auo, vel matri, vel adgnato, tunc enim patris hæreditatem poterit repudiare. * Non tamen liberatur filius, si pater viuus adhuc bonis cesserit, vel, si in fraudem creditorum filio feudum refutauerit. **

Filius

** BERLICH *cit. loc.* B. PARENS *aphor. XXX. num. 7.*

*** SONSBECK *Part. IX. num. 165.* B. PARENS *num. 8.*

**** BERLICH *num. 43.* B. PARENS *c. l.* CARPZOV *def. VIII.*

* B. PARENS *num. 8.* licet aliud statutum *Dec. Nou. LXVIII.* B. PARENS *Obseru. feud. cap. XVI. §. XVIII.*

** ROSENTHAL *Cap. VII. conclus. XXII. num. 18.* BERLICH *num. 36.* B. PARENS *num. 9. 10.*

Filius tamen, qui iure simultaneæ inuestituræ succedit, repudiata licet hæreditate paterna, ad debita, in quæ pater consenserat, ex feudo soluenda, non æque ad hæreditaria est obligatus.***

§. XXVII.

Adgnati ad debita hæreditaria regulariter non tenentur.

Adgnati vero & simultanee inuestiti nec in feudis nouis, nec antiquis ad debita vasalli hæreditaria obligantur, **** dum ex pacto & iure particulari succedant, nisi simul sint hæredes allodiales atque hæreditatem adierint, * licet etiam tunc vltra vires hæreditatis non obligentur. ** Liberum tamen est adgnatis, repudiata hæreditate allodiali, saltim in feudo succedere, atque tunc ad debita hæreditaria soluenda non tenentur.***

§. XXVIII.

*** CARPZOV *Dec. CLXIX. n. 14. 15. 19.* B. PARENS *num. 11. 12. 13.*

**** CARPZOV *Part. II. const. XLV. d. IV.* SCHRADER *Part. VII. cap. VII. num. 38.* ROSENTHAL *Cap. VII. concl. XXI. num. 10.* B. PARENS *Aphor. XXVIII.*

* *arg. II. F. 45.* B. PARENS *Aph. XXIX.* COCCEIVS *Conf. LXXII.*

** SCHRADER *Part. VII. cap. VII. n. 34.* B. PARENS *num. 3.*

*** *II. F. 45.*

§. XXVIII.

Executio fit vel in fructus feudi vel in ipsum feudum. Illa fit ob debita hæreditaria, a iudice ordinario, cuius iurisdictionem vasallus in prima instantia adgnoscit, in fructus, dum isti sunt res allodialis. **** Quod si tamen vasallus inops fuerit, creditor seruitia ex fructibus præstare, * vasallo etiam beneficium competentiæ relinquere debet.** Quod si vero dominus feudi, qui simul est iudex ordinarius, immissionem decernat, nec simul exprimat, quod saltim in fructus feudi immissionem fieri velit, in ipsum feudum censetur executionem decreuisse. *** Eadem ratione etiam iudex ordinarius solummodo in fructi-

Executio fit in fructus feudi.

**** HARTM. PISTORIS *Part. I. qu. XV. num. 37.* BERLICH *Part. I. conclus. LXXXII. num. 18.* B. PARENS *Aph. XXXI.* SLEVOGT *de Execut. in bona feud. Cap. II. num. 6.* Vide Relat. M. Ottonis apud SCHILTERVM *ad Synt. pag. 339.*

* CARPZOV *Part II. constit. XXV. def. V.* B. PARENS *Aph. XXXII. num. 5.*

** CARPZOV *def. VI.* BERLICH *c. l. n. 47.* SLEVOGT *Cap. V. num. 8.*

*** CARPZOV *Part. I. Constitut. XXXII. def. XXV.* SLEVOGT *Cap. II. §. X. XI.* B. PARENS *Aph. XXXII. num. 4.*

fructibus feudi arreſtum poteſt concedere, a domino vero feudi, qui ſimul eſt iudex ordinarius, arreſtum impetratum, etiam ipſa bona feudalia adficit. ****

§. XXIX.

Executio in ipſum feudum. Nec in fructus ſaltim, ſed etiam in ipſum feudum decernitur Executio, non ſolum a domino feudi, ſed etiam ab eo, qui non eſt dominus feudi, ob debita feudalia neceſſaria, vel vbi dominus conſenſit in oppignorationem, fieri poteſt,* dum nouum ius in re creditori minime conſtituatur, ſed ille ſaltim ius ſemel conceſſum coram conueniente Iudice ordinario perſequatur. ** Licet Conſtitutiones Prouinciales ſint conſiderandæ, & plerisque locis talis executio in ipſum feudum, ſine domini directi conſenſu fieri nequeat. *** Neque tamen hæc

**** B. PARENS *num. 5. 6.*

* B. PARENS *Aphor. XXXI.* SLEVOGT *Cap. II. num. 9. ſeqq.*

** B. PARENS *Aph. XXXI. n. 5.* BÖHMER *de Hypoth. Feud. Cap. II.* §. *XII.*

*** Prout in *Eiſenachiſ. Proceß-Ordnung Tit. XXVII.* §. *6. 7.* Vide late LVDOVICI *Cap. XV.* & potiſſimum IO. PHILIPPVM SLEVOGTIVM, IVSTVM GEORGIVM CHLADENIVM & TOBIAM REINHARDVM *de executione in bona feudalia.*

hæc immiſſio, quæ fit in ipſum feudum, præiudicium adfert adgnatis vel ſimultanee inueſtitis, qui in oppignorationem haut conſenſerunt, ſed ſubſiſtit tantum, quamdiu viuit vaſallus debitor, eiusdemque deſcendentes, licet etiam viuo adhuc vaſallo, vti poſſint iure Retractus.****

§. XXX.

Feudum vero ſine domini conſenſu, & præuia taxatione, diſtrahi nequit.* Quo ordine vero debita ſint ſoluenda, nihil æque Iure Longobardico vel Germanico eſt ſtatutum, ſed tota res redit ad mores. Quod ſi igitur prædium feudale diſtrahatur, ex pecunia inde redacta, ſoluenda primum ſunt debita pro conſeruatione feudi, atque vtilitate Creditorum contracta.** Huc etiam eſt referendum reſiduum pretii, quo feudum fuit emtum.*** Deinde præferuntur illi, quibus conſenſu domini, feu-

Debita quo ordine ſint ſoluenda.

**** B. PARENS *n. 6.* SLEVOGT *Cap. III. t. V. num. 5.*

* SLEVOGT *Cap. IV.*

** CARPZOV *de oner. vaſalli feud. dec. vlt. poſit. VIII. Part. II. cap. XLVI. def. XXXIII. Part. II. dec. CLXXVII. num. 3.*

*** Vide ſupra *Cap. XX.* §. *IV.* & GODOFR.

Ss

feudum est oppignoratum, vel, qui pro debitis arrestum aut executionem in ipso feudo sunt consecuti, **** cum hisce pro temporis ratione concurrit vxor, dotem in feudum illatam repetens, quæ omnes anteriorem hypothecam expressam non habentes, præcedit. ***** Et quidem Iure Saxonico Electorali tempus est computandum à matrimonio consummato, licet cuiuslibet prouinciæ consuetudines sint considerandæ. ****** In paraphernalibus tamen fœmina saltim prælationem habet præ chirographariis. Succedunt reliqua debita feudalia, quæ secundum temporis prærogatiuam, ex feudo sunt soluenda, vna cum vsuris. * Debitis feudalibus exsolutis,

LVDOV. MENCKEN *de residuo pretii ex feudo, ob debita feudalia sub hasta venditi.*

**** CARPZOV *Dec. vlt. posit. VIII. n. 26.* RICHTER *de concursu credit. Cap. II. sect. I. num. 170.*

***** CARPZOV *Part. I. Constit. XXVIII. def. LXXV. Lib. IV. Resp. VII.* BERGER *ad Proc. Sax. Tit. XLIII. obs. I.* NÆVIVS *de Iur. Fœmin. Cap. III. §. XIII.*

****** NAEVIVS *Cap. III. §. XIV.*

* SCHRADER *Part. VIII. cap. IV. n. 20.* CARPZOV *Part. II. cap. XLVI. def. XXXII. Lib. II. Resp. XLIII. Obseru. Feudal. cap. XIV. num. 24.*

lutis, si pecunia ex feudo redacta fuerit reliqua, & filii successerint, debita quoque hæreditaria, quantum fieri potest, secundum iura prioritatis soluuntur. ** Filiabus vero in concursu creditorum ante exsolutionem æris alieni paterni, dos nulla competit, nisi aliud sit consuetudine introductum. *** Sorores vero, quibus dos ex feudo fraterno debetur, præferuntur omnibus fratris creditoribus, licet expressam habuerint hypothecam, dum sit debitum paternum. ****

** CARPZOV *Part. III. c. XLVI. d. XVII. Chur-Sachsische Ordnung Tit. XLV. §. XI.* Adde CARPZOVIVM & FRIDERICVM GERDESIVM *de Oneribus vasalli feudalibus.*

*** B. PARENS *Aph. XXXIII. num. 9.*

**** B. PARENS *Aphor. XXXIII. num. 2. Chur-Sachsische Gerichts-Ordnung Tit. XLV. §. XIII*

CAPVT XXI.

DE DELICTIS FEVDALIBVS ET FEVDI AMISSIONE.

§. I.

Feuda qua ratione possint amitti.

Feuda olim pro lubitu poterant auferri *, vsque dum fierent ad hæredes deuolutiua, vt sine iusta caussa vasalli iisdem priuari non possent. ** Ex quibus vero caussis feudum, iisdem etiam ius simultaneæ inuestituræ amittitur. *** Caussæ vero, quibus feudum amittitur, sunt vel communes, ob quas etiam feudorum adfinia amittuntur, vel etiam propriæ, quæ saltim feudis competunt. ****

§. II.

Caussæ communes quæ.

Inter caussas communes referendus est feudi interitus totalis, si feudum plane esse desinat, per cataclysmum, terræ motum vel similia. Quod si tamen de feudo adhuc quidpiam superfuerit, manet etiam

* *I. F. t. t. 1. 2.*

** *I. F. 7. 21.* ROSENTHAL *Cap. X. conclus. I.* GAILIVS *II. Obseru. CLVIII.*

*** B. PARENS *Obseru. feud. ad cap. XV. num. 1. 5.*

**** B. PARENS *Cap. XV. aph. II.*

etiam nexus feudalis.* Altera caussa est consolidatio, quæ fit vasallo, nullis relictis successoribus feudalibus, simultanee inuestitis, vel qui ex pacto succedunt, & Expectatiuariis, defuncto, tunc enim dominium vtile cum dirigente consolidatur.** Nisi lege publica consolidatio sit prohibita, prout circa Electoratus & in quibusdam Episcopatibus videmus, tunc feuda, licet aperta, aliis iterum sunt conferenda.*** Neque tamen eadem ratio est, si dominus sine hæredibus vel successoribus fuerit extinctus, cum tales haut facile deficiant, atque alia sit ratio domini dirigentis, alia domini vtilis.**** Deinde feudum consolidatur per præscriptionem, si vel dominus dominium vtile contra vasallum, vel hic feudum tanquam rem allodialem, contra dominum præscripse-

 rit.

* B. PARENS *Cap. XV. aphor. IV.* HORN *Cap. XXII. §. I.*

** *I. F. 13.* B. PARENS *Aph. III.* KVLPIS *de consolidatione.*

*** Prout Electoratus seculares vacantes, per AVREAM BVLLAM *Tit. VII. §. V.* iterum debent conferri. Sic etiam Galliæ Rex consolidationem feudorum Alsatiæ inferioris publica lege prohibuit, KVLPIS *§. XXXIX.*

**** HORN *Cap. XXII. §. II.*

rit. * Tertio feudum consolidatur per refutationem domino factam. ** Tertia caussa feudum amittendi est, si vasallus dolo vel culpa feudum reddat deterius. Et si partem saltim reddiderit deteriorem, ista saltim, non vero toto feudo priuabitur vasallus. *** Huc etiam referunt sæuitiam vasalli in subditos.**** Hæc etiam amissio adgnatis non obest, quibus delata ad illos successione, feudum est restituendum.* Demum resoluitur ius feudi, si ad tempus saltim feudum fuerit concessum, vel etiam subfeudum, resoluto iure subinfeudantis. **

§. III.

Felonia in quo consistat. Propria vero amittendi feudum caussa est felonia, siue perfidia, *** quædam

* Vide supra *Cap. XI.* §. *XIX. & seqq.*

** Vide supra *Cap. XVII.* §. *VII.*

*** SCHRADER *Part. IX. cap. VI. num. 39.* B. PARENS *Aph. V.*

**** MYNSINGER *V. Obs. VIII.* GAILIVS *I. Obseru. II. num. 22.* SCHRADER *Part. VI. cap. III. num. 19.* STRYK *de abusu Iuris quæsiti Cap. II. num. 35.* TORNOV *pag. 368.*

* B. PARENS *cit. loc.*

** Vide supra *Cap. XV. §. VI.*

*** Sunt, qui ducant a voce *fallere*, vel a Germanica voce *fehlen*, vel voce mediæ ætatis *Fello*, siue *Felo*, quod *perfidum* notat, vide

dam & culpa *ein Lehns-Fehler*, qua vasallus ingratum erga dominum se gerit, vel committendo vel omittendo peccat, vel alias feudo se reddit indignum.* Hæc vero vel in ipsum dominum, vel in eius familiam committitur. Prioris generis est, si debitam domino non exhibuerit reuerentiam, seruitia denegauerit** dominum

DV FRESNE, & *fala*, quod fraudem, dolum, notat, SCHILTER ad *Cap. XC.* Sic etiam MATTHAEVS PARISIENSIS *ad annum 1213: Tunc Rex Francorum rem diu desideratam intelligens accinxit se ad pugnam, atque omnes suæ ditionis homines, Duces videlicet, Comites & Barones, milites & seruientes, cum equis & armis iussit octauis Paschæ sub nomine Culuertagii apud Rotbomagum ita potenter conuenire, ne crimine Læsæ Maiestatis damnum exhæredationis incurrere viderentur vulgariter sub nomine Felonis.* Vide SPLEMANN voce *Felo*, qui etiam Feloniæ species describit; AEGID. MENAGIVS *Diction. voce Felonie.* EYBEN *El. Feud. cap. II. coroll.* B. PARENS *Cap. XV. §. VIII.* IVRE FEVDALI ALEMANN. *Cap. CLV. §. 3. Was der Mann mit dem Lehn tut gen den Herrn das Geverde heisset, damit hat der Mann das Lehn verwircket gen sinem Herrn.*

* *I. F. 5. II. F. 23. 24.* vbi caussæ recensentur.

** *I. F. 21. pr. II. F. 24.* vers. *sed non*

minum in prælio, alioue vitæ aut corporis periculo versantem deseruerit, * peri-

alia iustior. II. 26. c. 2. II. F. 55. c. *firmiter.* De Iacobo I. Arragoniæ Rege dicit BERNHARDINVS GOMESIVS *in vita ipsius lib. XVIII. fin. Tarraconem conuenire iussit Raimundum Folchium Vicecomitem, Petrum Bergum, Galcerandum Pinosium Guilliermum & Maimonum Catalauninos, Berengarium Cardonam & Guilliermum Ragindellum proceres: qui paulo ante, in expeditionem sacram proficiscentem, sequi recusauerunt, vt eorum contumaciam, & insolentiam puniret; quibus militaria beneficia ademit, eosque honoribus priuauit: denique arces, quæ illis iure fidelitatis commissæ fuerunt, restitui sibi imperauit:* De Hartwico Bremensi Archiepiscopo dicit HELMOLDVS *lib. I. c. XXXII. quod archiepiscopus omisisset Italicam profectionem, transgressor iuramenti, essetque reus maiestatis - - legatus Imperatoris veniens Bremam, occupauit omnes curtes Episcopales, & quæcunque reperisset, addidit fisci iuribus.* Idem factum est Othelrico, Halberstadtiensi Episcopo. GÜNTHERVS *Ligurino lib. II. p. 301.* Adde OTTONEM FRISINGENSEM *lib. II. c. XIII.*

* *I. F. 5. 17. 21. c. si quis miles. II. F. 24. c. 2.* Quo facit Iudicium in caussa Henrici Leonis, CORPVS HIST. GERM. *Per. VII. S. II. §. XXXV.*

periculum imminens non auerterit,** captiuum non liberauerit, dum potuerit. *** Si dominum assalierit, vulnerauerit, manum contra ipsum leuauerit, quod admenatio vocatur, insidias ipsi struxerit,* ipsum oppugnauerit,** vel etiam tale quid fuerit conatus.*** Deinde, si cum hoste vel aduersario domini in ipsius perniciem amicitiam contraxerit, vel fœdus iniuerit,* nefaria contra ipsum fuerit machinatus, ** criminis

** *II. F. 7. c. & si impedimentum. II. F. 24. c. si praeterea. II. F. 26. c.* licet *28. c. ad hoc.* ROSENTHAL *Cap. VI. conclus. XVII. num. 40.* SCHRADER *Part. VI. cap. VI. num. 85.*

*** *II. F. 24. c. Item si delator. 57.* ROSENTHAL *Cap. X. concl. XX.*

* *I. F. 5. 17. II. F. 6. 24* vers. *porro si.*

** *I. F. 5. II. F. 17. 24.* verb. *porro si* ROSENTHAL *Cap. II. concl. XVIII.*

*** *II. F. 51. c. si voluerit.* SCHRADER *Part. IX. cap. IV. num. 47.*

* *II. F. 57.* Sic Vlrico Würtenbergensi Duci imputabatur a Ferdinando I. Rege Romanorum, quod foederi Smalcaldico accesserit, de quo Consilium in LÜNIGII *Scriptis selectis pag. 685.*

** Singularis erat felonia Georgii Bohemiae

dominum accusauerit, testimonium, maxime in caussa criminali contra ipsum dixerit, famosa actione conuenerit,*** credentiam eius, seu secreta in eius damnum * reuelauerit, verbis atrocibus ipsum iniuriauerit,** circa rem feudalem non se gesserit, prout vasallum decet, vtpote dominum non adgnoscendo, seu rem feudalem esse præfracte negando,*** si debito tempore non renouet inuestituram,* iuramentum fideli-

Regis. Hic, quamuis suscepto regni feudo, in verba iurasset Friderici III. Imp. cum ipso etiam a. 1459. fœdus iniuisset, nihilominus contra ipsum machinabatur atque Imperium quærebat. Vide CORPVS HIST. GERM. *Per. X. S. II.* §. *XXXIX.* Hodiernus Sardiniæ Rex dum coram throno Cæsareo de feudis suis regalibus a. 1734. inuestiretur, contra Imp. varia machinabatur, atque de bello ipsi inferendo consilia fouebat.

*** *II. F. 1. c. 1. II. F. 3. c. similiter 24. c. item si delator*, vide supra *Cap. XVI.* §. *4.*

* *I. F. 17. 11. II. F. 5. 6. 7.* STRYK *de credentia reuelatione Cap. III. n. 10.*

** *II. F. 6. 7. 24. c. 2. vers. porro* ROSENTHAL *Cap. X. concl. XXI.*

*** *II. F. 26. c. si vasallus. II. F. 34. c. si fuerit. II. F. 38.*

* Supra *Cap. XV.* §. *XI.*

delitatis præstare recuset, ** in iudicio feudali vocatus se non sistat, *** feudum sine domini consensu alienet, **** filium, qui feloniam commisit, ad dominum, vt satisfaceret, non deduxerit.*

§. IV.

In dominum & eius familiam peccat, si dominum cucurbitauerit, ** siue cum eius vxore & sponsa concubuerit, vel idem conatus fuerit, aut cum ea turpiter luserit, eam turpiter contrectando vel osculando. *** Hoc tamen non procedit, si cum vidua Domini, nisi intra annum luctus id fiat, **** vel cum eius-

Vasallus contra domini familiam peccat per cucurbitationem.

** *II. F. 24. c. est alia. II. F. 26. c. licet vasallus.*

*** *II. F. 24. c. 4.*

**** *II. F. 38. 52. 55.* Supra *Cap. XVIII.*

* *I. F. 5. II. F. 51. §. quaesitum. II. F. 55. §. insuper*, ROSENTHAL *Cap. X. concl. II.*

** *I. F. 5. II. F. 38. 57.* quod *I. F. 17.* explicatur, si valuasores seniorum vxores adulterauerint *I. F. 21. c. vlt. si concubuerit cum vxore domini sui domino viuente II. F. 24. v. rursus*, cucurbita vero notabat vas concauum, vide du FRESNE.

*** *I. F. 5.* B. PARENS *Aph. IX. num. 9.* HORN *Cap. XXIII. §. VII.*

**** Dum *I. F. 21.* dicatur *domino viuente.*

eiusdem concubina hoc fecerit. ***** Idem tamen obtinet, si cum filia, aut cum nepte ex filio, vel filia, aut cum sorore domini in eius domo viuente, concubuerit. * De matre, licet leges feudales nihil definiant, adplicari tamen etiam ad eandem debere videntur exemplo filiæ. **

§. IV.

Delicta in alios commissa.

Sunt tamen etiam alia delicta, quibus feudo se indignum reddit vasallus, vtpote parricidium, *** siue fratricidium, ea intentione, vt eius feudo potiatur. Traditio siue proditio conuasalli, **** crimen Læsæ Maiestatis. * Addunt quidam incestum, adulterium, homicidium, de quibus delictis tamen leges feudales nihil

***** ROSENTHAL *Cap. X. concl. XXVII. num. 51.* B. PARENS *num. 9.* HORN §. *IX.*

* *I. F. 5. II. F. 24. c. 2.*

** ROSENTHAL, B. PARENS, HORN *c. l.*

*** *I. F. 5. c. iterum si fratrem. II. F. 24. c. fin. II. F. 37.*

**** *II. F. 37. tradendo hominem.* B. PARENS *Aphor. X. n. 2.*

* *II. F. 56.* ORD. PAC. PVBL. Augustæ anno 1548. *tit. die Pœn der Friedbrecher.* SCHRADER *Part. IX. cap. VIII. num. 18.* ROSENTHAL *Cap. X. conclus. XXXV.* B. PARENS *Aph. X. num. 4.*

nihil definiunt.** Quibus vero ex caussis vasallus feudum amittit, iisdem etiam is, cui feudum est promissum, ius suum perdit.***

§. VI.

Pœna feloniæ. est priuatio feudi, ita tamen, vt præuia caussæ cognitione, per sententiam id fiat condemnatoriam, quæ non tam declaratoria est, quam priuatoria, * nec dominus propria auctoritate expellere possit vasallum, ** sed actionem coram Paribus curiæ debet instituere, *** & ingratitudinem commissam per quinque testes, summæ atque inte- Pœna feloniæ priuatio feudi.

** B. PARENS *n. 5.* HORN §. *XVII.* Adde tamen IO. HENRICI SCHWARTZII *diss. de felonia Vasalli ex Causa adulterii & Stupri. Lipsiæ 1731.*

*** B. PARENS *num. 6.* Adde GEORGIVM CONRADVM SCHILERVM, *de vasallorum delictis amissionem feudorum ingerentibus Altdorfi 1734.*

* B. PARENS *Aph. XI. num. 3.*

** *I. F. 21.* verb. *sine cognita culpa.* Et porro; *tunc conditio caussa data proponitur ad repetendum feudum, ex quo non seruit domino. I. F. 22. c. 1. verb. damnetur.* IVRE FEVD. SAX. *Art. LIX, LXIII.* ALEMANNICO *Cap. XXXVI, LXXX.*

*** *I. F. 21.*

integræ opinionis, probare.* Vasallo tamen etiam per iuramentum licet innocentiam suam demonstrare, ** nisi dominus cum paribus, paratus sit, contrarium demonstrare. *** Feudum autem post sententiam condemnatoriam, restituendum est cum fructibus perceptis ab eo tempore, quo fides non præstita & felonia fuit commissa.* Propter illicitam alienationem vero, feudum ipso iure deuoluitur ad dominum, nec opus est sententia condemnatoria. **

§. VII.

Dominus culpam potest remittere.

In arbitrio vero domini est constitutum, an velit contra vasallum, feloniam committentem ad priuandum agere, an vero culpam sub certa emenda, & conditionibus *** remittere, quod vel expresse

* *II. F. 57.* Licet IVS SAXON. FEVD. *Cap. XXIX. §. 3.* sex testes requirat.

** IVRE FEVDALI ALEMANNICO *Cap. LXXX.*

*** IVRE ALEMANNICO *Cap. LXXXVI.*

* B. PARENS *num. 4.* HORN §. *XX.*

** *II. F. 55.* verb. *libere reuertatur* B. PARENS *num. 6.* HORN §. *XXI.* Supra *Cap. XVIII. §. VI.*

*** de Bolislao Poloniæ duce dicit RADEVICVS lib. I. c. III. IV. V. *pollicitus est dari duo millia marcarum Imperatori, & Princip-*

presse fit, * vel tacite. ** Vtpote, si dominus post culpam commissam, vasallum inuestiat, ipsum ad seruitia euocet, familiarius cum ipso conuersetur, *** viuens de eo non fuerit conquestus, licet etiam nesciuerit, feloniam esse commissam, tunc hæredes eius ad priuationem agere amplius nequeunt. * Nec

bus mille, Imperatrici viginti marcas argenti, Curiæ ducentas marcas argenti, ob eam negligentiam, quod ad Curiam non venerit, nec de terra debitam fecerit fidelitatem.

* *II. F. 31.* Extat apud Dominum de LVDEWIG *Reliqu. MS. Tom. VI. pag. 217.* sententia Sigismundi III. R. Poloniæ a. 1616. lata de felonia Curlandiæ ducibus obiecta, aduersus regnum & Regem Poloniæ, remissaque.

** ROSENTHAL *Cap. VI. conclus. LXI. Cap. X. concl. XXXIX. XL.* VULTEIVS *de Feudis. Lib. I. cap. XI. num. 63. seqq.* STRYK *de culpa vasallo remissa Cap. III. num. 15.* Licet IACOBVS CAROLVS SPENERVS in dissert. *de tacita feloniæ remissione*, ex vna vel altera Domini actione hanc concludi non posse, autumet, nisi plures concurrant. Addi potest GVIL. HIERON. BRÜCKNERI diss. *de Remissione feloniæ tacita.*

*** ROSENTHAL *Cap. X. concl. XXXVIII. num. 4.*

* ROSENTHAL *Cap. X. concl. XL.*

Nec mortuo vasallo, actione nondum instituta, contra filios illa locum habebit, nisi voluntatem suam feudum reuocandi, adhuc ante mortem dominus fuerit testatus. ** Aboletur etiam hæc actio per præscriptionem, si dominus intra XXX. annos post culpam commissam, actionem non instituerit. *** Deinde, adgnatis etiam dissentientibus, ante sententiam condemnatoriam dominus culpam poterit remittere, dum ipsis nondum ius quæsitum fuerit ad successionem. **** Sic etiam simultanee inuestitis, dum culpa solummodo contra ipsum fuerit commissa. * Dum vero Iure

** IVRE FEVD. ALEMANN. *Cap. LXXXVIII. Der Sun antwortet nit an des Vaters Stat in Leben-Rechte.* ROSENTHAL *num. 43.* HARTM. PISTORIS *Part. I. qu. XXXV. num. 6.* B. PARENS *Cap. XV. aph. XII.*

*** ROSENTHAL *Cap. X. conclus. XXXIX. num. 38. seqq.* ZIEGLER *de Præscriptione §. XXI.*

**** B. PARENS *Aph. XII.* HORN §. *XXV. num. 9.* Vbi quidem *II. F. 31.* verb. *si non sunt alii ex latere, quibus aperiatur.* Verum, textus de regula loquitur, quid iuris post sententiam condemnatoriam.

* CARPZOV *Part. III. c. XVII. def. VIII. XIII. Lib. VI. Resp. LXXXIV. num. 1.* B. PARENS *num. 11.* HORN *Cap. XVII. §. XIX.*

Iure Saxonico feuda ob illicitam alienationem ſtatim veniant ad ſimultanee inueſtitos, dominus nec ante, nec poſt ſententiam, per remiſſionem, iisdem poterit præiudicare.**

§. VIII.

Feudum taliter amiſſum ſi nouum fuerit, deuoluitur ad dominum, *** niſi intuitu filiorum fuerit conceſſum, **** vel adgnati etiam ex pacto, ad ſucceſſionem admittantur, vel ſi ſimultanee fuerint inueſtiti. ***** Feudum antiquum vero, ob feloniam in dominum ſiue eius familiam commiſſam, reuertitur ad dominum, ita tamen, vt vaſallo delinquenti atque eius deſcendentibus adgnatis, quoto etiam gradu delinquentem attingant, ſit conceden- Feudum amiſſum ad quem deuoluatur.

** HORN §. *XXV.*

*** *arg. II. F. 24. t. 3. II. F. 26. 31.* ROSENTHAL *Cap. XI. concl. I.* HARTM. PISTORIS *Lib. II. quaeſt. IV. num. 59.* CHRISTINAEVS *Volum. I. Deciſ. CCCXCV. num. 4.* DARPAEVS *Praeiud. XXV.* Vide tamen ratione Electoratus Palatini ad Bauaros translati PFEFFINGERVM *lib. II. Tit. I. p. 938.*

**** ROSENTHAL *Concl. II.* HARTMANN PISTORIS *Lib. II. qu. XXXVI.*

***** CARPZOV *Part. III. conſt. XXVII. def. I.*

Tt

cedendum.* Quod si vero feudum antiquum ob aliam culpam in dominum non commissam, amissum, adgnatis vel simultanee inuestitis statim feudum defertur, atque considerarur, ac si vasallus esset mortuus.** Et licet hoc casu filii iure communi excludantur, admittuntur tamen Iure Saxonico Electorali,*** id quod etiam in reliquis terris

* *II. F. 24. c. fin. II. 40. fin.* Et licet ex *II. 31.* scrupulus moueatur, adgnatos ad quartum gradum saltim admitti, cum dicatur, si non sunt alii ex latere, quibus aperiatur, ad eius petitionem admittuntur, qui quarto gradu sunt remoti ab eo, qui id adquisiuit. Verum additur, etiam vsque ad infinitum, dum tamen hos constet ab eo per masculum descendisse. HARTMANN PISTORIS *Lib. II. qu. XV. XVI.* B. PARENS *Aph. XIV.* HORN §. *XXII.* DARPAEVS *praiud. XXV.* In Capitulatione etiam Carolina *art. XX.* dicitur vasalli delictum, nec adgnatis nec aliis, qui ius succedendi habent, praeiudicium posse adferre.

** *II. F. 31. 37.* HARTM. PISTORIS *cit. loc.* CARPZOV *cit. loc.* B. PARENS *Aph. XV.* HORN §. *XXIII.* Vide Responsum SCHILTERI notis ad Syntagma Iuris Feud. adiectum. *pag. 134.*

*** *Part. III. const. XXVII.* CARPZOV. *def. III. VI.*

terris Saxonicis obtinet. * Quod si tamen vasallus ob crimen fractæ pacis publicæ sit bannitus, feudum ad dominum deuenit, non nisi post mortem vasalli atque eius descendentium, adgnatis restituendum. ** Feudum vero siue mere siue mixte hæreditarium, ex quauis felonia domino obuenit, vt filii & adgnati penitus excludantur, quia modo hæreditario defertur. *** Prælati, & qui præsunt vniuersitati, etiam feuda, quæ Ecclesiæ vel vniuersitatis nomine tenent, amittunt, post mortem tamen ipsius successori restituenda. **** Fructus feudi post culpam commissam omnes spectant ad dominum, nulla distinctione eorum obseruata, neque dominus neque adgnati tenentur ad restituendas impensas vel meliorationes. ***** Alias eadem ratio erit habenda, ac in casu successionis.

* SCHVLTZ *Syn. Feud. Cap. XI. num. 71.* B. PARENS *Aph. XV. num. 3.*

** LANDFRIEDE *de anno 1548. Tit. Pœn der Friedbrecher.* ORD. CAM. *Part. II. Tit. IX.* §. 2. B. PARENS *num. 2.* GAILIVS *de Pace publica Lib. II. cap. XIII. XIV.*

*** B. PARENS *num. 7. 8.*

**** *II. F. 40. fin.* ROSENTHAL *Cap. X. conclus. III. IV.*

***** CARPZOV *Part. II. const. XXXI.*

§. IX.

An etiam dominus feudo possit priuari.

Communis etiam sententia, quod dominus eadem ratione ob delictum in vasallum vel alium perpetratum, amittat Dominium directum, & vasallus adquirat proprietatem, * vel si non ampli-

def. VII. Part. III. const. VII. def. IX. ROSENTHAL *Cap. X. concl. X. num. 30.* HARTMANN PISTORIS *Lib. II. qu. XLII.* B. PARENS *Aphorism. XVI. XVII.* Licet PETRVS GVDELINVS *Part. V. cap. V. num. 3.* & HENRICVS ZOESIVS *de feudis Cap. XVI. num. 65.* dissentiant, eo quod dominus id saltim repetere possit, quod vasallo cessit.

* *II. F. 26. c. domino committente feloniam. II. F. 41.* ROSENTHAL *Cap. XI. conclus. XX. num. 4.* HORN §. *XXVI.* Idem adserunt BITSCH *ad II. F. 26. pag. 495.* KNIPSCHILD *de obligatione erga vasallum Part. I. quaest. II. num. 45.* WALDECKISCHE EHRENRETTVNG *II. Th. cap. XXII.* NIC. EVERHARDVS etiam locis Top. *arg. a. correlatiuis num. 12.* dicit, ita iudicatum fuisse in R. Franciae, quoad Comitatum Flandriae & Artesiae, quod scilicet Rex Franciae tanquam dominus, propter feloniam in Carolum V. Caesarem, vt Ducem Burgundiae & vasallum commissam, illorum duorum Comitatuum dominium dirigens perdiderit, idemque Carolo Caesari fuisse adquisitum. DANIEL MOLLERVS etiam *Part. I. cap. XXVII*

amplius superfit, feudo priuatur. ** Hoc vero non amplius obseruatur. Neque etiam hæc doctrina de Felonia ad feuda Imperii poterit adplicari, * cum circa illa Leges Imperii & Ius Principum obtineat, nisi quod circa vasallos Italiæ maiora sint iura Imperatoris. **

num. 6. recentiora exempla non deesse testatur. Licet hanc doctrinam plene destruxerit THOMASIVS *de Felonia Domini.* Adde IACOB. CAROLVM SPENERVM *de Felonia Cap. XVIII.* GABR. SCHWEDERVM *de felonia Domini*, HENR. HILDEBRANDVM *de vsu & non vsu circa Feloniam Domini.*

** Exemplum præbet DODECHINVS ad a. 1130. scribens: *Hermannus de Vintzenberg Burchardum virum Regi fidelissimum in colloquium vocans occidit. Ludouicus Comitatum Thuringiæ Hermanno iudicio sublatum a Rege suscepit.* Dicitur etiam Hermannus Burcardi Dominus apud DODECHINVM a. 1130. ANNALES HILDESHEIM. *ad a. 1130. 1131.* ANNALISTAM SAXONEM *ad a. 1130.*

* Prout vberius demonstrauit IACOB CAROLVS SPENER *Examine Longobardicæ doctrinæ de felonia.*

** SYNTAGMA IVRIS PVBLICI *Cap. XXIV. §. VIII. seqq.*

CAPVT XXII.

DE IVDICIO FEVDALI.

§. I.

Quales de feudo domino dentur actiones.

IN Iudicio feudali conſideranda venit actio, iudex, & modus procedendi. Actio domino datur vel ratione dominii directi: dum remediis poſſeſſoriis etiam contra turbantem vaſallum atque interdictis poſſit vti, *** & ratione petitorii, ipſi detur rei vindicatio,* vel ratione contractus feudalis, datur actio ad illum vel adimplendum vel reſcindendum. **.

§. II.

Quales actiones dentur vaſallo.

Vaſallo datur actio vel circa feudum conſtituendum, ratione promiſſi, & quidem actio in perſonam, vel ratione feudi iamdum conſtituti competunt ipſi remedia poſſeſſoria, *** & in petitorio

*** B. PARENS *Cap. XVI. aph. II.* SCHILTER *ad Ius Feud. Alemann. Cap. X. XI.*

* *arg. II. F. 8.* ROSENTHAL *Cap. XII. concl. XII.* B. PARENS *num. 3. 4.*

** *II. F. 2. c. 1.* verb. *rem ſuam petat.*

*** B. PARENS *Aph. III. obſ. ad cap. XVI. num. I.* HORN *Cap. XXIV. §. XIV.*

torio Rei Vindicatio. * Ex contractu feudali datur actio personalis contra dominum.**

§. III.

Locum autem saltim iudicium feudale in caussis habet feudalibus, *** quæ oriuntur ex nexu & relatione feudali. Tales sunt, quando de ipso feudo iamdum constituto, vtpote successione, possessione,* potissimum inter duos con- Iudicium feudale locum saltim habet in caussis feudalibus.

* *II.* F. *8. c. Rei autem. II.* F. *46.* HARTM. PISTORIS *Part. II. qu. XXXIX. n. 39.* SCHILTER *ad cap. XXII.*

** B. PARENS *num. 5.* HORN *Cap. XXIV. §. X.*

*** *II. 55. c. pen. c. ex parte X. de Foro competente.* SCHRADER *Part. X. sect. II.* ROSENTHAL *Cap. XII. concl. I. IV. num. 24. conclus. XII. num. 54.* B. PARENS *Aphor. IV.* HORN *Cap. XXV. §. I.* ERTEL *Obseruat. illustr. Part. II. num. 239.* HILDEBRAND *de recursu inordinato ad curias feudales Cap. II. §. III.* qui etiam caussas non feudales recenset, & qua ratione ad curias feudales illicite prouocetur, demonstrat, licet Nobilitati immediatæ nimium faueat. EYBEN *de caussis feudalibus.* SCHILTER *ad cap. X. §. VIII.*

* ROSENTHAL equidem *Cap. XII. conclus. II. num. 4.* & *Cap. XII. num. 54. seqq.*

uasallos, alienatione & oppignoratione sit controuersia, vel super iis, quæ ab eius natura dependent, vtpote fide, seruitiis, inuestitura, dotatione filiarum, dotalitio, debitis feudalibus, felonia vel eiusmodi. Quod si vero qualitas ista feudalis negetur, vel in dubium vocetur, locus non erit iudicio feudali.

§. IV.

Iudicium Parium Curiæ. Iudex feudalis vel est ipse dominus, vel Pares Curiæ. Quod si enim inter dominum & vasallum caussa feudalis agatur, vel etiam inter duos vasallos, de feudo litigantes, lis tamen dominum concernat, Pares Curiæ iudicant, * cum

quem sequitur HILDEBRAND. §. V. si de modo feudi possessorio agatur, coram foro feudali controuersiam esse terminandam, autumat, cum non concernat proprietatem, attamen est caussa feudalis, ideoque etiam hanc caussam ad forum feudale merito referunt B. PARENS *Cap. XVI. aphor. IV.* LVDOVICI §. *XXXI.*

* *I. F. 1. c. 1. I. F. 10. si contentio fuerit inter dominum & fidelem de inuestitura feudi, per pares curiæ dirimatur.* Alii enim testes etsi idonei sint, admittendi non sunt. *I. F. 14. 22. 23. 26. c. si quis. II. F. 2. 16. 20. 39. c. si inter dominum 55. c. 2. fin. II. F. 58. c. 3.*

cum dominus in propria cauſſa Iudex eſſe nequeat, & vocatur Iudicium parium, *des Lehn-Gericht oder Mannen-Gericht*, *Mann Cammer.*** Et quidem *Mann Richter*, *Stabhalter*, erat eligendus.*** Sunt autem Pares Curiæ, qui ab eodem domino immediate feudum habent, nec iure communi requiritur, vt eiusdem cum vaſallo litigante ſint dignitatis,* ſufficit, ſi eiusdem domini ſint vaſalli immediati. Tales etiam eſſe poſſunt, qui feudum retrouendibile vel pignoratitium poſſident, vel etiam, licet feloniam commiſerint, nondum tamen ſunt condemnati, dum adhuc

Tt 5

IVS FEVDALE ALEMANNICVM *Cap. IX. XV. XXXI.* Sic Sifrid de Lindau in controuerſia inter ipſum & dominum feudi Eberhardum de Eppſtein prouocat a. 1358. ad Iudicium Parium apud SENCKENBERG *Selectis p. 655.*

** LVDOV. *Lehn-Proceß Cap. I. §. I.* Vide KOPPIVM *de Differt. Comitum p. 546.* Adde SCHILTERVM *de Curiis Dominicalibus.*

*** IVRE FEVDALI ALEMANN. *Cap. CXX.* & ibi SCHILTERVS.

* Prout MODESTINVS PISTORIS *Volum. I. Conſ. LIX. quaeſt. II. num. 45.* contendit, cui tamen LVDOVICI *Lehn-Proceß Cap. I. §. XII.* reſpondet.

huc ſint vaſalli. ** Niſi quod circa Principum Imperii delicta, olim Iudicium Principum fuerit requiſitum. *** Quod ſi plures adſint pares curiæ, omnes ſimul iudicis partes ſuſtinent, niſi domino & vaſallo litigantibus, quosdam duntaxat ex eis eligere placuerit. **** Quod ſi dominus eligat, & vaſallus nolit eligere, aut in electione tergiuerſetur, tum ſoli a domino electi iudicabunt, id quod etiam domino eligere nolente vel tergiuerſante, circa electos a vaſallo obtinet. * Numerus tamen duodenarius ad minimum requiritur circa iudicium conſtituendum. ** Iuramentum vero ſpeciale a paribus curiæ non exigitur, ſed ſufficit vaſallalagium. *** Licet in terris Saxonicis ſpe-

** ROSENTHAL *Cap. XII. concluſ. VII. num. 20. ſeqq.*

*** SYNTAGMA IVRIS PVBLICI *Cap. XXIV.* §. *XI.*

**** *II. F. 16.* ROSENTHAL *Cap. XII. concl. VIII. num. 34.* MYNSINGER *Cent. IV. obſeru. LXXXIX. n. 5.* B. PARENS *Aph. VI. num. 2.* LVDOVICI §. *XIV.*

* B. PARENS *num. 3.*

** IVS FEVDALE ALEMANNIC. *Cap. XVIII.* & ibi SCHILTERVS, LVDOVICI §. *XXVIII.*

*** MYNSINGER equidem *Cent. IV. obſeruat. LXXXIX. num. 5.* ex *II. F. 55.* verbis:

ſpeciale iuramentum requirant Doctores. **** Quod ſi vero vaſallus domino ſciente & non contradicente, per vnum annum fuerit in quieta poſſesſione, ei defenſio vel per teſtes, vel, his deficientibus, per ſacramentum concedatur.***** Si autem Dominus vaſallo ſuo feudum aufert, aut alteri confert, vel inueſtituram deneget, poſſesſione priuat, vel dignitatem Paris deneget, etiam Iudex ſuperior poterit adiri, * qui vel per modum Mandati, vt iuſtitiam dominus faciat vaſallo, vel cita-

ſub fidelitatis debito coniuratos eruere conatur, etiam Iure Longobardico ſpeciali requiri iuramentum, quod tamen ſaltim notat *bey ſeiner Lehns-Pflicht.* Quare etiam *II. F. 16.* illum non admittit inter pares, qui fidelitatem domino non iurauit. HORN *Cap. XXV. §. XII.*

**** COLER *Dec. CCXCIV. n. 3.* Modum præſcribit MODEST. PISTOR. *Volum. I. Conſ. LX.* LVDOVICI §. *XV. XVIII.*

***** *I. F. 4. pr. I. F. 26. pr. t. c. 1. II. F. 2. c. 1.* IVRE FEVDALI ALEMANN. *c. XI.* & ibi SCHILTERVS. Vocatur vero quieta posſeſſio, *ſtille Gewehr*, vel *rechte Gewehr Cap. XXI. §. I.*

* IVRE FEVDALI ALEMANNICO *Cap. XXI.* & ibi SCHILTERVS. LVDOVICI §. *XX. XXI.*

citationis, cauſſam ſuſcipit. Si controuerſia fuerit inter vaſallum, ratione ſubfeudi & ſubuaſallum, quibusdam in locis, vtpote terris Hanoueranis, Cliuenſibus, Auſtriacis, Pares Curiæ alii eiusdem ſunt vaſalli ſiue domini ſuperioris ſubuaſalli. ** Licet in Saxonia Dominus ſuperior ſit iudex. *** Si vero dominus vaſallo feudum adiudicatum reſtituere nolit, licet ipſum deprædare, ſiue de prædio deiicere.****

§. V.

An Iudicium Parium Curiæ adhuc hodie obtineat.

De eo tamen ſupereſt controuerſia, an in cauſſa feudali inter Dominum & vaſallum Iudicium Parium adhuc hodie obtineat. Non deſunt equidem, qui hoc iudicium in Germania in deſuetudinem plane abiiſſe velint, * atque vix amplius obtinere, *daß die Lehn-Tafel beſetzt werde*, ita, vt potius coram curia Domini feudali, vel Iudiciis Pro-

** ROSENTHAL *Cap. XII. concluſ. VII. num. 119.* BESOLDVS *voce Mann-oder Lehn-Gericht*, *Manner.* LVDOVICI §. *XVI. c. ſeqq.*

*** LVDOVICI §. *C.*

**** *II. F. 22.* Adde SIGISM. GOTTLIEB HILLIGER *de vaſallo contra dominum feudi propria auctoritate ſibi ius dicente.*

* SCHOTTELIVS *de Iuribus ſingularibus Germanicis Cap. IV.* §. *IX. fin.*

Prouincialibus hodie ſit ventilanda.** In terris iſtis, vbi ius Landſaſſiatus viget, & vaſalli ſimul ſunt ſubditi, Saxonia equidem Electorali, tales cauſſæ coram Regimine, Iudiciis Prouincialibus, vel ſi maioris ſint momenti, etiam Iudicio Appellationum pertractantur. *** In terris Saxonicis Ducalibus coram Regimine, licet etiam in controuerſia inter Ioannem Caſimirum, Saxoniæ Ducem, & Ioachimum Truchſeſium de Wetzhauſen, iudicium parium fuerit formatum. **** In terris Marchicis coram Tribunali. In Auſtria, Bauaria, Ducatu Magdeburgenſi, Halberſtadienſi, terris Brunſuicenſibus, Holſaticis, Anhaltinis coram Regimine. ***** In Archiepiſcopatibus Moguntino, Treuirenſi, Colonienſi, Epiſcopatu Bambergenſi & Würtzburgenſi, terris Palatinis, Brandenburgenſibus, Würtenbergicis, Megapolitanis, Pomeranicis, Haſſiacis, Iuliacenſibus, Cliuenſibus Iudicium Parium adhuc obtinet.

§. VI.

** HORN *Cap. XXV. §. XIV.*

*** LVDOVICI §. *LXIX.*

**** Vide *Hiſtor. Archiu. Tom. I. p. 300.*

***** LVDOVICI §. *LXIV. & ſeqq.*

§. VI.

Domini est iudicium, si inter duos vasallos sit controuersia.

Si vero inter duos vasallos de feudo sit controuersia, solius Domini est cognitio. * Nihil etiam interest, siue clericus siue laicus, siue mas siue fœmina, siue nobilis siue ignobilis sit iudex, si modo feudi sit dominus dirigens. ** Adgnoscere etiam forum feudale tenetur simultanee inuestitus, non æque filii, in caussis feudalibus, in aliis vero feudalia non concernentibus caussis non æque, nisi obseruantia hoc fuerit introductum. *** Vbi tamen ius Landsassiatus viget, vasallus etiam in caussis ciuilibus forum coram Domino territorii sorti-

* *II. F. 55. c. 2. fin.* verb. *praeterea si inter duos vasallos de feudo sit controuersia, domini sit cognitio & per eum controuersia terminetur.* Docet hoc etiam Ludouici VIII. Francorum Regis carta de a. 1224. apud EDM. MARTENE *Collect. Vet. Monum. Tom. I. p. 1191.* qui Petro, Comiti Britanniæ, castrum Celsum donauit in feodum & hominagium ligium, tali modo, *quod praedictus comes & haeredes sui tenentur de dicta terra & eius pertinentiis iure stare & respondere in curia nostra cuilibet conquerenti, & se super praedictis iustitialiter exhibere tamquam de dono nostro.*

** LVDOVICI *Cap. I. §. VII. VIII.*

*** LVDOVICI *Cap. II. §. XI. sqq.* CARPZOV

ſortitur. Sic etiam circa feuda Imperii Iudex ordinarius eſt Imperator, qui per Iudicium Aulicum cauſſas feudales diiudicat & decidit, ita, vt etiam Cameram Imperialem excludat, niſi controuerſia partem ſaltim feudi Regalis, vel feuda minora Imperii, vel etiam mediata concernat. * Vicarii tamen, etiam durante Interregno, in cauſſis feudoram regalium cognoſcunt. ** Si circa ſubfeuda Imperii oriatur controuerſia feudalis, eandem in prima inſtantia, coram iudicio Parium Domini immediati eſſe ventilandam, ita, vt in vlteriori inſtantia ad Iudicium Aulicum poſſit deuolui, tradunt Doctores, licet deſuper in cauſſa ſucceſſionis Comitatus Rietbergenſis fuerit controuerſum. *** Maxime, dum olim

Lib. VI. Reſp. CXV. B. BARENS *Obſeru. Feud. ad cap. XVI. n. 5.* Adde LÜDERI MENCKENII diſſ. *de foro competente vaſallorum ſimultaneeque inueſtitorum, Lipſiæ 1716.* vbi etiam docet, idem obtinere in Comitatu Hennebergico.

* SYNTAGMA IVRIS PVBLICI *Cap. XXIV.* §. *XXIV.* LVDOVICI *Cap. I.* §. *XXXII.*

** SYNTAGMA IVRIS PVBLICI *Cap. XIII.* §. *XXXIV.*

*** Vide Dominum a LVDEVVIG *de primo foro ſubfeudorum Imperii*, qui id vberius declarauit, cuius argumenta in ſummam redegit, LVDOVICI *Cap. I.* §. *LV. ſeqq.*

olim Rudolphus Habsburgicus a.1283. in caussa subfeudi Imperii coram Tribunali iudicauerit.**** Si vero circa subfeuda prouincialia sit controuersia, etiam in quibusdam prouinciis dominus immediatus solet esse iudex, licet obseruantiae sit locus.* Inde etiam in eiusmodi subfeudis domino immediato ius competit, vasallum sub poena ad forum suum vocandi.**

§. VII.

Iudex ordinarius quando in caussis vasallorum iudicat.

Iudex vero loci ordinarius in caussis vasallorum ciuilibus, & allodialibus, vel si caussae non sint feudales, etiam de feudo nondum constituto, *** vel de fructibus feudi, qui sunt res allodialis, si controuersia sit inter dominum & vasallum de re non feudali, vel inter dominum

**** Docet hoc diploma apud SENCKENBERG Selectis Tom. II. p. 534. *quod nobis iuxta Weltzflare pro tribunali sedentibus, Heinrico dicto Berne per sententiam Principum, Comitum, Nobilium, Baronum & aliorum Imperii Romani fidelium, qui fuere presentes omnia bona feodalia vel quecunque alia, que a nobili Viro Gotfriedo de Eppinstein tenuit & possedit, abiudicata fuerunt.*

* LVDOVICI *Cap. I.* §. *XCIX.*

** LVDOVICI §. *CIV.*

*** *arg. II. F. 20.* SCHRADER *Part.* I

minum & vaſallum, qui ne quidem vaſallum ſe eſſe adſerit, **** iudicat. Idem locum habet, ſi Dominus & Pares curiæ tanquam ſuſpecti reiiciantur, licet etiam tunc Dominus ſuperior poſſit adiri. ***** In variis Principatibus deficit ſingulare forum feudale, atque cauſſæ feudales Schriftſaſſiorum coram Regimine, *der Landes-Regierung* pertractantur, * ita tamen, vt ſingularis conſtitutus ſit Secretarius, *der Lehn-Secretarius*, qui res feudales expediat, Ambtſaſſiorum vero coram præfecto. Licitum etiam eſt partibus litigantibus, ſine domini conſenſu, arbitrum eligere, ** niſi lis coram Curia feudali iamdum ſit

ſect. III. num. 167. ſeqq. VULTEIVS *II. c. II. n. 36.* Putat equidem RITTERSHVSIVS *Lib. II. cap. IX. qu. VII.* ex *II. F. 39.* verſ. *ſed ſi nihil aliud* etiam hoc caſu Parium eſſe cognitionem, cum tamen ibi de feudo iamdum conſtituto agatur B. PARENS *Cap. XVI. aph. VII. n. 1.*

**** *II. F. 46.* B. PARENS *Aph. VII. n. 2.*

***** *II. F. 16.* IVS FEVD. ALEMANNICVM *Cap. LXXXVIII.* SCHRADER *Part. XI. ſect. VII. num. 113.* SCHILTER *ad Cap. X. §. VII.* HORN *Cap. XXV. §. III.*

* LVDOVICI *Cap. II. §. II.*

** *II. F. 14. arbitrum vtriusque partis*

sit pendens, *** id quod etiam circa feuda Imperii obtinet, quod diuersa docent exempla, * nisi quod in Cameram

consensu electum. II. F. 46. coram iudice vel arbitro finiatur. VULTEIVS *Lib. II. cap. II. n. 3.* GAIL *Lib. I. obs. XL.* CARPZOV *Part. I. const. VIII. d. IV. num. 6.* B. PARENS *Cap. XVI. aph. XII.* STRYK *de Arbitro feudali.* Contradicit equidem ROSENTHAL *Cap. IX. concl. XXII. num. 8. fin.* prouocans ad constitutiones Lotharii & Friderici I. *II.* F. *25.* quibus omnes alienationes sine domini consensu prohibitae, compromissa vero dent ansam alienationi. Sequitur BRVNNEMANN *ad l. 32.* §. *6. ff. de receptis*, verum, aliam esse alienationis, aliam compromissi rationem, probe docuit LVDOVICI §. *XXXI. seqq.* HORNIVS etiam *Cap. XXV.* §. *XV.* sine domini consensu arbitros eligi haut posse autumat. Ast, dum leges hoc concedant, exempla doceant, vasallo transigere liceat, idem dicendum erit de arbitro.

*** *II.* F. *15. fin. Si vero cum sua curia dominus vocauerit eos, nemini eorum licet illius domini vel eius curiae examen declinare.*

* Prout diuersa exempla in *Syntagm. Iuris Publici Cap. XXII.* §. *XLI.* adduxi. ITTER *Cap. XXV.* §. *XXII.* Dum anno 1538. controuersia oriretur inter Albertum Magdeburgensem Archiepiscopum, & Ioan. Fridericum, Saxoniae Electorem, super Burggrauiatu Mag-

ram compromitti nequeat, a qua caussæ feudales excluduntur. ** Iurisdictionis vero prorogatio in caussis feudalibus locum non habet, dum caussæ sint diuersæ naturæ. *** A iudice feudali inferiore adpellatur ad iudicem feudalem superiorem, **** vel hoc non existente, ad eum, qui alias in caussis ciuilibus est superior, & cuius iurisdictioni iste iudex feudalis inferior est subiectus.*

§. VIII.

Modus procedendi iure feudali Longobar- Modus procedendi antiquus.

Uu 2

deburgico, protestabatur Carolus V. Imp. eo quod compromissum in caussa feudali plane locum non haberet, sed responderunt arbitri compromissarii, apud HORTLEDERVM *Lib. V. cap. V. pag. 1988.* Controuersia etiam de successione Marpurgensi inter Domus Hassiacas, Ernesto, Duce Saxo-Gothano arbitro d. 14. Aprilis composita per I. P. art. XV. §. XIII. fuit confirmata.

** LVDOVICI *Cap. I.* §. *38.*

*** GAILIVS *I. Obseruat. XL.* ROSENTHAL *Cap. XII. conclus. XXXVII.* B. PARENS *Cap. XVI. aph. XII. num. 2.* LVDOVICI §. *XXIX. & seqq.*

**** *II. F. 22.* MYNSINGER *V. Obseru. V. num. 2.* B. PARENS *Aph. IX.*

* B. PAREN. *Cap. XVI. aph. IX.* LVDOVICI *Cap. XIV.*

gobardico ſigillatim non eſt præſcriptus, nonnulla tamen eodem & Germanico ** fuerunt definita. In poſſeſſorio equidem ſi vaſallus feudum controuerſum tenet, & dominus iudicium deneget, poſſeſſionem & actionem ita retinet, vt elapſo anno & die iudicium denuo poſtulet, quo iterum denegato, annali poſſeſſione tutus eſt vaſallus. *** Quod ſi vero ſuper feudo controuertatur, eius teſtes ſunt admittendi, qui rectam feudi poſſeſſionem habet, non vero illius, qui caret

** IVS FEVD. SAX. *Cap. LXI. LXV. LXVIII.* ALEMANN. *Cap. XVIII. CI. CV. CVI.* & ibi SCHILTERVS. LL. LONGOBARD. *Lib. III. tit. VIII.* Extat hac de re conſtitutio Conradi Salici, quam reuocauit Lotharius *I. F. 22.* Potiſſimum vero ſub finem Sachſ. Landrechts repetitur *Lehn-Gericht, wie daſſelbe ſol gehegет und gehalten werden.* Adde BERLICH *P. I. concl. LXII.* LVDOVICI *Cap. III.* SCHILTER *ad Cap. CXVI.*

*** IVS ALEMANN. *Cap. X.* PROVINCIALE *Cap. CCXV. Wer eine Gewar hat Iar und Tag vor Rechte, one Widerſpreche, der hat eine rechte Gewar daran, die ſol Im niemand brechen, dann mit Gericht.* Licet idem etiam Iure Longobardico ſit ſtatutum *I. F. 26. c. 1. hac autem ſunt ita tenenda, ſi per vnum annum ſciente domino, & non contradicente, in poſſeſſione feudi permanſit.* SCHILTER *ad cap. X.*

caret possessione,* & domino in probatione deficiente, eius erit defensio, qui possidet. ** In petitorio vero communis regula, actore nihil probante, reum esse absoluendum, locum habet, *** nisi pro actore quædam militent præsumtiones, tunc iuramento est locus, **** quod vel pars parti defert vel refert,* vel iudex imponit vel petenti vel possidenti,** quandoque tamen illud domino remittitur. *** Fit tamen probatio, prout in foro ciuili, vel per Instrumenta, vel per testes.****

* IVRE FEVD. ALEMANNICO *Cap. X. LXXI.*

** *I.* F. *3. c. 3.*

*** *II.* F. 33. *c. sacramentum & vlt.*

**** *II. F. 11. bonus iudex caussa cognita diligenter intuebitur, cuius potius iureiurando dirimenda sit hæc quæstio, vtroque scilicet in probatione deficiente.*

* *II. F. 20. pr. vtroque autem deficiente in probatione, electio Iurisiurandi adgnatis danda est.*

** *I. F. 26. II. F. 2. c. 1. II. F. 26. c. Sacramenta. II. F. 51. c. 5.*

*** *I. F. 4. §. 1.*

**** Docet de eo Conradi Herbipolitani abbatis Processus feudalis de a. 1241. apud LVDEWIG *Reliqu. MS. Tom. II. p. 223.*

citationis, cauſſam ſuſcipit. Si controuerſia fuerit inter vaſallum, ratione ſubfeudi & ſubuaſallum, quibusdam in locis, vtpote terris Hanoueranis, Cliuenſibus, Auſtriacis, Pares Curiæ alii eiusdem ſunt vaſalli ſiue domini ſuperioris ſubuaſalli. ** Licet in Saxonia Dominus ſuperior ſit iudex. *** Si vero dominus vaſallo feudum adiudicatum reſtituere nolit, licet ipſum deprædare, ſiue de prædio deiicere.****

§. V.

An Iudicium Parium Curiæ adhuc hodie obtineat.

De eo tamen ſupereſt controuerſia, an in cauſſa feudali inter Dominum & vaſallum Iudicium Parium adhuc hodie obtineat. Non deſunt equidem, qui hoc iudicium in Germania in deſuetudinem plane abiiſſe velint, * atque vix amplius obtinere, *daß die Lehn-Tafel beſetzt werde*, ita, vt potius coram curia Domini feudali, vel Iudiciis Pro-

** ROSENTHAL *Cap. XII. concluſ. VII. num. 119.* BESOLDVS *voce Mann-oder Lehn-Gericht, Manner.* LVDOVICI §. *XVI. c. ſeqq.*

*** LVDOVICI §. *C.*

**** *II. F. 22.* Adde SIGISM. GOTTLIEB HILLIGER *de vaſallo contra dominum feudi propria auctoritate ſibi ius dicente.*

* SCHOTTELIVS *de Iuribus ſingularibus Germanicis Cap. IV. §. IX. fin.*

Prouincialibus hodie sit ventilanda.** In terris istis, vbi ius Landsassiatus viget, & vasalli simul sunt subditi, Saxonia equidem Electorali, tales caussæ coram Regimine, Iudiciis Prouincialibus, vel si maioris sint momenti, etiam Iudicio Appellationum pertractantur. *** In terris Saxonicis Ducalibus coram Regimine, licet etiam in controuersia inter Ioannem Casimirum, Saxoniæ Ducem, & Ioachimum Truchsessium de Wetzhausen, iudicium parium fuerit formatum. **** In terris Marchicis coram Tribunali. In Austria, Bauaria, Ducatu Magdeburgensi, Halberstadiensi, terris Brunsuicensibus, Holsaticis, Anhaltinis coram Regimine. ***** In Archiepiscopatibus Moguntino, Treuirensi, Coloniensi, Episcopatu Bambergensi & Würtzburgensi, terris Palatinis, Brandenburgensibus, Würtenbergicis, Megapolitanis, Pomeranicis, Hassiacis, Iuliacensibus, Cliuensibus Iudicium Parium adhuc obtinet.

§. VI.

** HORN *Cap. XXV.* §. *XIV.*

*** LVDOVICI §. *LXIX.*

**** Vide *Histor. Archiu. Tom. I. p. 306.*

***** LVDOVICI §. *LXIV. & seqq.*

§. VI.

Domini est iudicium, si inter duos vasallos sit controuersia.

Si vero inter duos vasallos de feudo sit controuersia, solius Domini est cognitio. * Nihil etiam interest, siue clericus siue laicus, siue mas siue fœmina, siue nobilis siue ignobilis sit iudex, si modo feudi sit dominus dirigens. ** Adgnoscere etiam forum feudale tenetur simultanee inuestitus, non æque filii, in caussis feudalibus, in aliis vero feudalia non concernentibus caussis non æque, nisi obseruantia hoc fuerit introductum. *** Vbi tamen ius Landsassiatus viget, vasallus etiam in caussis ciuilibus forum coram Domino territorii sorti-

* *II. F. 55. c. 2. fin.* verb. *praeterea si inter duos vasallos de feudo sit controuersia, domini sit cognitio & per eum controuersia terminetur.* Docet hoc etiam Ludouici VIII. Francorum Regis carta de a. 1224. apud EDM. MARTENE *Collect. Vet. Monum. Tom. I. p. 1191.* qui Petro, Comiti Britanniæ, castrum Celsum donauit in feodum & hominagium ligium, tali modo, *quod prædictus comes & heredes sui tenentur de dicta terra & eius pertinentiis iure stare & respondere in curia nostra cuilibet conquerenti, & se super prædictis iustitialiter exhibere tamquam de dono nostro.*

** LVDOVICI *Cap. I. §. VII. VIII.*

*** LVDOVICI *Cap. II. §. XI. sqq.* CARPZOV

sortitur. Sic etiam circa feuda Imperii Iudex ordinarius est Imperator, qui per Iudicium Aulicum caussas feudales diiudicat & decidit, ita, vt etiam Cameram Imperialem excludat, nisi controuersia partem saltim feudi Regalis, vel feuda minora Imperii, vel etiam mediata concernat. * Vicarii tamen, etiam durante Interregno, in caussis feudoram regalium cognoscunt. ** Si circa subfeuda Imperii oriatur controuersia feudalis, eandem in prima instantia, coram iudicio Parium Domini immediati esse ventilandam, ita, vt in vlteriori instantia ad Iudicium Aulicum possit deuolui, tradunt Doctores, licet desuper in caussa successionis Comitatus Rietbergensis fuerit controuersum.*** Maxime, dum olim

Lib. VI. Resp. CXV. B. BARENS *Obseru. Feud. ad cap. XVI. n. 5.* Adde LÜDERI MENCKENII diss. *de foro competente vasallorum simultaneeque inuestitorum, Lipsiae 1716.* vbi etiam docet, idem obtinere in Comitatu Hennebergico.

* SYNTAGMA IVRIS PVBLICI *Cap. XXIV. §. XXIV.* LVDOVICI *Cap. I. §. XXXII.*

** SYNTAGMA IVRIS PVBLICI *Cap. XIII. §. XXXIV.*

*** Vide Dominum a LVDEVVIG *de primo foro subfeudorum Imperii*, qui id vberius declarauit, cuius argumenta in summam redegit, LVDOVICI *Cap. I. §. LV. seqq.*

olim Rudolphus Habsburgicus a. 1283. in caussa subfeudi Imperii coram Tribunali iudicauerit. **** Si vero circa subfeuda prouincialia sit controuersia, etiam in quibusdam prouinciis dominus immediatus solet esse iudex, licet obseruantiae sit locus.* Inde etiam in eiusmodi subfeudis domino immediato ius competit, vasallum sub poena ad forum suum vocandi.**

§. VII.

Iudex ordinarius quando in caussis vasallorum iudicat.

Iudex vero loci ordinarius in caussis vasallorum ciuilibus, & allodialibus, vel si caussae non sint feudales, etiam de feudo nondum constituto, *** vel de fructibus feudi, qui sunt res allodialis, si controuersia sit inter dominum & vasallum de re non feudali, vel inter dominum

**** Docet hoc diploma apud SENCKENBERG Selectis Tom. II. p. 534. *quod nobis iuxta Weltzslare pro tribunali sedentibus, Heinrico dicto Berne per sententiam Principum, Comitum, Nobilium, Baronum & aliorum Imperii Romani fidelium, qui fuere presentes, omnia bona feodalia vel quecunque alia, qua a nobili Viro Gotfriedo de Eppinstein tenuit & possedit, abiudicata fuerunt.*

* LVDOVICI *Cap. I.* §. *XCIX.*

** LVDOVICI §. *CIV.*

*** *arg. II. F. 20.* SCHRADER *Part. X.*

minum & vaſallum, qui ne quidem vaſallum ſe eſſe adſerit, **** iudicat. Idem locum habet, ſi Dominus & Pares curiæ tanquam ſuſpecti reiiciantur, licet etiam tunc Dominus ſuperior poſſit adiri. ***** In variis Principatibus deficit ſingulare forum feudale, atque cauſſæ feudales Schriftſaſſiorum coram Regimine, *der Landes-Regierung* pertractantur, * ita tamen, vt ſingularis conſtitutus ſit Secretarius, *der Lehn-Secretarius*, qui res feudales expediat, Ambtſaſſiorum vero coram præfecto. Licitum etiam eſt partibus litigantibus, ſine domini conſenſu, arbitrum eligere, ** niſi lis coram Curia feudali iamdum ſit

ſect. III. num. 167. ſeqq. VULTEIUS *II. c. II. n. 36.* Putat equidem RITTERSHUSIUS *Lib. II. cap. IX. qu. VII.* ex *II. F. 39.* verſ. *ſed ſi nihil aliud* etiam hoc caſu Parium eſſe cognitionem, cum tamen ibi de feudo iamdum conſtituto agatur B. PARENS *Cap. XVI. aph. VII. n. 1.*

**** *II. F. 46.* B. PARENS *Aph. VII. n. 2.*

***** *II. F. 16.* IUS FEUD. ALEMANNICUM *Cap. LXXXVIII.* SCHRADER *Part. XI. ſect. VII. num. 113.* SCHILTER *ad Cap. X. §. VII.* HORN *Cap. XXV. §. III.*

* LUDOVICI *Cap. II. §. II.*

** *II. F. 14. arbitrum vtriusque partis*

ſit pendens, *** id quod etiam circa feuda Imperii obtinet, quod diuerſa docent exempla; * niſi quod in Cameram

conſenſu electum. II. F. 46. coram iudice vel arbitro finiatur. VULTEIVS *Lib. II. cap. II. n. 3.* GAIL *Lib. I. obſ. XL.* CARPZOV *Part. I. conſt. VIII. d. IV. num. 6.* B. PARENS *Cap. XVI. aph. XII.* STRYK *de Arbitro feudali.* Contradicit equidem ROSENTHAL *Cap. IX. concl. XXII. num. 8. fin.* prouocans ad conſtitutiones Lotharii & Friderici I. *II.* F. *25.* quibus omnes alienationes ſine domini conſenſu prohibitæ, compromiſſa vero dent anſam alienationi. Sequitur BRVNNEMANN *ad l. 32.* §. *6. ff. de receptis*, verum, aliam eſſe alienationis, aliam compromiſſi rationem, probe docuit LVDOVICI §. *XXXI. ſeqq.* HORNIVS etiam *Cap. XXV.* §. *XV.* ſine domini conſenſu arbitros eligi haut poſſe autumat. Aſt, dum leges hoc concedant, exempla doceant, vaſallo tranſigere liceat, idem dicendum erit de arbitro.

*** *II.* F. *15. fin. Si vero cum ſua curia dominus vocauerit eos, nemini eorum licet illius domini vel eius curiæ examen declinare.*

* Prout diuerſa exempla in *Syntagm. Iuris Publici Cap. XXII.* §. *XLI.* adduxi. ITTER *Cap. XXV.* §. *XXII.* Dum anno 1538. controuerſia oriretur inter Albertum Magdeburgenſem Archiepiſcopum, & Ioan. Fridericum, Saxoniæ Electorem, ſuper Burggrauiatu Mag-

ram compromitti nequeat, a qua caussæ feudales excluduntur. ** Iurisdictionis vero prorogatio in caussis feudalibus locum non habet, dum caussæ sint diuersæ naturæ. *** A iudice feudali inferiore adpellatur ad iudicem feudalem superiorem, **** vel hoc non existente, ad eum, qui alias in caussis ciuilibus est superior, & cuius iurisdictioni iste iudex feudalis inferior est subiectus.*

§. VIII.

Modus procedendi iure feudali Longobar- Modus procedendi antiquus.

deburgico, protestabatur Carolus V. Imp. eo quod compromissum in caussa feudali plane locum non haberet, sed responderunt arbitri compromissarii, apud HORTLEDERVM *Lib. V. cap. V. pag. 1988.* Controuersia etiam de successione Marpurgensi inter Domus Hassiacas, Ernesto, Duce Saxo-Gothano arbitro d. 14. Aprilis composita per I. P. art. XV. §. XIII. fuit confirmata.

** LVDOVICI *Cap. I.* §. *38.*

*** GAILIVS *I. Obseruat. XL.* ROSENTHAL *Cap. XII. conclus. XXXVII.* B. PARENS *Cap. XVI. aph. XII. num. 2.* LVDOVICI §. *XXIX. & seqq.*

**** *II.* F. *22.* MYNSINGER *V. Obseru. V. num. 2.* B. PARENS *Aph. IX.*

* B. PARENS *Cap. XVI. aph. IX.* LVDOVICI *Cap. XIV.*

gobardico sigillatim non est præscriptus, nonnulla tamen eodem & Germanico ** fuerunt definita. In possessorio equidem si vasallus feudum controuersum tenet, & dominus iudicium deneget, possessionem & actionem ita retinet, vt elapso anno & die iudicium denuo postulet, quo iterum denegato, annali possessione tutus est vasallus. *** Quod si vero super feudo controuertatur, eius testes sunt admittendi, qui rectam feudi possessionem habet, non vero illius, qui caret

** IVS FEVD. SAX. *Cap. LXI. LXV. LXVIII.* ALEMANN. *Cap. XVIII. CI. CV. CVI.* & ibi SCHILTERVS. LL. LONGOBARD. *Lib. III. tit. VIII.* Extat hac de re constitutio Conradi Salici, quam reuocauit Lotharius *I.* F. *22.* Potissimum vero sub finem Sachs. Landrechts reperitur *Lehn-Gericht, wie dasselbe sol gebeget und gehalten werden.* Adde BERLICH *P. I. concl. LXII.* LVDOVICI *Cap. III.* SCHILTER *ad Cap. CXVI.*

*** IVS ALEMANN. *Cap. X.* PROVINCIALE *Cap. CCXV. Wer eine Gewar hat Iar und Tag vor Rechte, one Widersprech, der hat eine rechte Gewar daran, die sol Im niemand brechen, dann mit Gericht.* Licet idem etiam Iure Longobardico sit statutum *I.* F. *26. c. 1. hac autem sunt ita tenenda, si per vnum annum sciente domino, & non contradicente, in possessione feudi permansit.* SCHILTER *ad cap. X.*

caret possessione, * & domino in probatione deficiente, eius erit defensio, qui possidet. ** In petitorio vero communis regula, actore nihil probante, reum esse absoluendum, locum habet, *** nisi pro actore quædam militent præsumtiones, tunc iuramento est locus, **** quod vel pars parti defert vel refert, * vel iudex imponit vel petenti vel possidenti, ** quandoque tamen illud domino remittitur. *** Fit tamen probatio, prout in foro ciuili, vel per Instrumenta, vel per testes. ****

* IVRE FEVD. ALEMANNICO *Cap. X. LXXI.*

** *I. F. 3. c. 3.*

*** *II. F. 33. c. sacramentum & vlt.*

**** *II. F. 11. bonus iudex caussa cognita diligenter intuebitur, cuius potius iureiurando dirimenda sit hæc quæstio, vtroque scilicet in probatione deficiente.*

* *II. F. 20. pr. vtroque autem deficiente in probatione, electio Iurisiurandi adgnatis danda est.*

** *I. F. 26. II. F. 2. c. 1. II. F. 26. c. Sacramenta. II. F. 51. c. 5.*

*** *I. F. 4. §. 1.*

**** Docet de eo Conradi Herbipolitani abbatis Processus feudalis de a. 1241. apud LVDEWIG *Reliqu. MS. Tom. II. p. 223.*

§. X.

Modus procedendi hodiernus. Modus procendendi hodiernus a communi processu ciuili non differt, *** hinc etiam in caussis ciuilibus omnes testes idonei admittuntur, nec foeminae excluduntur, ***** atque duo vel tres saltim sufficiunt, ****** vel documenta potissimum litteris inuestiturae & pacta inuestiturae adiecta, ad probandum producuntur, atque ordine consueto proceditur.

**** Prout *Part. I. Const. XXII.* per Augustum Electorem fuit constitutum. Et licet SCHRADER *P. X. sect. VIII. n. 89. sqq.* CARPZOV *def. I.* velint, processum antiquum Saxonic. extra Electoratum obtinere, obseruantia tamen docet contrarium LVDOVICI *Cap. III. §. IX.*

***** COCCEIVS *de probatione feudali.* LVDOVICI *Cap. X. §. VII.*

****** MOLINAEVS *ad consuet. Paris.* B. PARENS *Cap. XVI. aph. XV.* LVDOVICI *Lehns-Proceß Cap. X. §. XII. seqq.*

S. D. G.

APPENDIX
einiger
Lehens-ACTUUM
und
Formuln
wie solche bey verschiedenen
Lehens-Höfen
bräuchlich
und auch sonsten
IN IVRE FEVDALI
applicables sind.

citationis, cauſſam ſuſcipit. Si controuerſia fuerit inter vaſallum, ratione ſubfeudi & ſubuaſallum, quibusdam in locis, vtpote terris Hanoueranis, Cliuenſibus, Auſtriacis, Pares Curiæ alii eiusdem ſunt vaſalli ſiue domini ſuperioris ſubuaſalli. ** Licet in Saxonia Dominus ſuperior ſit iudex. *** Si vero dominus vaſallo feudum adiudicatum reſtituere nolit, licet ipſum deprædare, ſiue de prædio deiicere.****

§. V.

An Iudicium Parium Curiæ adhuc hodie obtineat.

De eo tamen ſupereſt controuerſia, an in cauſſa feudali inter Dominum & vaſallum Iudicium Parium adhuc hodie obtineat. Non deſunt equidem, qui hoc iudicium in Germania in deſuetudinem plane abiiſſe velint, * atque vix amplius obtinere, *daß die Lehn-Tafel beſetzt werde*, ita, vt potius coram curia Domini feudali, vel Iudiciis Pro-

** ROSENTHAL *Cap. XII. concluſ. VII. num. 119.* BESOLDVS *voce Mann-oder Lehn-Gericht, Manner.* LVDOVICI §. *XVI. c. ſeqq.*

*** LVDOVICI §. *C.*

**** *II. F. 22.* Adde SIGISM. GOTTLIEB HILLIGER *de vaſallo contra dominum feudi propria auctoritate ſibi ius dicente.*

* SCHOTTELIVS *de Iuribus ſingularibus Germanicis Cap. IV.* §. *IX. fin.*

Prouincialibus hodie ſit ventilanda.** In terris iſtis, vbi ius Landſaſſiatus viget, & vaſalli ſimul ſunt ſubditi, Saxonia equidem Electorali, tales cauſſæ coram Regimine, Iudiciis Prouincialibus, vel ſi maioris ſint momenti, etiam Iudicio Appellationum pertractantur. *** In terris Saxonicis Ducalibus coram Regimine, licet etiam in controuerſia inter Ioannem Caſimirum, Saxoniæ Ducem, & Ioachimum Truchſeſium de Wetzhauſen, iudicium parium fuerit formatum. **** In terris Marchicis coram Tribunali. In Auſtria, Bauaria, Ducatu Magdeburgenſi, Halberſtadienſi, terris Brunſuicenſibus, Holſaticis, Anhaltinis coram Regimine. ***** In Archiepiſcopatibus Moguntino, Treuirenſi, Colonienſi, Epiſcopatu Bambergenſi & Würtzburgenſi, terris Palatinis, Brandenburgenſibus, Würtenbergicis, Megapolitanis, Pomeranicis, Haſſiacis, Iuliacenſibus, Cliuenſibus Iudicium Parium adhuc obtinet.

§. VI.

** HORN *Cap. XXV. §. XIV.*

*** LVDOVICI §. *LXIX.*

**** Vide *Hiſtor. Archiu. Tom. I. p. 306.*

***** LVDOVICI §. *LXIV. & ſeqq.*

§. VI.

Domini est iudicium, si inter duos vasallos sit controuersia.

Si vero inter duos vasallos de feudo sit controuersia, solius Domini est cognitio. * Nihil etiam interest, siue clericus siue laicus, siue mas siue fœmina, siue nobilis siue ignobilis sit iudex, si modo feudi sit dominus dirigens. ** Adgnoscere etiam forum feudale tenetur simultanee inuestitus, non æque filii, in caussis feudalibus, in aliis vero feudalia non concernentibus caussis non æque, nisi obseruantia hoc fuerit introductum. *** Vbi tamen ius Landsassiatus viget, vasallus etiam in caussis ciuilibus forum coram Domino territorii sorti-

* *II. F. 55. c. 2. fin.* verb. *praeterea si inter duos vasallos de feudo sit controuersia, domini sit cognitio & per eum controuersia terminetur.* Docet hoc etiam Ludouici VIII. Francorum Regis carta de a. 1224. apud EDM. MARTENE *Collect. Vet. Monum. Tom. I. p. 1191.* qui Petro, Comiti Britanniæ, castrum Celsum donauit in feodum & hominagium ligium, tali modo, *quod prædictus comes & hæredes sui tenentur de dicta terra & eius pertinentiis iure stare & respondere in curia nostra cuilibet conquerenti, & se super prædictis iustitialiter exhibere tamquam de dono nostro.*

** LVDOVICI *Cap. I. §. VII. VIII.*

*** LVDOVICI *Cap. II. §. XI. sqq.* CARPZOV

ſortitur. Sic etiam circa feuda Imperii Iudex ordinarius eſt Imperator, qui per Iudicium Aulicum cauſſas feudales diiudicat & decidit, ita, vt etiam Cameram Imperialem excludat, niſi controuerſia partem ſaltim feudi Regalis, vel feuda minora Imperii, vel etiam mediata concernat. * Vicarii tamen, etiam durante Interregno, in cauſſis feudoram regalium cognoſcunt. ** Si circa ſubfeuda Imperii oriatur controuerſia feudalis, eandem in prima inſtantia, coram iudicio Parium Domini immediati eſſe ventilandam, ita, vt in vlteriori inſtantia ad Iudicium Aulicum poſſit deuolui, tradunt Doctores, licet deſuper in cauſſa ſucceſſionis Comitatus Rietbergenſis fuerit controuerſum.*** Maxime, dum olim

Lib. VI. Reſp. CXV. B. BARENS *Obſeru. Feud. ad cap. XVI. n. 5.* Adde LÜDERI MENCKENII diſſ. *de foro competente vaſallorum ſimultaneeque inueſtiterum*, *Lipſiæ 1716.* vbi etiam docet, idem obtinere in Comitatu Hennebergico.

* SYNTAGMA IVRIS PVBLICI *Cap. XXIV. §. XXIV.* LVDOVICI *Cap. I. §. XXXII.*

** SYNTAGMA IVRIS PVBLICI *Cap. XIII. §. XXXIV.*

*** Vide Dominum a LVDEVVIG *de primo foro ſubfeudorum Imperii*, qui id vberius declarauit, cuius argumenta in ſummam redegit, LVDOVICI *Cap. I. §. LV. ſeqq.*

olim Rudolphus Habsburgicus a. 1283. in caussa subfeudi Imperii coram Tribunali iudicauerit. **** Si vero circa subfeuda prouincialia sit controuersia, etiam in quibusdam prouinciis dominus immediatus solet esse iudex, licet obseruantiæ sit locus. * Inde etiam in eiusmodi subfeudis domino immediato ius competit, vasallum sub pœna ad forum suum vocandi.**

§. VII.

Iudex ordinarius quando in caussis vasallorum iudicat.

Iudex vero loci ordinarius in caussis vasallorum ciuilibus, & allodialibus, vel si caussæ non sint feudales, etiam de feudo nondum constituto, *** vel de fructibus feudi, qui sunt res allodialis, si controuersia sit inter dominum & vasallum de re non feudali, vel inter dominum

**** Docet hoc diploma apud SENCKENBERG Selectis Tom. II. p. 534. *quod nobis iuxta Weltzflare pro tribunali sedentibus, Heinrico dicto Berne per sententiam Principum, Comitum, Nobilium, Baronum & aliorum Imperii Romani fidelium, qui fuere presentes, omnia bona feodalia vel quecunque alia, qua a nobili Viro Gotfriedo de Eppinstein tenuit & possedit, abiudicata fuerunt.*

* LVDOVICI *Cap. I.* §. *XCIX.*

** LVDOVICI §. *CIV.*

*** *arg. II. F. 20.* SCHRADER *Part. X.*

minum & vasallum, qui ne quidem vasallum se esse adserit, **** iudicat. Idem locum habet, si Dominus & Pares curiæ tanquam suspecti reiiciantur, licet etiam tunc Dominus superior possit adiri. ***** In variis Principatibus deficit singulare forum feudale, atque caussæ feudales Schriftsassiorum coram Regimine, *der Landes-Regierung* pertractantur, * ita tamen, vt singularis constitutus sit Secretarius, *der Lehn-Secretarius*, qui res feudales expediat, Ambtsassiorum vero coram præfecto. Licitum etiam est partibus litigantibus, sine domini consensu, arbitrum eligere, ** nisi lis coram Curia feudali iamdum sit

sect. III. num. 167. seqq. VULTEIUS *II. c. II. n. 36.* Putat equidem RITTERSHUSIUS *Lib. II. cap. IX. qu. VII.* ex *II. F. 39.* vers. *sed si nihil aliud* etiam hoc casu Parium esse cognitionem, cum tamen ibi de feudo iamdum constituto agatur B. PARENS *Cap. XVI. aph. VII. n. 1.*

**** *II. F. 46.* B. PARENS *Aph. VII. n. 2.*

***** *II. F. 16.* IUS FEUD. ALEMANNICUM *Cap. LXXXVIII.* SCHRADER *Part. XI. sect. VII. num. 113.* SCHILTER *ad Cap. X. §. VII.* HORN *Cap. XXV. §. III.*

* LUDOVICI *Cap. II. §. II.*

** *II. F. 14. arbitrum vtriusque partis*

ſit pendens , *** id quod etiam circa feuda Imperii obtinet , quod diuerſa docent exempla ; * niſi quod in Cameram

